


VE RI
TAS

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS V. C.

OPERA OMNIA

EX EDITIONE PARMENSI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.



VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1824.

ADAMI SIBERI

SCHOLIDIA

IN QUORUNDAM HYMNORUM FRAGMENTA,

EX EJUSDEM BREVIARIO CHRISTIANO EXCERPTA.

CATHEMERINON LIB.

HYMN. I.—*Vigilate, quandoquidem nescitis, qua hora vester herus venturus sit.* Matth. XXIV.

1 *Ales diei*] Hæc decerpta sunt ex hymno quem Ad Gallicantum inscripsit, quod vocabula ei τῶν ἀσκητῶν minus nota fuerint. Natus est Prudentius Philippo et Salia Coss. Impp. Constantio et Constante, anno Christi CCCL.

Ales diei nuncius] 'Excubitorque diem cantu prædixerat ales.' Virg. 'Non vigil ales ibi cristati cantibus oris Evocat Auroram.' Ovid.

3 *Excitator mentium*] Gallus e somno corpus ad vigiliam et labores: Christus animam e sopore vitiorum ad justiciam excitat et vitæ innocentiam.

6 *Ægros sopores*] Ab effectu. Nimius et immoderatus somnus languorem parit et desidiam.

8 *Vigilate*] 'Omni tempore orantes.' Luc. XXI. 'Sobrii estote et vigilate.' 1 Pet. V.

81 *Ciemus*] Invocemus, imploremus.

84 *Dormire*] Somno quasi peccati oppressum jacere, et opera noctis ac tenebrarum perpetrare. Ut, 'Ego dormivi, et soporatus sum.' Psal. V.

HYMN. II. *Orietur in tenebris Lux tua.* Isa. LVIII.

1 *Nox*] Cohortatio ab occasione temporis, quæ convenit cum illo Apostoli: 'Illucescat dies, et Lucifer oriatur in animis vestris.' 2 Pet. I.

3 *Lux intrat*] 'Lux in tenebris lucet,' Joh. I.

6 *Spiculo*] Radiis, quæ 'lucida tela diei' vocat Lucretius, ad Apollinem respiciendo, cui sagittæ a Poëtis tribuuntur; unde Homero ἑκατηβόλος.

7 *Color*] Obscuritate noctis ablatus.

8 *Nitentis sideris*] Solis.

57 *Intende*] Profectas ab imo pectore preces admitte.

59 *Fucis*] Apparente specie integritatis et sanctitatis adumbratæ.

60 *Luce*] Tui cognitionis.

67 *Eoi sideris*] Eoum sidus, Sol est oriens.

68 *Illumina*] Reple corda nostra Fulgore Sancti Spiritus.

93 *Fatiscat*] Εὐκτικῶς, abeat.

96 *Devio*] Claudicatione aberrante a via, pede ad perversitatem detorto.

97 *Lux*] Ἀλληγορικῶς verbum Dei.

99 *Nihil loquamur*] Lingua fraude mendaciisque, cor pravis careat affectibus.

103 *Peccent*] Cupiditate ad carnem deflexa.

105 *Speculator*] Ἐπόπτης. Deus est ubique, videtque solus omnia. 'Peccatum vita: cernit Deus omnia judex.'

HYMN. V. *Ad incensum cerei*] Qui accendebatur appetente vespera ejus noctis, quæ diem festum resurrectionis Dominicæ antecedit. Quam qui-

dem noctem insomnem traducere maximam partem, religionis, non superstitionis gratia, solebant Christiani; id quod ex Lactantio et Tertulliano est colligere: quorum iste sic inquit ad uxorem: 'Quis solemnibus Paschæ abnoctantem' (loquitur de feminis Christianis, nuptis maritis ethnicis) 'securus sustinebit?'

1 *Dux*] Noster e Satanæ tyrannide, ut Moses Israëlitarum ex servitute Ægyptiaca.

2 *Vocibus*] Dierum noctiumque vicissitudinibus.

3 *Chaos*] Nox. Ἀλληγορικῶς opinionum tenebræ, Evangelii doctrina obscurata.

5 *Sidere*] Stellis, quarum numerus iniri non potest.

7 *Incussu silicis*] Attritu lapidum ignem exprimere. 'Cum saxis saxa ferirent, Scintillam subito prosiluisse ferunt.' Ovid.

11 *Stabilem*] Matth. XVI.

12 *Igniculis*] Scintillis vel etiam animis: quibus est cælestis origo.

13 *Pinguis*] Ὑποτύπωσις, elegantissimis exornata translationibus.

14 *Lychnis*] Λύχνος, παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος ἢ τὸ σκότος. unde Poëta: 'Et noctem flammis funalia vincunt.'

15 *Fila scirpea*] Ex papyro.

Favis floreis] E floribus confectis.

18 *Linteolo*] Myxo. Sic enim ellychnii prominens pars appellatur.

19 *Pinus*] Fax ex pino. Metonymia.

26 *Mobilibus*] Tremulis.

27 *Æmula*] Quæ imitatur diem.

28 *Nox fugit*] Προσωποποιΐα.

Peplo] Peplum, λεπτὸν ὕφασμα: vestis proprie muliebris, ut χιτὼν virilis.

149 *O res digna*] Ἐκφώνησις θαυμαστική.

150 *Offerat*] Grati animi ergo.

156 *Chrismatis*] Olei. Est enim olea insigne pacis.

158 *In quo visibilis*] 'Qui me videt, videt et Patrem meum.' Johan. XIV. Πᾶς βροτὸς, ὅς με νόησε, καὶ ἄφθιτον οἶδε τοκῆα. Nonnus.

160 *Spirat de patrio corde*] Pulcherrime sanctissimeque dictum. Egreditur enim Spiritus Sanctus ex Patre, et consistit per Filium.

HYMN. IX.—*Filius meus es tu; Ego hodie genui te.* Psalm. II.

10 *Corde*] Hoc accommodatur a veteribus sacrarum literarum consultis illud Davidicum: 'Eructavit cor meum verbum bonum.' Psal. XLV.

Natus] Sempiterna manatione continenter effluens, tanquam lumen a Sole, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem a Patre omnia facta sunt: alius quidem a Patre, sed non alius Deus. Filius a Patre, ut radius ex Sole, ut rivus ex fonte, ut frutex ex semine. Tertull.

11 *Ipse fons*] Ἑρμηνεία, Fons, origo: Clausula, finis.

19 *O beatus*] Ἐκφώνησις θαυμαστική. Quid enim majorem habet admirabilitatem, quam Deum hominem nasci; Virginem, 'sub lege uteri, sine lege mariti,' ut canit Prudentius, gravidari a Spiritu Sancto, et eandem illæsa virginitate matrem fieri? 'Fœtu clausa ingrediens et clausa relinquens,' ut canit Sedulius.

20 *Salutem*] Æternæque spei fontem pelagusque.

22 *Altitudo cæli*] Cælites, Angeli.

24 *Nulla linguarum*] Ἐλληνισμὸς, nulla lingua.

25 *Vates*] Adamus, Enochus, Nohas.

26 *Prophetarum*] Davidis, Isaiæ, Micheæ.

27 *Promissus*] Silo semen mulieris.

Cuncta] Ἐπιφώνημα. Christum concelebrent, Christum sonent, omnia Christum loquantur.

109 *Te senes*] 'Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.' Psal. CXLVIII. 'Læti puelli, et virgines, Senesque vitæ in ultimo Jamjam exituri limine, Laudate Dominum.' Buchanan.

HYMN. XII.—*Vox audita est in Rama, lamentatio, ploratus et fletus multus.*

Rahel plorans filios suos, et noluit consolationem admittere, propterea quod non sunt. Hierem. XXXI.

Quod infra bimatum, Herodis jussu, infantes Bethlehemiticos jugulatos Ecclesia INNOCENTES appellat, non ipsorum fit aliqua dignitate, sed Christi merito, propter quem scelerata crudelitate vita ipsis eripitur.

93 *Anxius*] Turbatus cum tota Hierosolyma. Commovetur tyrannus, quia regnum vi obtinebat, idque externus: Judæi, quia ἀνόητον χρῆμα ἡ πονηρία, vesana res et demens quiddam est improbitas. Theophylact.

97 *Nuncio*] Re nunciata.

100 *Cunas*] Cunabula lectos infantium, τὰ σπάργανα.

111 *Effusa super*] Nata. 'Quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.' Virg.

112 *Rimatur*] Locum vulneri quærens.

115 *Descendat*] 'Altius ad vivum descendit vulnere mucro.' Virg.

117 *O barbarum*] Exclamatio πρὸ ὀμμάτων ποιῆσαι.

125 *Salvete*] 'Αποστροφή, non ἐπίκλησις. Non enim, qui Deo debetur, honos mortuis tribuendus.

Flores] Primitiæ. Flos, in quaque re præstantissimum.

128 *Ceu turbo*] Εἰκασία.

132 *Palma*] Apoc. VII.

Luditis] Ludere, puerorum.

133 *Quid proficit*] 'Non est sapientia, non prudentia, non consilium contra Dominum.' Prov. XXI.

VICTORIS GISELINI SANFORDIANI

FLANDRI

IN AURELIUM PRUDENTIUM CLEMENTEM

COMMENTARIUS.

CANDIDO LECTORI S.

CONSILII nostri rationem et ordinem ne ignores, sic habe. Cum ante sex annos Brugis Flandrorum humanioribus litteris operam darem, Arnoldus Laurentius Berchemus, sacrorum Poëtarum æstimator summus, idemque Poëta non vulgaris, quo tum familiarissime utebar, omnium, quæ in Prudentii opere maxima diligentia annotaverat, me, tam boni auctoris miserrimam sortem deplorantem, aliquando participem fecit. Vulgatam enim editionem, gravissimis vulneribus deformatam, Lugdunensem dico, Basiliensem, atque Antverpianam, sedulo ille cum Aldina, quæ apud nos rarior est, diu ante contulerat. Nactus deinde Gandavensia duo apographa descripta manu, tanto animi studio singula examinarat, ut, si vita suppeditasset, ex istiusmodi laboris genere minus fastidii, plus oblectationis et gloriæ, nemini alii fuerit accessurum. Ille autem immatura plane morte nobis ereptus, cum inter alia suæ diligentiæ pignora hasce annotationes mihi reliquisset, non multo post huc Lovanium, ad gravius aliquod studium arripiendum, redii.

Ibi, hospes meus humanissimus Lucas Mæra JC. litterarum egregius amator, tertium Prudentii exemplar litteris, etsi non ita vetustis, emendatissime tamen exaratum donavit. Eo igitur fretus, cum vertente anno in patriam reversus, ibique nactus nonnihil vacui temporis, ob mutatum studii genus, cæpi diligentius omnia pervolutare, singula inter se conferre, nihil denique omittere, quod in hujusmodi observationibus utibile fore existimarem. Atque hæc animi duntaxat causa. Incredibile enim, quantos voluptatis fructus ex hujusmodi exercitatione caperem. Nihil etiam minus suspicabar, quam futurum esse, ut alii, quibus a re sua plus otii esse, quosque id decere magis audieram, modis adeo miseris auctori mutilato medicas cessarent afferre manus. Quamquam longe aliter evenit. Cum enim mihi Parisiis in re Medica occupato alter pene annus effluxisset, et occasione nescio qua Hieronymo Marneffio, qui plerosque Latinos auctores minore, quam vocant, forma excuderat, Poëtam a me castigatum ostendissem; non prius ille destitit, quam a me eum tandem impetraret. Impetratum non statim excudit; Operæ enim, quales optabat, non se offerebant: verum in ipso concitatæ seditionis æstu, quia ego abitum minabar, Benedicto cuidam typis committendum tradit. Ibi, ut fit, in ipso tumultu tumultuarie omnia. Editioni præerat nemo. Operæ, hostili in urbe ut manerent, conductæ nihil non flagitiose. Annotanda pleraque ex tempore. Aberant libri jam convasati. Quid multa? Sane, verum ut fatear, valde miror, ex mille et amplius mendis tunc sublatis, tam pauca omissa esse, atque interim eorum in locum etsi innumerabilia irrepserunt, non plura tamen irrepsisse. Tam infelici igitur rerum successu dolens altero, quam absolutus est, die proripui me ego ex urbe cum pauculis exemplaribus. Ab eo tempore vix dixerim, quam grave mihi acciderit de eo ab amicis admoneri, quod tantopere in aliis improbarem. Immo ea princeps caussa fuit, cur Theod. Pulmanum, in hoc genere exercitatissimum, ubi primum conveni, serio hortatus fuerim, ut, quemadmodum ego Gallis sperabam, ita ipse Belgio nostro gratificaretur. Et ille tum me amicissime complexus, qua est humanitate, 'Recte tu quidem,' inquit, 'si modo laborem secundæ recognitionis ipse non defugis.' Nam, cum admodum pauca eaque exilia abs te prætermissa sint, mihi per-id-facile erit, quæ in tuis librariorum negligentia admissa sunt, tollere: eritque idem Typographo non incommodum, quod neque tua afferantur, neque forma exemplaris idonea sit, ut ex ea pueri doceantur. Ibi ego, laudato ejus consilio, cum me libenter et cogitationem hanc a me rejicere, et quæ in meis desiderarem, quæque pro meis haberi vellem, cum eo communicaturum esse dixissem, ita tum discedo ab illo, ut qui me, publicæ utilitatis caussa, etiam de integro omnia apographa (quatuor ille habebat) simul comparaturum esse reciperem. Quod et feci. Nam post aliquot menses ad eum redii, simul mecum ferens meum exemplar, et aliud, quod hic est apud Martinianos. In conferendo dici non potest, quantæ voluptati mihi fuerit, plerasque conjecturas meas unanimi librorum consensu videre approbatas. Tandem igitur hoc labore perfunctus; quia ille scholia mea addi volebat, neque id inutile fore judicabam, de Typographo sub Bachanalia certior factus, Galenum ad tempus seposui, atque ad ipsas Palmarum ferias in recognoscendis annotationibus fui totus. Neque vero iis tantum, quomodo antea, locorum a me immutatorum rationem reddidi; verum

etiam, quo Lectori, rerum inprimis avido, facerem rem gratam, obscuriores dictiones et phrases declaravi, insolentes et a communi usu remotas observavi, ad historias sacras et profanas pertinentia veris fontibus indicatis expedivi atque illustravi: nihil denique eorum, quæ in justo commentario desiderari solent, quantum in me fuit, prætermisi. Quod ut commodius fieret, totum opus a principio relegendum fuit, et singula ex autographorum veritate excutienda. Interea tamen hoc boni evenit, ut forte fortuna in Editionem quandam Daventriensem annis abhinc LXX. evulgatam inciderim, quæ ubique mihi tantum opis tulit, quantum ullius alius; quod idem dictum volo de duobus manuscriptis, quorum unus hic in Bibliotheca artium, alter in Buslidiana asservatur. Sed et Commentarius Ælii Antonii Nebrissensis in tres priores libros, et Joh. Murmellii in Romanum Martyrem, non parum, ut rem ipsam fatear, laborem hunc meum levaverunt. Uterque enim summam diligentiæ laudem, præsertim in historiis explicandis, promeruit. In illo tamen artis poëticæ scientiam majorem, in hoc plus observationum desideraverim. Hactenus de occasione recognitionis. Nunc, ut ad alterum oratio delabatur, si qui forte inceptum hoc meum, utpote audax et temerarium, reprehenderit, quod et hac ætate et professione, medicus Poëtam simul Theologum a mendis perpurgare in animum induxerim; sciat is, neque me ab hujusmodi studio adeo semper abhorruisse, quod res indicabit, neque ullum in Latina lingua scriptorem hoc nostro emendatu faciliorem reperiri, præsertim si in promtu adsint vetera exemplaria, et frequens accurataque eorundem lectio. Nam quæcunque suis hic versibus exsequenda sumsit, adeo omnia sibi omni ex parte similia sunt, ut non ovum ovo magis. Plane, inducto Prudentii nomine, etiam falsis auctoribus adscripta, facile quis omnia unius γνήσια esse judicaverit. Nam, ut ipse sibi testis est, vitam, quam publicis muneribus implicitus usque vixerat, prope jam excurso spacio, mittens, sese in angulum aliquem secreti recessus abdidit. Ibi tempore, ut infra declarabitur, satis brevi, quæcunque aut habemus, aut interciderunt, eodem ingenii fluentis impetu confecit. Elegantiam, gravitatem, eruditionem, pietatemque eandem, quam initio illuc secum attulerat, singulis opusculis æque impressit. E diverso quoque, si ab initio in aliquibus, ob studia longo tempore intermissa, a communibus præceptis aberravit; constanter aberravit, non voluntate, ut officiosuli quidam inepte excusant, sed mera inscitia, id quod etiam de Græcarum litterarum ignoratione evidenter ostendemus. Oratio vero ubique eadem, et eodem quasi filo ducta, digna et sene et Theologo. Quædam tamen haut ita Latine esse dicta non nego, quæ nos suo loco in appendicem cogemus. Sed quid mirum, si rivus per impurissimos alveos decurrens aliquid limi ducat? si eloquentia aliquando maxima in homine annis gravi senescat, ac languidior efficiatur; quod in Erasmo irridere Lodoicus Strebæus ausus est? Nihil profecto. magis illud miror, quo pacto fecundi pectoris vena, in tam varia et nova rerum maxime arduarum pertractatione nunquam exaruerit, nusquam defecerit. Certe, qui ex omni posteritate cum eo paria fecerit, adhuc vidi neminem. Desinant igitur molles aliquot semiviri, quos scripta impura tantum capiunt, nobis sanctum hoc opus e manibus excutere, et pro eo sua, ac suis similia, (Deus bone, qualia, quam nefanda!) obtrudere vel invitis. Potius enim, quam illiusmodi

scriptorum lectione oculi, aures, animusque adeo contaminentur, lubentes omni Latini sermonis elegantia careamus. Quanquam, si ejus tanto teneamur desiderio, sunt, gratia Deo, in hoc genere etiam alii casti; e quibus cum Latinam puritatem, etsi cum temporis, in cognitione fabularum ponendi, jactura, haurire incipimus, licebit Ethnicis Christianos adjungere, ut ab iis non Latine solum, sed et pie loqui ac sentire discamus. Eum in usum vocabula, quæ rariora et pæne quibusdam sordida videri possint, observavimus. Idem factum de Græcis perperam usurpatis. Statim enim illa turba in prima acie sese offeret. In peregrinis nominibus liber fuit, quomodo etiam hodie, quotquot 'Davidis ad Latias deducunt carmina Musas.' Ac proinde nemo ex iis metiatur Græca aut Latina, in quibus constantem esse illum, et sibi similem, manuscripti omnes uno ore testificantur. Hæc de nostri consilii ratione duximus præmittenda. Vale.

COMMENTARIUS.

CATHEMERINON LIB.

Aurelii Prudentii Clementis V. Cl.] Quid ex hoc litterarum compendio intelligi debeat, disces ab Alciato III. Dispunct. IV.

PRÆF. 19 *Militiæ gradu evectum pietas Principis*] Ex hac Præfatione per Gennadium, Gyraldum, et Manutium auctoris vita concinnata est. novi autem nihil adjectum, si nomina librorum, qui intercidisse dicuntur, excipias, et quasdam conjecturas. Quidam enim Consulem, alii Militem Palatinum fuisse, asseverare ausi sunt. Nec defuere quidam e meis, qui Urbis Præfectum facere, mihique id persuadere conati sint. Sed frustra. Nihil enim horum, quando certiora argumenta non afferunt, certo mihi persuadere possum. Nam ad Consularem dignitatem nunquam evectum esse, constat ex nostra castigatione, quæ ejus erroris fundamentum subvertit. An miles Palatinus fuerit et Urbis præfectus, nusquam reperi, et inquirendi laborem iis relinquo, 'in his tota penitus qui mente laborant. Nos alio mentes, alio divisimus aures.' Illud tamen assero, ex hymno Cassiani liquido colligi, eum Romæ (quam veluti nunquam antea visam admirabundus, 'rerum maximam' appellat) nunquam egisse. Et ut res sese aliter habeat, demiror, cur, qui Symmacho, uti sentiunt, dignitate æqualis fuerit, tantopere se excuset, et cum illo committi detrectet.

24 *Veteris me Saliæ Consulis*] Ald. Manutius, Nebrissensis, aliique omnes in hunc scopulum impegerunt; neque mihi, etsi periculum multo ante sentiebam, ratio ulla illius evitandi in mentem venire potuit prius, quam Pulmannus ex Johanne Vasæo veram rationem commonstrasset. Is Vasæus enim in Chronicis rerum memorabilium Hispaniæ refert, Prudentium natum esse Philippo et Salia Consulibus. Cujus Saliæ hic mentionem facit, annum sibi natalem innuens; qui fuit ab Urbe condita CIↃ. CI. a nato Christo CCCL. imperante Constantio et Constante. Atque hoc cum sequentibus ita apte respondet, ut mihi ad alia loca non pauca, in quibus alii, tamquam ad Symplegades constricti, hærent, expedienda optatam lucem prætulerit.

32 *Mundum, quem coluit, mens tua*

perdidit] Amittet, relinquet, ab eo separabitur, utpote æterna: et cum a Deo defluxerit, cumque colere debuerit, ejus judicio stabit et cadet, non judicio mundi, quem coluit. Est ergo enallage temporis.

87 *Hymnis continuet dies*] Si quisquam, de horum librorum ordine sollicitus, illum ex hoc loco nobis aperire atque adstruere conabitur, actum agat: quandoquidem quid de Psychomachia, tetrastichis, hexaëmero, aliisque ab eo compositis statuere debeat, certi nihil habebit, in tanta præsertim manuscriptorum dissensione. Et ut maxime habeat, non magno admodum scrupulo nos liberaverit.

Hymn. i. *Ad Gallicantum*] Epigraphæ hymnorum Ecclesiasticorum totius noctis Vigilias, tanquam stationes quasdam, in quatuor officia videntur distribuisse: Vespertinum, Completorium, Nocturnum, et Matutinum. Sic et diem naturalem duodecim inæqualibus horis constitutam per quatuor intervalla secabant, a prima hora, quæ circa æquinoctia nobis septima antemeridiana est, primo intervallo nomen imponentes; a tertia secundo; a sexta tertio; a nona quarto: e quibus tria posteriora et Judei et Christiani communi ore solemnibus precibus destinarunt. Poëta autem noster, hymnis, ut ait, dies continuaturus, neque commissurus, ut nox ulla vacet, quin Dominum canat, quia senex, et sæcularibus fortasse negotiis implicitus, nonnihil ab exactis cultibus et exercitiis ἀσκητῶν abscedit. Noctu enim simul cum canente gallo expergefactus, Domino Deo, quod se in hoc tempus incolumem servarit, gratias agit. Mox succedente aurora, ut ea diem sibi auspicatum ineat precatus, ad diurna negotia sese accingit. Cibi capiendi ubi fuerit tempus, pietatem, atque fidem domestico opere elanguescentem, duplici hymno excitat, iterum sese clementiæ divinæ commendans. Ipso denique noctis reditu somni admonitus, simili hymno diem claudit: Hæc quotidie. Interea quæcunque toto anno solemnia festa sese offerunt, iis suum quoque hymnum sanctissimis ubique historiis atque exemplis, tanquam sale, conditum devovet. Habes, pie Lector, pii senis vivendi rationem: quam ut imiteris, fidi admonitoris loco, totus hic liber tibi esto.

1 *Ales diei nuncius*] Eandem hanc sententiam bis expressit Ambrosius; semel eo carmine, quod Dominicis diebus *ad Matutinas* cani solet: deinde lib. v. Hexaëm. xxiv.

52 *Fit namque peccatum*] In aliis, *peccator*. falso, paulo enim post ait mentem Petri mansisse integram, animumque servâsse fidem; ideoque, cantu galli cognito, justum destitisse peccare.

Hymn. ii. 40 *Opifex, arator, institor*] Ita legendum, non *insitor*, arguit sequens versuum quaternio.

59 *Sunt multa fuscis illita*] Facillime hanc lectionem mihi, Poëtæ morem supra indicatum non ignoranti, persuasit Melchior Neipius, qui nunc in Orientali Flandrorum Franconia Bredenæ pago, circiter mille passus a Sanforda mea dissito, pastorem agit, homo sane quam Christianæ poëseos amantissimus. Is inter alia, quæ in toto hoc opere diligenter observarat, de ista, inquam, lectione ex vetustissimo libro depromta, ut primum me admonuit, statim receptam deturbavi, hanc substitui, eoque magis, quod paullo ante eandem vocem cum pari antitheseos gratia usurpasset: 'Tunc non licebit claudere, Quod quisque fuscum cogitat.'

Sudavit impar prœlium] Ita meus Ms. et Davent. cum maxima carminis et sententiæ venustate. Ac sane, meo judicio, Latinius multo ille loquitur, qui Patriarcham audacem Angeli luctatorem appellat, quam

qui eundem ait fuisse imparem Angeli prælio. Adde, quod vulgata scriptura omnino falsa est: nam ut est Genes. XXXII. Jacobus ab Angelo per totam noctem colluctante superari non potuit. Unde Israël, i. e. vir Princeps ac strenuus, vocari porro jussus est.

81 *Nutabat inguen saucium*] Ludit in allegoria. Tantum enim ex Angeli contactu altero pede claudus efficiebatur, acetabulo femoris e cotyle, cui immittitur, paullulum prolapso.

HYMN. III. 2 *Omniparens, pie, verbigena*] Qua ratione Christus dicatur 'omniparens,' alibi dicemus: qua vero 'verbigena,' multo, quam Nebrissensis, rectius Erasmus in illud Hymni IX. 'Ex ore quamlibet Patris Sis ortus, et verbo editus.'

14 *Christe tuus favor imbuerit*] I. e. impleverit, et sanctificarit, tuum favorem nostra fide tanquam manu amplectente, nobisque applicante. Inf. 'Mensis Affatim plenis, quibus imbuatur Prona voluptas,' i. e. quibus expleri possit ac demulceri.

42 *Maculis*] Retibus, aut eorum plagis ac foraminibus: utrumque enim significat.

61 *Sint fera gentibus indomitis Prandia de nece quadrupedum*] Quid ita, mi Clemens? Quandoquidem in mutos pisces, nulla omnino re humano generi incommodantes, sævire audeas, neque innocuis avibus, quæ nihil aliud, quam continuo liquidissimos cantus tenui gutture funditantes, intimos hominum sensus incredibili voluptate demulcent, parcendum existimes: quæ tandem clementia, aut potius religio est, quadrupedum abstinere carnibus, quæ et sui copia vilius, et sæpe succi bonitate consentaneum magis naturæ alimentum præstant? Quod de feritate affers, nihil est. Quid enim avibus et piscibus magis vagum et ferum, cum nullis sæptis aut cancellis coërceri possint, aut si coërceantur, pereant, aut naturam genuinam immutant?

92 *Corde quod abdita vena tremit*] Arteriam intelligit: quæ a veteribus Medicis etiam venoso generi annumeratur.

126 *Auctor et ipse doli coluber*] Historiam, quæ est Genes. II. et III. elegantissime Christo et B. Virgini accommodat.

167 *Sanguine pasta cui cedit*] Præter aliorum morem, monosyllabam hanc dictionem corripit. Fortasse et hunc versum cum pauculis aliis erat emendaturus, si vita suppeditasset.

176 *Haustus amarus*] Qui noxius esse possit, aut exitialis sanitati et animæ. Accommodari huc posset illud Anacharsis Scythæ, 'Tres uvas vitem producere: quarum prima sit voluptas, altera ebrietas, tertia mœror.'

HYMN. IV. 11 *Infusor fidei, sator puderis*] Primum Deo Patri ac Filio nominatim gratias agit: deinde ad S. Sp. transiens, ut ejus beatissimis donis anima, terreno huic carceri inclusa, perpetuo alatur, nos ad Sobrietatem hortatur: quam si constanter amplexi fuerimus, fore ut cælestibus, et prophetarum Oraculo promissis epulis refecti, et confirmati, exemplo Danielis, quem in specu leonum, jussu Domini, Habacucus pavit, omnes ferocientium belluarum impetus et minas nihil reformidemus.

50 *Famesque blanda*] Antea, *famesque blanda prædam rictibus lambit*. Utraque in lectione sententia constat: illam tamen malui, tum quod Prudentiana sit et mollior, tum quod alias non consueverit litteram s elidere.

54 *Clausus jugiter*] Ad septimum usque diem. Dan. cap. ult. tempore quoque Darii eodem periculi adactus est: sed ipso eo die liberatus. ibid. VI.

57 *Obsequente mundo*] Cedente aëre. Ex toto partem intelligit.

84 *Juncta est suppliciis fides iniquis*] Fideles et pii ab iniquis fere affliguntur, ut per eorum patientiam et constantiam Dei nomen fiat illustrius. Ambros. contra Relat. Symmachi: 'Nunquam nobis amplius contulerunt, quam cum verberari Christianos, atque proscribi ac necari juberent. Præmium fecit Religio, quod perfidia putavit esse supplicium. Videte magnanimos: per injuriam, per inopiam, per supplicium nos crevimus. Illi cæremonias suas sine quæstu manere posse, non credunt.'

Hymn. v. 8 *Monstras saxigeno seminis quærere*] Post hunc versum submittitur in excusis integra periodus, inserta a nescio quo elegante, ut sibi videbatur, effictore. *Hoc signas opere, Conditor inclyte, Lumen veridicum mentibus omnium, In Christo Domino quærere jugiter, Quem petram loquitur doctor egregius.* Ut autem ascititiam et notham esse putem, non solum testimonio veterum codicum adducor; sed eo etiam, quod Rupertus totam Prudentianæ orationis seriem operi de divinis officiis intexens, ne minimam quidem de ea mentionem faciat. Ejus verba sunt: 'Prudentius in hymno, qui cantatur in Sabbatho sancto, cum dixisset, 'Lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quærere;' ut ostenderet fieri hoc ad commemorandum illud, quod de lapide Christo procedit nobis ignis Sancti Spiritus; protinus adjunxit: 'Ne nesciret homo spem sibi luminis In Christi solido corpore conditam, Qui dici stabilem se voluit petram, Nostris igniculis unde genus venit.' Lapis ergo, quem percutientes, ignem elicimus, Christum significat, qui percussus verbere crucis Sp. Sanctum nobis effudit.' Hæc ille. Pertinet itaque hic hymnus ad consuetudinem ejus ætatis, qua Sabbatho sanctæ Paschæ, inclinante in vesperam die, ante solennem Baptismi celebrationem cereus a Diacono consecrari solebat, ac novo igne, qui aut ex silice percusso, aut crystallo Soli objecta, eliciebatur, accendi. Unde et postea 'cerei Neophytorum,' h. e. jam baptizatorum, quos illi manibus ferebant, incendebantur. Isque cereus per singulos septem dies, qui proprie Neophytorum dicebantur, vespertino tempore ad sacrum Neophytis progredientibus præferebatur: quo cereo columnam ignis, de qua postea, designari volebant. Quod autem addit: 'Merso Sole Chaos ingruit horridum:' item: 'O res digna Deus, quam tibi roscidæ Noctis principio,' &c. declarat hoc sacrum, quasi baptismi prooemium, appetente demum noctis initio, inchoari: reliqua officia in multam usque noctem continuari solere. Ita Georgius Cassander in antiquis Ecclesiæ consuetudinibus versatus, ut qui maxime.

27 *Absentemque diem lux agit æmula*] Allusisse videtur ad illud Juvenci lib. II. 'Furvamque super nox æmula pallam Sidereis pictam flammis.'

29 *Sed quis non rapidi*] Cerei Paschalis originem altius repetiturus in latissimum narrationis campum suo more abripitur: qua narratione pleraque omnia, quæ Judæis Ægypto eductis portentose accidebant, breviter complexus est: eamque tandem, quomodo hactenus semper, mystica expositione concludens, ad institutas cereorum laudes revertitur, ibi vs. 125. 'Sunt et spiritibus.' Quod de rubo flagrante hic narratur, reperies Exod. III. uti quod de ignea columna Israëlitis prælucente, et Pharaonis exercitu submerso, ibid. XIII. et XIV.

36 *Ne sanctum involucris pollueret locum*] Inf. 'plantis calceamenta dissolutis.' Utrobique media producitur, plane insolenter.

38 *Tutus, et impotens*] Invictus et inseparabilis, ut passive sumatur, nisi mavis præpositionem compositi significatum augere.

56 *Clara draconibus*] Tropo sibi fa-

miliari, quæ Romanis propria sunt, ad Ægyptios traducit. Vide inf.

82 *Qui domitam Pharon*] Ad eum modum Aldus, Nebriss. et unus e manuscript. De ipso autem rege hic non agi, argumento est versus ille inf. 'Adsedisse focis, positos Pharaonis iniqui Sub pedibus.' Ordo hic est: Qui Pharon sive Ægyptum, domitam multimodis plagis, cogis vindice dextra justitiæ, cedere præsidi, nempe Mosi, exercitus Judaici Præfecto. Aliis aliter; quorum sententiam aliquando approbavi, jam non ita.

97 *Cibus ninguidus*] Loquitur de pane cœlitus dato, qui nivis stratæ in modum terram contexerat. In aliis est, *pinguidus*. Vide Exod. XV. XVI. XVII.

108 *Pascentes dapibus*] Oportune. Nam hisce feriis, si ulla alia anni parte, synaxes sive ἀγάπαι religiosius ab omni etiam vulgo frequentabantur; quo non typici illius, sed veri agni in ara crucis oblatam victimam in memoriam digne revocarent, tempore præsertim ipso adhortante.

110 *Discissis*] Quanquam alii habeant, *discussis*, hoc tamen ad undarum secedentium, transitumque Israëlitis præbentium, allegoriam propius alludit.

119 *Et folium, fonte quod abdito*] Scribit Plinius XII. Nat. Hist. 9. crescere Bdellium arborem non longe a sinu Persico, in finibus Mesopotamiæ. Unde colligunt quidam, partem Mesopotamiæ esse Paradisum, aut saltem in Mesop. esse.

125 *Sunt et spiritibus sæpe nocentibus*] Ad majorem commendationem sacerrimi luminis, quo nos Christus gravissimis tenebris immersos illustravit, poëtica libertate usus, fingit partem illius beatitudinis ad Tartara et umbrarum populum pertingere; cum tamen non ignoraret, toties repeti in sacris literis, 'mortuos non laudare Deum, neque omnes qui descendunt ad Infernum,' utpote cum de iis jam sit conclamatum: laudaturi sine dubio, si illius misericordiam aliquando sentirent, quotannis mitigato, ut Poëta hic ait, eorum supplicio. Æthiopes tamen, ut auctor est Damianus Goës in sua de illorum moribus historia, tale quid etiamnum, non, ut iste, de damnatis, sed purgandis adhuc animis sentiunt, eas nimirum singulis diebus dominicis et sabbathi ab omni supplicio liberas esse.

155 *Lumen quod famulans offero, suscipe*] Facit profecto aliorum inscitia, ut in hoc hymno quam velim, longior fuerim. Nam et hunc locum, quavis ubere gleba fecundiorem, plane steriliter de cereorum oblatione interpretati erant. Nos, loco simili aliunde adducto, verum illi lumen impertiemur. Is erit, ubi Romanus se coram tyranno pro Cæsare, ejusque Principibus, aliter precaturum negat, quam ut Christi lymfis Patri Deo renati paracleto cœlitus impleantur: 'Ut idolorum respuant caliginem, Cernant et illud lumen æternæ spei, Non succulentis influens obtutibus, Nec corporales per fenestras emicans, Puris sed intus quod relucet mentibus.'

HYMN. VI. 31 *Variasque per figuras*] Nocturna phantasmata, et somnia ea triplicia faciunt: aut enim sunt vulgaria, nihilque significant, aut portendunt præter temperamenti hominis constitutionem: aut μαντικὰ, quæ non raro effectu consequente comprobantur, ut Sullæ, Lucullo, et medico Augusti contigerunt, de quibus Cicero: aut divina, quæ alio nomine vaticinia et prophetiæ in litteris dicuntur.

57 *Hoc Patriarcha noster*] De antiquo evagandi more nihil recedit. Iterum enim ex somniorum mentione ad sacra aliquot interserenda devolvitur, ut de Josepho Gen. XL. et XLI. de Johanne item Apostolo. Vide ejusdem Apoc. V. XIX. XX.

67 *Monuit famem futuram*] Ita manuscr. et editio Davent. plane ut

multo ante legendum esse conjectabam.

128 *Te chrismate innotatum*] I. e. (ex mente Cassandri, cui in istis non pauca debeo) consignatum. Nam inungens Episcopus, intincto in Chrisma pollice, notam crucis in fronte designabat.

145 *Discede, Christus hic est*] Explicat vim synecdoches, qua supra est usus, cum diceret, 'Crucem pellere omne crimen,' &c. quem tropum qui in carmine non admittunt, næ illi mihi quidem, quid discriminis inter orationem prorsam, et numeris alligatam constitui soleat, egregie obliti videntur.

160 *Jaceat recline*] Alii *reclive*. Secutus sum manusc. et judicium doctiss. viri Dionys. Lambini. Ita enim scio illum legere, in suo Horat. Locus quærenti, ut fit, mihi non se obtulit.

Hymn. vii. 9 *Arvina*] Corpus molliter et dissolute habitum. Inf. proprie sumitur, ubi de Laurentio agens, ait, arvinam, i. e. adipem sive pingue cuti proximum lavisse cauterem, dum ustione liquefieret.

15 *Parcam subactæ disciplinam sentiant*] 'Dicata,' ut postea ait, 'abstinentia coërcentur et castigantur.' Metaphoram hanc elegantissime Ecclesiastes ille regius in concione hac de re habita proposuit. Nam cum omnem morum lasciviam jejunii præsentia non secus reprimi dixisset, quam solent ludi magistri adventu puerorum tumultus, subjicit: ᾄσματα πορνικὰ καὶ ὀρχήσεις ἐκμανεῖς ἐξαπίνης τῆς πόλεως ὑπέρχονται, ὥσπερ ὑπὸ δικαστοῦ τινος αὐστηροῦ, τῆς νηστείας φυγαδευθεῖσαι.

35 *Olim probatis inclytum jejuniis*] Eos omnes enumerat, qui veris exemplorum laudibus jejunia olim illustrarunt. Elias 1 Reg. xvii. Moses Exod. xxxiv. Ninivitæ Jon. iii. Joannes Baptista Matt. iii. et postremo ipse noster Servator Matt. iv.

69 *Parvum locustis et favorum agrestium liquore pastum*] Antea, *parum*, inepte. Castigatio nostra nonnullis durior videbitur: sed quid agas in tanta veterum librorum consensione? profecto qui in aliis multo gravioribus connivere cogitur, quid est, cur se in his, aliisque non dissimilibus, difficiliorem præbeat?

71 *Et doctor novæ fuit salutis*] Ita in omnibus impressis, et plerisque manuscr. Neque in carmine aut sententia vel minima mendi suspicio subesse videtur. In Mærano tamen codice, quem alias meum appello, quique nobis ad has emendationes dux fuit, cum hic locus mutilus esset, incidi tandem in Daventriensem, in quo paullo alia est lectio, æque bona; pæne ausim dicere meliorem. Unde conjicio, librarium ambigentem, utra verior esset, neutram amplexum esse. Est autem hæc: 'Hortator ille primus, et doctor novæ Salutis, atque gratiæ doctor novæ Veterum piatas lavit errorum notas.'

75 *Cælo refulgens affluebat spiritus*] Hæc de suo, ad ampliorem jejunii commendationem: Historiæ enim veritati minus respondent. Neque enim, ipso Paulo teste, a Johanne Baptista lotis S. Sanctus conferebatur: sed eorum tantum animi τῇ μετανοίᾳ venturo Christo præparabantur. Act. xix.

178 *Jesus dicato corde*] Non jussus aut coactus: sed ultro, et ex mero animi proposito, corde ipso quasi ad hoc sese devovente: sup. vs. 66. 'Illic dicata parcus abstinentia, Potum cibumque vir severæ industriæ In usque seram respuebat vesperam.'

204 *Quod dormientis excitet cordis fidem*] Utilitates omnes, quarum occasione et spe jejunia a veteribus suscepta sunt, et a nobis quoque suscipi debent, ad tria capita revocat: carnis lascivientis cicurationem, spiritus in Deum, seu fidei erectionem, et vindictæ divinæ anticipationem, seu mitigationem. Quo fere modo

Thomas Aquinas secund. 147. 'Assumitur,' inquit, 'jejunium ad tria. Primum ad concupiscentias carnis comprimendas. 2 Cor. vi. In jejuniis, in castitate, quia per jejunia castitas conservetur. Secundo, ut liberius mens elevetur ad sublimia contemplanda. Unde dicitur Daniel. x. quod post jejunium trium hebdomadarum revelationem acceperit a Deo. Tertio, ad satisfaciendum pro peccatis. Unde dicitur Jo. xi. convertimini ad me toto corde vestro, in jejunio, in fletu, et planctu.' Hæc ille.

Hymn. viii. 9 *Nona summissum rotat hora Solem*] Hac enim hora olim collectæ fiebant tempore jejuniorum, quibus finitis absolvebatur festum, cœnæque tempus erat. Unde et factum putant, ut legitimum prandendi tempus vulgus nostrum Flandrorum Noene appellet: quo tamen nomine per abusionem meridiem intelligunt. Videtur et hic imitatus Juvencum in Vinea: 'Ultimà labentis restabat portio lucis.'

21 *Addit et ne quis*] Alludit ad præceptum Christi de jejunantibus, Matth. vi. et ad parabolam de ove amissa, Luc. xv. obiter significans eos, qui, imperatis sibi jejuniis, minas Dei irascentis conantur avertere, veluti oves aberrantes a Deo inveniri, et divinæ misericordiæ humeris, ut ita loquar, reportatos, iterum toti gregi annumerari.

53 *Sine more*] Vide Niceph. Call. xii. 34.

64 *Corpus enervans*] Quemadmodum supra in vocibus, socors et socordia, primam contrahebat; ita et hic in verbo, enervare. Quod ejusmodi est, ut excusari aliquo modo queat, (dixi sup.) in exemplum trahi plane nullo.

Hymn. ix. 1 *Da puer plectrum, choreis ut*] Jacobus Meyerus elegantissime hunc hymnum, et primum libri sequentis, mutata carminis forma, restituit. Erant enim facti in Alemanios et Euripidios; neque adhuc desunt, qui eam sectionem probent: sed toto errant cœlo. Si enim (unico eos convincam argumento) extremas syllabas cujusque Alcmanii cum initiis Euripidiorum contulerint, nullosque esse adverterint asperos, aut hiulcos syllabarum concursus, sed omnia ut integris versibus fieri consuevit, quadrare ac respondere, omnino hoc scribendi modo per integros trochaicos approbaturi sunt, alium rejecturi.

17 *Primoplasti ex germine*] Putat idem Meyerus vocem hanc compositam mutandam esse, ut tota fiat Græca: sed mihi id ex Poëtæ sententia futurum non videtur. Quod enim M. Antonius Muretus, homo variæ lectionis, et ingenio plane divino, jam scripto confirmavit, Siculos sermone quondam esse usos, qui quasi cinnus ex Latino et Græco mistus esset; idem ego Ecclesiæ Christianæ, suos fines olim per diversissimas nationes proferenti, quadam ex parte accidisse arbitror. Et (quod dicendum etiam hic sit; scio enim me non omnibus id statim esse persuasurum,) si pleuresis, arthresis, charaxare, blasphemium, hymnire, plasmare, idololatrix, stigmare, aliaque innumera vocabula, quæ primi Christiani a primæva origine ad Latinam inflexionem nonnihil immutata, more προσηλυτῶν, in suam linguam adoptarunt: si, inquam, ista toleramus tanquam auctori Græcæ linguæ ignaro propria, quid caussæ est, cur contra vetustorum codicum fidem, unicam hanc ejusdem cum illis farinæ voculam aspernemur? sin eo venimus audaciæ, ut ne illis quidem parcamus, quin pro libito ea mutemus, carpamus, ex opere etiam deturbemus, aliena denique substituamus; age vero ut omnia sibi optime respondeant, totum hoc quoque opus, non Aurelio Prudentio Clementi (recusaret enim), sed cuidam potius Or-

bilio Pollentio Cluniensi ex mera liberalitate donemus. Gratiam inibimus non parvam. Quod quidem si in sua Alcimi et Victoris editione Gagnæus cogitasset, multo magis honori consuluisset suo. Dixi liberius, cur hanc compositam dictionem, ut absurdam, et Poëta nostro indignam, rejicere non fuerim ausus. dicendum tamen fuit.

22 *Psallant omnes Angeli*] Ita libri omnes. Meyerus tamen id quoque sic castigat, *Psallat omnis Angelus*, quod nimirum loco impari sit spondæus. At idipsum quidquid est errati tolerat inf. vs. 40. 'Extimum vestis sacratæ furtim mulier attigit.'

28 *Cantharis infusa lymfa fit*] Non nescius sum, has historias omnibus debere esse notissimas. Quia tamen occepi, pergam lectori properanti, aliisque forsan gravioribus implicito, hanc quærendi molestiam adimere. Aqua fit vinum, Johan. II. lepra curatur, Matth. VIII. Cæcus oculis limo illitis visum accipit, Johan. IX. Increpantur venti, Matth. VII. Sanguinis muliebris fluxus sistitur, Matth. VIII. Adolescens defunctus matri restituitur, Luc. VIII. Suscitatur Lazarus, Johan. XII. Mari inambulat Christus, Matth. XIV. Legio Dæmonum ex energumeno in porcos immittitur, Marc. V. Quinque panibus aliquot hominum millia saturantur, Matth. XIV. Surdus audit, Marc. VII. Lectulus a paralytico gestatur, Johan. V. Cum Christo multi resurgunt, Matth. XXVII. Quem postremum locum Theophylactus ambiguum et inexplicatum relinquit; Origenes ad allegoriam trahit. Hic noster autem, Hieronymus, ac plerique alii de Adamo, Heva, Abrahamo, Isaaco, atque aliis, quibus nominatim Messias promissus erat, simpliciter interpretantur: eos nempe, ad manifestius et perfectius dominicæ resurrectionis argumentum, una etiam in vitam æternam et ultimam resurrexisse.

68 *Quinque panibus peresis*] Ordinem horum versuum, ut in meo manuscr. et edit. Daventriensi erat, expressimus, rati, vulgato longe esse rectiorem: *Ferte qualis ter quaternis ferculorum fragmina, Affatim refecta jam sunt accubantum millia, Quinque panibus peresis et gemellis piscibus.*

103 *Post ut occasum resolvit, vitæ et hominem reddidit*] Similibus omnino verbis eandem sententiam inf. repetit hymn. XI. vs. 45. 'Mortale corpus induit, Ut, excitato corpore, Mortis catenam frangeret, Hominemque portaret Patri.'

HYMN. X. 5 *Tua sunt, tua rector utraque*] In tribus hisce proximis versuum quaternionibus, mirum quam omnes codices dissentiant. Vulgo ita primus, *Tua sunt, tua recta utraque.* qui, cum non immerito duabus de causis displiceret, confugi ad Mss. in quibus non *recta*, sed *rector* invenio. Quia autem novum et insolens mihi erat hic nominativum in *a* finalem produci (neque enim et hunc scrupulum mihi veteres libri exemerant), tantisper dubius et incertus hæsi, dum se postea mihi versus isti offerrent. Unus hymn. in Eulal. vs. 80. 'Frivola utraque, et utraque nihil.' et alter Apotheos. vs. 288. 'Spargebat Dominus, sunt unum fulmen utraque.' Tum enim, quia in omnibus excusis, et decem Mss. pertinaciter eandem vocem ter repeti, et manifesto exprimi videbam, id quod erat, subiit in mentem; nonnihil sibi Poëtam indulsisse, ut quemadmodum in Græcis dictionibus, ita, ni fallor, in Latinis syllabam accentu acuto affectam, longam habuerit. Tertiam Stropham, quæ locum occupabat non suum, Aldi, Nebriss. et veterum librorum auctoritate fretus induxi, quod certo mihi persuaderem a sciolo quodam esse adjectam. Cujus fidem mihi facit quarta quoque ab eodem, ut arbitror, insuta. Utramque asscribam, ut placeant, quibus possunt: *Rescissa*

sed ista seorsum Proprios revocantur in ortus: Petit halitus æthera fervens, Humus excipit arida corpus. Sic cuncta creata necesse est, Obitus tolerare supremos: Ut semina dissociata Sibi sumat origo resorbens.

8 *Animus simul, et caro vivit*] Secutus sum exemplar Manilii. de quo sup. Spero eum non sine optimo apographo vulgatam lectionem immutasse, maxime cum vs. 27. inf. eadem vox eodem sensu, et eadem carminis regione reperiretur.

12 *Animæ rapit aura liquorem*] Hunc pro Prudentiano omnes agnoscunt, alium modo recitatum non item. Quibus facile assentior; quandoquidem multa lectione observavi huic Poëtæ proprium esse, liquoris vocabulum, ut auræ, aëri, et cælo, ita animis et spiritibus tribuere. Cathem. III. 190. et hymn. IV. 10. Peristeph. I. 88. in Rom. vs. 488. Apoth. vss. 155. et 479. et 788. Atque hinc est quod quidam illud, quod vulgo Gen. I. 'firmamentum' appellant, 'liquidum' vertant, intelligentes aërem, qui suo ambitu terram, atque aquas infernas, et supernas, i. e. nubes, complexus est.

25 *Si terrea forte voluntas Luteum sapit*] Καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς ῥοπαῖς τῶν ζυγῶν, ἐὰν μίαν καταβαρύνῃς πλάστιγγα, κουφοτέραν πάντως τὴν ἀντικειμένην ποιήσεις, οὕτω καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς ὁ τοῦ ἑτέρου πλεονασμὸς ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἐλάττωσιν τοῦ ἑτέρου. Basil.

45 *Hinc maxima cura sepulcris*] Hic mihi vide, Christiane lector, quonam tandem referenda sint illa officia, quibus tanquam extremis societatis humanæ argumentis parentes, cognatos, affines, amicos, aliove modo notos cognitos prosequi solemus. Ad illam nempe Catholicam ἀνάστασιν, animique et corporis beatissimam conjunctionem, quæ ultimus et summus nostrarum actionum finis est, et scopus.

82 *Quam sit rationis egenis*] Παρακβάσει usus, traducit allegorice historiam restituti visus Tobiæ per fellis suffitionem, hoc sensu. Quemadmodum Tobias visum minime recepit, nisi prius acrimoniam fellis persentiret, ita et illi, qui etiamnum rationis sunt indigi, et in nocte errorum versantur, necdum illuminati divini luminis vi, non nisi cum summa acerbitate sese possunt ad considerationem tam augusti mysterii attollere, indubitatamque de eo fiduciam concipere. atque adeo nullus tanti boni futurus est particeps, quin ante infinitas ærumnas, quibus hæc vita obnoxia est, pertulerit, pervaseritque. Ea enim demum beata mors est, quæ nos ab hujus vitæ afflictionibus liberat, et in beatissimum immortalitatis portum transfert.

Luet inter vincula mille] Respexit ad illud Pauli 1. Cor. XV. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.

HYMN. XI. 22 *Noctem diemque*] Erasmus et Davent. In aliis omnibus, *Cælum, diemque*, ut sit ἀναδίπλωσις. et hoc verum puto.

HYMN. XII. 78 *Major Bethlem*] Ita scribendum per simplex *e*, ut alibi semper, si duo loca excipias, versuum ratione aliter postulante. quanquam in tetrastichis dissident codices. In quibusdam enim legitur, *Sancta Bethlem caput est*, *&c.*

131 *Aram ante cujus*] Erasmi est; alioqui in antiquis omnibus est, *Aram ante ipsam*, ut lex synalæphæ hic locum non habeat. de eo nos alibi.

ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ LIB.

Versatur totus hic liber in encomiis sanctorum martyrum, eorumque maxime, qui pro asserenda fide Christiana in Hispaniæ regno oppetierunt: exemploque eorum proposito docet, quo loco majores suos, quibus auspicibus Christum agnoverunt, singulæ civitates olim habuerint, tum ut haberent posteri, quorum vestigiis insistere, firmiterque persequi possent,

tum ut eadem opera scirent, quibus auctoribus summum illud fidei bonum acceptum ferendum esset.

PRÆF. 1 *Immolat Deo Patri*] Quoad primum versum attinet, eum e manuscripto ad verbum descripsi; cum ad sententiam omnino desiderari viderem, ac necessum esset carmen Iambicum, Orationem semper finiens, posteriore loco poni, ad illius Horatiani formam; 'Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar.' Ultimum carmen, *Quo regente vivimus*, ut spurium Manutii exemplo sustulimus.

HYMN. I. 4 *Terra Ibera*] Calagurritanos fuisse, conjicimus ex Hym. VI. Cæsaraugustanis dedicato, ubi ita: 'Nostra gestabit Calagurris ambos, Quos veneramur.' Quibus verbis Calagurrim suam facit, quod, teste Plin. Nat. Hist. III. 3. Calagurritani Cæsaraugustano conventui annumerentur.

20 *Causas petitis quæ medelis irrigant*] Supplicium vota expleant, efficiant, ut quarumcunque rerum causa venere, exoratores abeant. Irrigare, enim ita fere sumitur, quomodo sup. imbuere, in illo: 'Quibus imbuatur Prona voluptas.'

42 *Idolis litare*] Differentiam, quam Grammatici constituunt inter sacrificare et litare, ut lubenter admitto, ita perpetuam esse et constantem plane, ut, quod sentio, dicam, inficias eo, non quidem nostri Poëtæ auctoritate adductus; (ea enim nulla est, præsertim in quo illum Critici uno ore damnarunt;) sed quod quorundam veterum exempla, nisi torqueas, id discrimen non agnoscere videantur. Primum enim in illo Æn. IV. 'Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio.' Quid aliud est illud, 'sacrisque litatis,' quam simpliciter hostiis sive victimis rite immolatis? Certe aliud nihil ea verba et phrasis præferunt. neque cum suaderet Anna, Deos poscendos esse veniam, certa fuit, eos exoratum iri, et in extis læta fore et secunda. Commentatio, quam huc affert Servius, inepta est, et nihil minus quam Servii; ait enim: 'Sacrisque litatis. Diis litatis, debuit dicere: non enim sacra, sed Deo sacris litamus. ergo nove dixit. Sed distinguendum est, ut dicamus sacris, i. e. per sacra, litatis scilic. Diis.' Nonius vero Marcellus, 'sacris,' inquit, 'litatis, i. e. impetratis.' Quam recte uterque, ipsi viderint. Ego certe phrasin, litare Deos, in media Barbaria et inscitia natam existimabo, dum exempla veterum me mei erroris convincant. Illud vero, litare sacra, litare hostias, pro, rite immolare, et offerre, frequentissimum est. Nam præter Virg. ita Suetonius in Othone: 'Nam et Diti patri victimas cæsas litavit, cum tali sacrificio contraria exta sint potiora.' et Propert. lib. IV. 'Parva saginati lustrabant compita porci, Pastor et ad calamos exta litabat ovis.' Scio Galeotum hunc versum aliter legere, nova voce conficta, sed (pace tanti viri dixerim) in eo tam est ridiculus, quam si upilio alieni fano, ubi omnia concentibus et sacrificiis perstrepant, protervum suum pecus inigat. sed hoc extra propositum. Cicero hoc quoque modo usus videtur passivo in Divinat. 'Cum enim,' inquit, 'tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur pulcerrime.' Ita fere Gellius: 'Si hæ res divinæ factæ, riteque perlitatæ essent, haruspices dixerunt, omnia ex sententia successurum esse.' Hæc et alia me monent, ut omnino in animum inducam, verbum, litare, quoties sibi accusantem casum rei adsciscit, habere, quam dixi, significationem. Ubi vero minime, tum demum idem esse, quod Græcis est καλλιερεῖν. quod evidens est ex illo Plauti: 'Si hercle istuc unquam factum est, tum me Jupiter

faciat Ut semper sacrificem, neque unquam litem.'

HYMN. II. 14 *Cossi, Camilli, Cæsaris*] Cor. Cossus, qui in bello cum Latinis Equitum magister, certissima virtutis innatæ signa dederat, postea Tribunus militum, occiso Veientum Rege, Larte Tolumnio, opima spolia Feretrio secundus reportavit. Liv. II. et IV. Camillus Senonas, ipsam Romam jam victam occupantes, præter omnium expectationem funditus delevit. Idem lib. v. Cæsaris gesta suiipsius commentarii satis nobilitant.

21 *Fere hæc sacerdos dixerat*] Errat Sichardus, dum hunc Xistum Alexandro primo substituit, tempore Adriani Cæsaris. nam, uti Sabel Volat. et alii testantur, Stephani demum successor fuit, anno CCLXX. Gallieno, Valeriani filio, imperante; quo fere tempore Laurentius, Hippolytus, Fructuosus, Eulogius, Augurius cum multis aliis martyrii coronam accepere.

48 *Exactor auri et sanguinis*] Ita emendandus fuit hic locus e manuscriptis. Male enim legebatur, *exactor hauriret sanguinis:* quod cum Nebriss. viro doctissimo minus placeret, existimavit scribendum, *exactor hausti sanguinis:* at scopum non attigit.

77 *Addicta avorum prædia*] Proscripta publice, licitantibusque objecta. Plin. Hist. II. 35. 'Tabulas inde e publico omnes propter æs alienum civitatis addictas, Scauri Ædilitas Romam transtulit.' addictas, i. e. publice divenditas.

105 *Implete dictorum fidem, Quæ*] Sic Aldus, referens ad antecedens, dicta. Alii habent, *quam*, scil. fidem. ad rem nihil.

118 *Argenteorum ænigmatum*] Corruptum esse hunc locum, suspicatur Nebriss. et pro voce *ænigmatum*, substituendam esse, *emblematum*. hac castigatione non indigebamus. Locus enim integer plane, et comprimis elegans est, quod ille nobis haud ægre concederet, si videre ei contigisset Huberti Goltzii Herbipolitæ Julium Cæsarem; qui liber Historiæ Impp. Cæsarumque Rom. ex antiquis numismatis restitutæ primus est. Quo quidem immortali opere, omnem Galliæ, Germaniæ, ipsiusque Italiæ adeo superbiam et fastum merito contudisse Brugæ nostræ videntur. Ibi ergo facillime observasset aversas numismatum epigraphas, quæ summorum virorum officia et munera, sæpe etiam propria symbola certis signis ostendebant, vulgo exterisque et posteris vera ænigmata fuisse. Argumento sunt in eum usum scripta a Johann. Pierio Hieroglyphica. Recte proinde Laurentius hominum vanitati obiter illudens *argenteorum ænigmatum* appellatione, nummos, qui sæpius argento, rarius constabant auro, designasse videtur.

158 *Assuetos ali*] Ecclesiæ matris sinu. Laudatissima sane consuetudo, præsertim in tam difficili et acerbo rerum statu.

209 *Cum membra morbus dissecat*] Hanc sententiam mutatis verbis jam quartum repetivit. quæ sequuntur, fecundissima sunt et consolationis plena.

237 *Hunc, qui superbit serico*] Hanc similitudinem, quia venustissima est, et a nostro medicinæ studio non aliena, libuit paucis explicare. Vitia animi cum corporis affectibus et morbis confert, hoc ordine. Elatos homines ac superbos hydropicis similes facit, quibus crudorum humorum copia vitiatæ sanguinis massæ affusa, cutim prætumidam reddidit. Ambitiosos ac honorum cupidos, καύσῳ laborantibus. his enim, cum a curis, vigiliis, intensisque cogitationibus morbus oriatur, perpetua frigidæ sitis, ampla et frequens aspiratio, bilis vomitus, immensus ac mordicans totius corpo-

ris calor fere adsunt. Avaros et ὀξύχειρας, quod iis manus tenaces sint, et ad rapiendum paratæ, chiragricis comparat: tales, ne dolorem ab humore maligno in digitorum vincula, et articulos impacto excitatum augeant; neque manus adducunt omnino, neque etiam explicant: sed in medio quodam situ continent, qui et maxime doloris sit expers, et naturæ consentaneus. Sic etiam malevolos obtrectatores hepaticis seu spleneticis: fortasse, quod, cum his omnia membra sint arida et præ inedia consumpta, tamen cibum fastidiant, bilis vomitione prorumpat, ungues denique a scalpendo non contineant: quæ omnia ad calumniatores non illepide quis traduxerit. Invidos præterea cum strumosis seu χοιράδέσσι confert; nec male. quoniam hujusmodi morbi genus adipem carni circumsitam, ipsamque adeo cutim exedit, et ulcus, indies serpendo ulterius, reddit malignius. Postremo idololatras regio morbo laborantibus non dissimiles esse ait: quod, quemadmodum isti, ut valetudinem recuperent, lectis mollioribus, ludis, lasciviaque demulceri debent, ita infelices Dæmonum cultores, cum religio iis pro ludo et inani plebeculæ terriculamento sit, et impotenti fere mollitie, insolentia, et dissolutione eo cæcitatis abripiantur. Rude et incultum quid iis 'Deus' sonat. 'Dii immortales' dicendi sunt. eis sua fata, cœli cursus, orbiumque cœlestium genios affingunt, idque animi caussa; cæteroquin ἄθεοι, et nihil minus quam immortalitatem somniantes. Quod ad ganeones attinet, qui se ad putidissima usque scorta complectenda abjiciunt, eos non ægrotis, sed infimæ sortis hominibus, foricas, latrinas, et cloacas everrentibus pares facit.

304 *Ignis secundi nescias*] Cum Laurentius totam διακονίας suæ rationem retulisset, ne quid celasse videretur, sanctum Ecclesiæ mundum profert, gemmas, armillas, aliaque, quæ etsi non ita sui usum præbent, reliqua tamen omnia exornatiora perfectioraque reddunt. Quo loco statuit sacratas virgines, intactas anus, et viduas primi post damnum tori, ignis secundi nescias, quæ gemmæ et raritate sui in precio, et virtutis constantia, in admiratione merito sunt. Quo allusit P. Silentiarius: Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια· παρθενίη δὲ Τὸν βίον ὤλεσεν ἐν πᾶσι φυλαττομένη.

324 *Acroama festivum fui*] Acroamata, auditiones Latine dicuntur, et pro festivis jucundisque narrationibus accipiuntur. Interdum pro hominibus eas super cœnam aut prandium recitantibus: quo fere modo hic sumitur. Cic. in Ver. VI. 'Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario discederet.'

362 *Talem revertens legifer*] Actor. VI. et VII.

373 *Illuminatum hoc eminus*] Qui hic mendum subesse animadverterunt, profecto Ægyptiis, de quibus Exod. X. cæciores sunt. In ipsis enim tenebris probe sibi oculati videntur: at in media et suda luce cæcutiunt.

437 *Confœderentur omnia*] Aldus paullo aliter: *Confœderantur omnia. Hinc inde membra in symbolum: Mansuescit orbis subditus: Mansuescat et summum caput.*

456 *Errans Juliou cæcitas*] Aldus iterum, et quidem manuscr. *Errans Juli cæcitas.* Meus codex: *Jula.* sed id levis est momenti.

472 *Factum Neronis*] Quamobrem B. Petri et Pauli aliorumque martyria sathanæ consiliis semper offecerint, causam supra ex Ambrosio attuli. Princeps autem tetris sacrorum sordibus Romam purgaturus, Constantinus Magnus postea fuit. de quo infra.

493 *Repens medullas indoles Afflarat*] Libera quædam et nobilis generositas e vestigio animum subierat, quod

etsi supra explicatum sit, certis tamen de causis hic repetendum putavi. In aliis itidem ut faciam, operæ precium non est. Repens, adjectivum, unde adverbium Repente deductum est. Etiam alibi usurpat: neque apud Poëtas novum est.

512 *Ornare nenias Numæ*] Expressi, quod erat in manuscr. pro quo in aliis est: *Ornare res sacras Numæ.* quam recte id a me factum sit, facile judicabit, qui meminerit phraseos supra usurpatæ et explicatæ ab Erasmo: 'Nam cæca vis mortalium Venerans inanes nenias.'

526 *Adscitur in signum crucis*] Ita libri calamo exarati; videturque tracta Metaphora ab iis, qui in collegium aliquod societatemque adsciscuntur.

HYMN. III. 1 *Germine nobilis Eulalia*] Hæc in civitate Barcinonensi, a Donato Presbyt. catechizata puella adhuc, martyrii palmam adepta est sub Maximiano, Diocletiani collega; circa annum CXCV. qua etiam tempestate Agnes, Vincentius, multique alii. Emeritam vero claram coloniam Vectoniæ, quam memorabilis amnis Ana præterit, occiduo Soli facit proximam, quod a promontorio Sacro non multum distet; qui locus totius Europæ omnium maxime occidentalis est.

157 *Non laceratio vulnifica cratetenus*] Ad intimas usque costas, quarum syntaxis crati non est dissimilis. Hymn. XI. 57. 'Ungula fixa cavis costarum cratibus, altos Pandere secessus, et lacerare jecur.'

212 *Ossibus altar et impositum*] Vetusta consuetudine receptum erat, ut iis potissimum locis, in quibus vel mortem pro Christo obierant martyres, vel insigniter aliquid gesserant, vel ex quo ortum ducebant suum, vel ubi eorum corpora aut pars aliqua corporis condita esset, in ejus rei memoriam conventus et sacri cœtus instituerentur, et apte iis conventibus exstruerentur ædes, quas rarius templa, sæpe Ecclesias, nonnunquam basilicas, Græco autem vocabulo κυριακὰ, i. e. dominica vocabant. quam posteriorem Græcam vocem Germani in appellandis sacris ædibus usurpant. Latinæ autem vocis syllaba prima, excellentiæ cujusdam caussa, ædibus celebrioribus, quibus Archiepiscopi præsident, est attributa. Cass.

HYMN. IV. 1 *Bis novem*] Præ reliquis Hispaniæ oppidis patriam suam Cæsaraugustam duodeviginti Martyrum reliquiis ditatam laudat: a quo tamen numero, Vincentium indidem oriundum quidem, sed Sagunti supplicio affectum; quo de est ode sequens, et virginem Encratem, Gaiumque, et Crementium excepit.

28 *Urbs adorata puellæ*] Eulaliæ, Emeritanæ, cui Hymnum III. dicavit.

45 *Ingeret Tingis sua Cassianum Festa*] Alius Cassianus hic videtur ab illo Forocorneliensi Martyre, de quo inf. Tingis Mauritaniæ Bochi civitas, quondam Hispaniæ contributa, cum illius terminis minime contineretur.

118 *Carnis et cæsa spolium retentans*] Nebriss. legit *recentans*, i. e. renovans, et quasi exulcerans, quod in cicatricem coierat.

185 *Ambo confessi*] Allusum est ad ἔτυμον Confessorum, quo nomine elogio vetus Ecclesia eos tantum insigniebat, qui ob testimonium Christi, publicitus datum, publica aliqua calamitate, vel pæna, non tamen morte erant affecti, sive, ut Noster ait, qui confessi Dominum steterunt acriter contra fremitus latronum, et gustarunt leviter saporem martyriorum. Hoc in numero est Paphnutius ille magnus, quem Maximinus dextro oculo exsculpto, et poplite sinistro inciso ad metalla condemnavit. Sunt item Athanasius, Ambrosius, &c.

HYMN. V. 27 *Hæc sacra*] Inf. vs. 105. 'Tibi ergo soli contumax Tarpeia calcentur sacra?' Hoc addo,

quia omnes libri formis excusi scribunt, *hæc saxa*. idque mendose; neque enim ipse, opinor, Datianus fassurus erat, a se saxa coli pro Numinibus, quæ eorum figuris repræsentari credebat.

47 *Nec te juventæ fervidæ*] Hanc castigationem ipsa sententia postulabat; etsi in impressis unanimiter legeretur: *nec te jubente fervide*.

68 *Coli jubetis*] Ut referatur ad Cæsarem. Quidam non invenuste habent, *jubetis*; sicque oratio vehemens est, et concitata magis.

79 *Vestræ salutis aucupes*] Qui aucupum more vestræ saluti insidiantur, et, ut postea addit, 'Latenter incitos in omne compellunt nefas.' ineptiunt alii.

95 *Conclamat, os obtrudite*] Corrigit Nebriss. *Conclamat, os obstruite*. Mirum, quid homini venerit in mentem, ut maluerit auctoris carmen depravare, quam phrasim illi paullo duriusculam concedere.

121 *Gaudet, renidet, provocat*] Renidere, valet, ridere, hilaremque aliquam speciem præ se ferre. Inf. 'Soli sereno frons renidet gaudio.'

138 *Par semper invictum mihi*] Qui reorum esis carnibus pasti, manuque exerciti.

218 *Dente infrequenti*] Unam dictionem facit commentator, existimans præpositioni, quod et alibi admonuimus, augendi vim inesse.

226 *Scintillat excussus cinis*] Veteris libri scripturam temere, ut visum est, ab aliis loco motam reposuimus, secuti editionem Davent. Alia illa, in qua explicanda Nebriss. totus est, et inepta est, et ad rem plane nihil.

230 *Cauterem lavit*] Καυτὴρ, instrumentum, quo ustio perficitur; ut, cum putrida ulcera candenti ferro inuruntur. Hic abusive pro regula lectuli serrata accipi videtur.

272 *Ruptis cavernis*] Foraminibus cippi, quæ pedes martyris immissos acuminata circumferentia arctissime stringebant. Hoc instrumentum intellexisse arbitror Lucianum in Toxari, ubi de Antiphilo in carcerem conjecto sic loquitur. ὑπενόσει τοιγαροῦν ἤδη καὶ πονήρως εἶχεν, οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τῆς νυκτὸς οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον ἐν τῷ ξύλῳ κατακεκλεισμένα. In meo Ms. et Davent. tamen est, *ruptis catenis*, quam lectionem cum Nebriss. minime agnoverit, veram esse affirmare non audeo; labor tamen, ut sententiæ auctoris hanc æque atque illa, adeoque magis convenire existimem.

294 *Fortissimorum fortior*] In excusis est, *fortissimisque fortior*. Nos veteres libros expressimus. Abutitur autem comparatione, more Græcorum; quam imitationem e vulgata Bibliorum versione suxit. Tale enim est, 'major autem horum est caritas:' μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. Ubi more suo Græci excessionem ex comparandi gradu intelligunt. supra Cathem. XII. 77. 'O sola magnarum urbium major Bethlem.'

458 *Sparteus claudat cadaver culleus*] Fiscina e sparto contexta; quod spartum Hispanis et frequens, et variarum rerum usui servit. Plin. Hist. XI. 19.

484 *Secura plebs iter legit*] Prætuli, quod habebat meus Ms. et Buslid. utpote mollius, et Poëticum magis: in quodam emendatissime exarato, quem a Canonicis B. Catharinæ Noviomago nuper Pulmannus attulit, est, *iter terit*, quod neque damno. Pessime omnes impressi, *Patente dum profundo aridum Secura plebs incesserit*.

524 *Sectoque Isaiæ proximum*] Inf. 'Evomuit spirante Deo quem sanctus Isaias.'

532 *Aut undis dedit*] Recepta scriptura est, *aut vinclis dedit*, sed non sine gravi mendo. Antea enim Vincentii membra dixerat objecta fuisse feris discerpenda, deinde in undas

dispersa; de vinculis nullis ejusmodi mentio.

HYMN. VI. 54 *Jejunamus, ait, recuso potum*] Iterum nota consuetudinem vetustissimam abstinentiæ a cibo, et ex Poëtæ sententia, a potu, illudque jejunium sup. festum et victimam, hic sacrum et votum, sive jus dicatum appellari.

88 *Cur vestri memor ut fiam rogatis*] Qua constantia auctor usus est in primam syllabam verbi, fio, corripiendo, attestantur apographa omnia. Eadem plane illa audacissime scioli quidam in istiusmodi locis pervertendis usi sunt. Quæ quidem confidentia cur in illo tolerari possit, in istis minime, alterius loci fuit. Nunc tantum hoc dicam, rigidos istos censores sive inscitiam, sive negligentiam suam liquido prodidisse, cum dictio quinquies toto opere repetita, bis illæsa ab iis manserit. Scilicet in Romano: 'Sed restat ingens quod fiat miraculum.' Et in Cypriano: 'Jamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter.' Factum id puto, quod fortasse aut in ignoto carminis genere versarentur, aut pervertere locum commode non possent. substituerunt autem pro veris hæc sua: 'Cur vestri memor ut siem rogatis?' Item: 'Damnatus et favilla mox fumans eris.' Item: 'Vera ratus, quæcunque senatu auctore probentur.'

110 *Quos olim Babylonicum per ignem*] Dan. III.

HYMN VII. 2 *Quirinum placitum Deo*] Martyrii coronam hic accepit anno CCCX. 4. Junii, sub Galerio, qui in Diocletiani locum allectus, Illyricum, Asiam, et Orientem obtinebat, tabulisque æreis de interitu Christianorum edicta proponebat, quo tempore etiam Romanus, de quo infra, martyrii patinam Deo vovit.

HYMN. VIII. 9 *Ante coronati*] Locus Romæ fuit in Vaticano, prope custodiam Mamertinam, ubi fontem exortum esse, uti inde Petrus, ibidem captivus, milites 49. cum duobus custodibus carceris baptizaret, notum est.

HYMN. IX. 25 *Et tristia visa*] In aliis, *et tristia jussa.* quod et ipsum adeo adlubescit, ut, quid debeam præferre, non videam.

50 *Rubetque ab ictu curva humens pagina*] Varie hic versus legitur. In pervulgatis libris est: *curva tumens*: in Gandavensi: *curta tumens*: in Davent. *curve turgens*: in alio, *curva tundens.* Nostra lectio plerisque in antiquis est: et licet copula interjecta mollior reddi posse videatur; ne hoc quidem ausi sumus, præsertim cum ex Beda sciremus, in Poëtarum arbitrio olim fuisse, utrum, h, aspiratio instar fortium consonantium synalœpham arceret, an pro modo suæ fragilitatis nihil valeret. Quod in producto hymno Fortunati, qui huic nostro pæne σύγχρονος fuit, aperte videre est. Si quis etiam id aut per diæresin, aut per concessam Poëtis jure optimo licentiam malit excusare, a me ille non dissentiet.

56 *Pars viscus intrat molle*] 'Viscus,' ut ait Servius, 'non tantum intestina, sed quicquid sub corio est, significat.'

57 *Manus pariter fixere [illegible]*] Placebat lectio vulgata, *fixere cruentæ*: verum cum nihil esset, quo comparandi signum, *totidem* referretur, facile me vetusti codices perpulerunt, ut, quod ipsi commode suggerebant, ego substituendum putaverim.

77 *Pungere puncta libet*] Ita Aldus et codex Buslidianus. Placet ob elegantem agnominationem, quæ etiam durat in phrasi sequenti: 'sulcisque intexere sulcos.' Sunt qui legant, *pangere*; sunt qui, *pingere.* neutri cum tanta carminis venustate.

HYMN. X. 1 *Romane martyr*] Beatum Laurentium huic Romano genere nobili, professione militi, et Hippolyto in fundamentis religionis auctorem fuisse, et ducem, auctor est

Volat. Totam autem historiam, quia prolixa est, quo ad ejus avidiorem lectionem alios invitaremus, ita paucis versibus complexi sumus: 'Romanus ortu nobilis, Christi in fide Cum se suosque stabiliisset, impium Ad judicem raptus, Deos, Deum et sacra Irridet, evertitque funditus: dein Verum Deum, et sacra ejus ore libero Profitetur. Illum plumbea nihil verbera Terrent, nihil ungulæ, et furor tyrannicus Ipsi os acuto præpediri vulnere Jubens. At insuper explicatius suæ Mysteria fidei, et dolorum præmia, Cruceemque dignis asserit præconiis. Judex fremit magis magisque, nescius Quo se ipse vertat. Quæritur tandem puer, Qui consulatur, unus, an plures Dei Colendi. At ille, fassus unum, cæditur Spectante matre: deinde capite plectitur. Romanus autem ad usque lassitudinem Satellitum laniatus, igni immittitur Cremandus: ignem at imber illapsus necat. Furens tyrannus exsecarier imperat Linguam loquaci Martyri; nec sic tacet. Quin Numinis potentiam inscrutabilem Canit: senecta Gentium sacrificia Proponit illudenda: tandem præscius, Instare vitæ terminum, atro in carcere Cœlo coronam strangulatus accipit.'

22 *Mea lingua Christus*] Vivida hæc et venusta appositio: at illud alterum Murmellii abjectum et enervatum, *mea signa*, i. e. ut ille ait, mei animi sensa. Æque frigidum, quod periodum sequentem ad historiam, quæ est Matth. XVII. Luc. IX. conatur detorquere; cum simpliciter intelligenda sit, quo modo illa Hym. Laurent. vs. 505. 'Dum dæmon invictum Dei Testem lacessit prælio, Perfossus ipse concidit.'

28 *Quassando pressis immoratur dentibus*] Declarat, quomodo Sathan etiam ultimo furore pejor semper, et infelicior evaserit, exemplo anguis; qui dum hastile infixum compressis dentibus diu mordicus tenens quatit, adeo non liberatur, ut illo etiam penitius in corpus subeunte, vulnus suo periculo reddat grave magis, et lethale. Immorari igitur spiculo dixit, quomodo inf. 'nec immorata fletibus.'

42 *Ire mandat milites, Ecclesiatenusque de sacrariis*] Malim ego legere *Ecclesiatenus, atque de sacrariis*, ut sententia sit, jussos fuisse satellites in ipsa usque templa irrumpere, et de sacrariis, &c.

49 *Altaris aram funditus pessundare*] Sic sup. agens de jejunio. 'Altaris aris quod facit placabilem.' Atque ibi quoque aliam harum dictionum, ab ea quæ recepta est, distinctionem agnoscere videtur. 'Solemus enim,' teste Servio, 'aras Superis et Inferis, altaria solis Superis tribuere.' Hic vero per altar ipsum ædificium e terra exaltatum, hominibusque convenientibus ad Martyrum tumulos recipiendis destinatum, accipi sentio: a quo Festus, ad vocis etymon respiciens, non omnino dissentire videtur. Sup. 'Ossibus altar et impositum.' Et in Hippolyto, cum Cryptæ, seu altaris (idem pæne mihi valent) formam satis fuse depinxisset, ipsissimum aræ usum, et primam instituendi rationem (de qua nos alibi) dicturus, subnectit: 'Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis, Propter ubi apposita est ara sacrata Deo. Illa sacramenti donatrix mensa eademque Custos fida sui Martyris apposita. Servat ad æterni spem Judicis ossa sepulcro, Pascit idem sanctis Tybricolas dapibus.' Ubi non imponi aram tumulo, sed apponi planissimis verbis bis dixit. Per aram, vero Murmellius summam altaris partem, ego simpliciter locum oblationibus dicatum, sive in summo ædificii loco, sive alibi fuerit, intelligendum arbitror.

72 *Exarandas ungulis*] Cyprian. ad Donat. 'Hasta illic, et gladius, et carnifex præsto est, ungula effodiens latera et deradens, eculeus exten-

dens, ignis exurens, hominis corpus unum, supplicia plura quam membra.'

114 *Noxialem stipitem*] Eculeum. Sic sup. agens de ligneis Vincentii compedibus: 'Duplexque morsus stipitis Ruptis catenis dissilit.'

124 *Sanguis parentum*] Nobiles olim vocabantur patritii et plebei: quorum patres, avi, majores clari atque honorati fuissent. Qui autem per seipsos clarescere, et magistratus in civitate assequi cœperant, novi homines dicebantur. Cicero Epist. III. 7. ad Appium Pulcrum.

129 *Cui quisque servit, ille vere est nobilis*] Jam annus est, et amplius, cum hanc auctoris sententiam, habitis pridie ea de re inter nos sermonibus, ex temporali carmine complectebar, et avunculo carissimo Johanni Bogardo JC. strenæ loco donabam. Quod carmen, quia illi tum sic satis placebat, simul etiam quia primus mihi horum studiorum auctor fuit, ejusdem desideratissimæ memoriæ hic consecratum esse volui: 'Dum nox sopora languidos Suavissimo somni cibo Recrearet artus, garrulo Sonitu loquacis alitis Mihi somnus interrumpitur. At mox Thaleia, floreis Caput impedita vinculis, Adstat, sua ut præsentia Noctis silentis tædia More assuëto leniat. Ergo meditandis versibus Mente occupatus integra, Quis Christianos nobilis Queat inter esse cogito; Donec serenus Phosphorus Inambulantem Aquario Phœbum exoriri ostenderet. Testem voluptatis meæ Unum te, avuncule, cupio. Non ab Achæmeniæ venit natalibus aulæ Vera vel Atreidum sanguine nobilitas. Si te sancta fides Christo commendet Iesu, Sancta fides, vita non spoliata sua, Si vera pietate, et amore amplecteris illum, Pars et in illius corpore viva manes; Tu mihi præ reliquis proavorum ab origine claris Nobilis es, vili sis licet ortus hara: Nobilis es, titulosque ipsis sublimior astris Non defecturæ nobilitatis habes. Nam quicunque crucem tolerans patienter Iesu Est potis e cunctis victor abire malis, Cœloque, unde suæ traxit primordia lucis, Posthabet ignava textile corpus humo: Denique virtutum præclara insignia, sic est Mens generosa, tholis figit in æthereis. Hic hic nobilium procerum annumerabitur aulæ, Dignus, crede ipsi, filius esse Deo. At quicunque, quasi curet mortalia nemo, Pronus humi toto pectore, toto animo Bacchique, Cypriæque, et sævi Martis amorem Hausit, et hæc laudum semina vera putat; Fallitur: ille omni est, omni, inquam, ignobilis ævo: Unde-satus numeret stemmata-cunque sui. Illius ut pingant insignia pardus et ursus; Barbarus est: vera nobilitate caret.'

132 *Ut magistratus, venit*] Ut parentum suorum sanguine nobilitatis omnes Christo servientes comparavit, ita iis, qui per legem curiæ, seu magistratum aliquem inclaruere, martyres et confessores. Ideoque ironice tyrannum monet ne ille perverse, i. e. præter morem et officium suum, benignus, sese, pro reo et sonte in jus vocatum, nobilem efficiat.

151 *Jam si sub aris*] Quid vobis abjectius et vilius, cum ipsis aris, quæ imagunculas tantum aliquot et statuas mere quernas ostentant, advolvamini, easque proni, et venerabundi revera adoretis?

156 *Lapis nigellus*] Describit statuam Cybeles matris Idææ, esse, scilicet, lapidem nigellum, forma muliebri, argento clausum: qui quonam modo ab usque Pessinunte urbe Phrygum, cui cælitus delapsus nomen dedit, Romam advectus sit, et quotannis extra portam Capenam in Almone fluvio lavari soleat, narrat Ovid. Fast. IV. uti quod sequitur de sacris Panos Fast. II.

174 *Si me movere*] Æquissima quidem postulas Romane, sed metuo ut

ea consequaris: cum homine enim Barbaro tibi res est.

182 *Amasiunculum*] Ut Nestor rhapsodus hanc vocem Latinam esse ostenderet, hunc etiam Prudentii versum citavit. Utitur eadem Apuleius lib. VII. de Asino aureo; estque eadem analogia, quæ in dictione, pusio.

185 *Deos catena colligant adulteros*] Vide Ovid. Met. IV. Primus in Odyssea eam fabulam tradidit Homerus, si Ovidio credimus, Trist. II. 'Quis nisi Mæonides Venerem Martemque ligatos Narrat in obsceno corpora prensa toro?'

188 *Palæstrici corrupta ephebi*] Hyacinthus ab Apolline et Zephyro parum honeste adamatus, cum illum redamaret impensius, ab hoc jactum discum magno impetu in ejus caput deferente interemptus est. Apollo mœrens in sui nominis florem dicitur commutasse, annuisque sacris honestasse. Unde Ovid. 'Nec genuisse piget Sparten hyacinthon, honorque Durat in hoc ævi, celebrandaque more priorum Annua prælata redeunt hyacynthia pompa.' Idem Apollo cum Æsculapium filium, ob Hippolytum in vitam revocatum, Jupiter extinxisset fulmine, misere orbus Cyclopas, Jovi fulmina cudentes, sagittis occidit: quod ob factum cœlo pulsus, Admeti Pheræi pecora pascenda suscepit. Ei Mercurius cum aliquot boves surripuisset, minanti extrema etiam pharetram furtim ademit: unde risus abortus pacis conficiendæ occasionem præbuit. Ovid. Met. II.

197 *Puer sed obstat Gallus*] Attis, qui, ut ait Catullus, stimulatus furenti rabie, vagus animi, devolvit ipse acuto sibi pondera silice. Ovid. Fast. IV. et ibi P. Marsus. Octavius Minucii autem hunc locum ita tractat: 'De Cybele Dindymena pudet dicere, quæ adulterum suum infeliciter placitum, quoniam et ipsa deformis, et vetula, et multorum Deorum mater, ad stuprum illicere non poterat, exsecuit, ut Deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fabulam Galli eam et semiviri sui corporis supplicio colunt. Hæc jam non sunt sacra, tormenta sunt.' Sic Octavius.

203 *Laqueis minacis*] Lege Julia, quam Augustus tulit, et severe admodum exercuit, pœna capitis adulteris statuebatur. Vide Pandect. XLVIII. Alia item lex a C. Scantinio Tribuno pleb. olim lata erat in eos, qui aut pudicitiam alienam solicitassent, aut suam ipsi prostituissent: quorum pœna primum pecuniaria decem millium, teste Quintiliano, fuit: sed ob culpæ atrocitatem a Constantino et Constante Christianis gladio ultore puniri cœperunt. Leg. cum vir nubit. Cod. ad legem Juliam de adulter.

213 *Lemnius*] Quia rivalis, utpote maritus Veneris, de cujus cum Marte adulterio jamjam egimus.

215 *Herculem*] Quia privignus Junonis.

218 *Tecum dicati*] Devoti seu deditti, ex animo fidem ei adhibentes. Creber est in usitanda hac voce.

222 *Saltat tonantem tauricornem*] De his suo loco, contra Symmachum longiores erimus. *Ludius.* Ita quidam libri. Murmellio potius placere videtur *Lydius*, adducto V. Maximi auctoritate, ubi de histrione agens, 'Eaque res,' inquit, 'Lydium ex Etruria accersendi causam præbuit: cujus decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Etrusci originem traxere, novitate grata Romanorum oculos permulsit.' Ita etiam Ovid. de Arte I.

224 *Ridesque et ipse*] Ambros. lib. I. de virginit. elegans Dionysii Syracusani Deos illudentis exemplum proponit. 'Is,' inquit, 'cum ingressus Jovis fanum, amictum aureum, quo operiebatur simulacrum ejus, detrahit, jussit imponi laneum, dicens, aurum hieme frigidum, æstate onerosum esse. Sic Deum irrisit suum, ut

nec onus ferre posse, nec frigus putaret. Ita cum Æsculapii barbam vidisset auream, tolli imperavit, indignum ratus, filium barbam habere, cum Apollo pater etiamdum imberbis esset.'

226 *Sacrate*] Summe Pontifex, sacris iniciate.

228 *Meretrix Adonis vulneratum*] Dente aprugno sub inguine laniatum. Ovid. in fine Met. x. et Lactant. de falsa Rel. I. 17. ubi ex numero liberorum Veneris sena adulteria supputat.

236 *Facem recincta*] Ovid. Met. v. et Claudian. tribus libris. Sustulimus gravissima menda, quæ totam hanc clausulam inexplicatam reddiderant, et veterem scripturam in sedem reposuimus suam. Neæræ nomen ἀντονομαστικῶς hic accipio, pro Omphale, cui Hercules ex Apollinis Oraculo venditus serviisse dicitur. Neque novam quis aut absurdam hanc expositionem arbitretur, cum idem hoc nomen Ariadnæ dederit in priore contra Symmachum, ubi, cum Liberum dixisset puellam a Theseo desertam in litore reperisse, addit: 'Hanc jubet assumptam fervens post vina Neæram Secum in deliciis fluitantis stare triumphi.' Eadem tropi forma usum existimo, cum 'Eliam ruris aridi hospitem, fragore ab omni remotum et segregem,' ait, 'sprevisse criminum frequentiam, casto fruentem Syrtium silentio.' Per Syrtes Carmelum montem, aliasque solitudines intelligens, in quibus tum Eliam, tum alios prophetas degisse legimus. Est eadem usus supra, cum significaturus non paucas etiam magni nominis Vestales virgines Christo nomen dare, diceret: 'Ædemque, Laurenti, tuam Vestalis intrat Claudia.'

245 *Divinitatis vis in algis*] Divinum aliquid. Inf. 'Regia tunc omnis vim majestatis, et omnis Parva licet, cœli imperium retinere potestas Credita.' Ejusdem sunt: Longi vis temporis; vis marini gurgitis, vis libertatis. Hoc addo, ut lector, cum in aliis pro *vis* invenerit scriptum *jus*, quod Murmellio magis videtur placuisse, facilius judicet, utrum verius.

257 *Aspis Æsculapii*] Æsculapius primum Epidauri serpentis forma colebatur: postea Romam traductum fuisse, narrat Livius lib. I. de bello Punico. De Diis Ægyptiorum verissime Juven. Sat. xv. in ipso initio.

263 *At unde major*] A simili. Fuliginosis Laribus divini honores decernuntur, non autem oleribus: *at* (ita malo, non, *aut*) unde plus divinitatis focis et Laribus agnascitur, quam hortis? profecto si illis inest Numen, et his.

269 *Malleus Polycleti*] Cum in vetustis et impressis hic verborum ordo servetur, quid est, Murmelli, cur eum immutes? Qui in voce, paracletus, penultimam corripi patiebare, cur non item in, Polycletus? an quo rudiores id minime imitarentur? Immo huic malo brevi annotatione occurrisses.

302 *Quos lana terret discolore in stipite*] In circulatorum præstigiis colorum variegatorum magnum esse usum testificatur Pharmaceutria Virg. 'Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo.'

346 *Ædem sibi ipse mente in hominis*] Ita plane in meo: nisi quod *sedem* habeat pro *ædem*. Murmellio magis placet altera lectio, etiam e vet. libris depromta, *ædem sibi ipse mentem hominis condidit*; ut consona non absorbeatur. Neque mihi admodum displicet, cum tale quid supra docuerim de adspirationis nota.

381 *Deasciato stipiti*] Statuæ ascia fabrorum instrumento dedolatæ et politæ. Suavissime hunc locum tractat Minucius.

383 *Aras ofellis*] Etsi deductitium sit ab offa, alterum *f* tamen detra-

bit, quomodo etiam Martialis: 'Parva tibi incurva craticula sudet ofella.'

365 *Urnas, reorum morticinas, lambere*] Ex quodam pietatis affectu urnas exosculari, quæ nihil aliud, quam exsanguia sceleratorum hominum cadavera et ossa servant.

410 *Pyrrham consule*] Si originem humani generis extremam vis nosse, Deucalionem et Pyrrham tibi propone. Ovid. Met. I.

415 *Jovi Statori*] Unde Jovi Statori nomen sit, habes apud Livium in vita Romuli.

481 *Ignes et fidiculæ*] Instrumenta, quibus sontes alligantur, ut ab iis veritas extorqueatur. Infra tamen conjungit fidiculas cum acutis sulcis: vultque ea a lateribus tranferri ad secandas maxillas. Judicabit lector: nam mihi omnino videtur hac voce abuti.

495 *Podagra, et arthresis*] Quisquis ille fuit, qui vulgata hujus loci scriptura nixus vocem artesin Latinis Lexicis inseruit, et ab artubus originem sumsisse arbitratur, plane fallitur. Cum enim morbus hic articulorum Græcis dicatur ἀρθρῖτις, tempore Poëtæ nostri, infelici nescio qua ratione et exemplo ducti, eum arthresin nuncuparunt. Sic ex pleuritide, pleuresim, ex phrenitide, phrenesim, fecerunt. Atque harum trium vocum duas priores apud hunc auctorem, et huic coævos, est reperire: apud vetustiores aut Græce peritos, minime. Tertia Latinis sic satis nota videtur: sed ita ut Juvenalis, Martialis, et alii Græce docti ejus mediam produxerint, solus Prudentius corripuerit. Hinc intellige, amice Lector, quam recte illi sentiant, qui in auctore nostro ob solas librorum epigraphas, in quibus inveniendis illi fortasse amicus idiomatis Græci paullo peritus gratificatus est, putidam et otiosam quandam licentiam malint tolerare, quam Græcæ linguæ ignorantiam. Quod autem Pet. Mosellanus, vir non ineruditus, in suis schematum tabulis ait, Prudentium virum vere prudentem non inscitia Græcarum, ut litteratores clamitant, sed in re sacra systole usum esse in dictione, idolum, imprudenter ille quidem, et parum Grammatice. Constat enim Poëtas omnes, Latinos dico, tanta religione semper ab hac figura abstinuisse, ut non nisi coacti eam usurparint. Cogebantur vero, aut cum dictio alia non suppeteret, quæ omnino idem significaret, quod non rarum est in propriis appellationibus, aut cum venustum aliquem et proprium sermonem servare non possent, nisi neglectis Prosodiæ regulis. Hoc autem cum fieret, dabant operam, ut scientes ac studio, non imprudentes ac inscitia, fecisse viderentur. Itaque Sedulius, in fine Paschalis carminis, qua voce alibi semper recte usus erat, semel in illo est abusus: 'Gloria magna Patri semper, tibi gloria Nate, Cum Sancto Spiritu gloria magna Patri.' In hoc Nostro quid tale usu venit? eandem vocem, cum aliæ non paucæ suppeditarent, sexcenties illegitime usurpavit, cum legitime potuisset, si voluisset. Testor Ald. Manutium, qui plus decies tentavit. Quæ istæc igitur superbia est, malle se in difficillimos rerum absurdissimarum laqueos induere, quam opinionem mentibus semel comprehensam videri remisisse?

498 *Sævit Hippocratica*] Si hoc exemplo allato systolen Mosellanus illustrasset, neque potuisset meliore neque planiore.

528 *Non voluntas occupat*] Cur id non volentes et lubentes capessimus, quo necessitate urgente tandem adigemur? Cur non convertimus in nostram laudem et gloriam, cum queamus, quod naturæ lege nobis impositum est?

557 *Charaxat*] Χαράττειν Græcis etiam valet sculpere, arare, scarifi-

care. Poëta, suæ ætati suppares credo imitatus, ab istius verbi futuro χαράξω Latinam dictionem derivavit: quemadmodum alibi a præterito passivo sive ejus deductitio nomine πλάττειν, plasmare. Quæ huc ab aliis afferuntur, et scriptis libris adversantur et poëtæ nostri Genio.

592 *Sanus videbit: lippus oculos obteget*] Lux prolata etiam in tenebris, sanis tantum, et, qui fidei lumen recepere, statim jucunda est et utilis. Iis autem, quibus lippiunt oculi, aut ex glaucomate, sive hypophymate caligant, i. e. incredulis et malis, injucunda maxime est et noxia.

610 *Ut stultus esset sæculi*] En tibi veram causam, cur poëta eum fucatis Gentilium poëtarum lenociniis more nostri sæculi sua exornare potuisset, studio, et de industria iis abstinuerit. Qua de re exstat eruditissimum Arnoldi Laurentii necessarii mei carmen.

618 *Capellam Gnossiam*] Amalthæam Jovis nutricem. Vide Lactant. I. 21.

630 *Crucem vetusta combiberunt sæcula*] Innumeris signis et certissimis adumbrationibus edocti sunt, fore, ut per Crucis mysteria aliquando liberarentur.

648 *Margaritas spargere*] Suspicor scripsisse *margarita*, quomodo in Psychomach. 'margaritum ingens:' quanquam hic secundam corripiat, ibi produxerit. Cujus in toto opere vix alterum exemplum invenias.

692 *Tantulos at si dolor*] I. e. ut modo aiebat, 'Male eruditi torqueatur funere, Infantis orba, quemque corrupit, fleat.' Supplicium unici filii gravius illi accidet, quam si ipsa nostris unguis lancinetur. Atque hanc castigationem, uti multas alias, uni meo manuscr. acceptam fero. Ab aliis enim omnibus hic destituebar.

705 *Quem plaga flerat*] Sup. 'Ambustum quoniam vis facit ignea Imbrem de madido flere cacumine.'

715 *Firmatque sensum mollis indulgentiæ*] Rationem reddit, cur mater, flentibus aliis, sola vultu esset renidente. Pietas, inquit, erga liberos in Christianis et vere piis, fortior redditur, ne in effeminatam misericordiam degeneret, liberis ipsis pro Christi amore patientibus, ipsisque adeo doloribus redditur contumax, ut sensum mollis indulgentiæ omnibus parentibus agnatum stabiliat et obfirmet, quo sc. salutem animæ suorum longe præferant saluti corporis.

737 *Mille in Bethlehem*] Hujus scriptionis rationem supra reddidi. Historias vide Matth. II. Gen. XXII. Machab. VII.

786 *Quenam arte nobis*] Perorationem a septem Machabæorum matre sumit. Ait enim ibi: 'Nescio equidem, quo pacto in meo exstiteritis utero, nec ego vobis spiritum et vitam contuli, nec cujusquam vestrum primordia compegi. Nimirum mundi creator ille, qui genus humanum finxit et originis omnium auctor est, idem vobis spiritum et vitam clementer reddet resurrecturis: qui vos ipsos nunc propter ipsius leges contemnatis.'

829 *Sancti Abelis ferculo*] Hic videtur pro sportula viminea seu fiscella poni, qua agni Abelis gestabantur. Obiter reddit causam, cur Abelis sacrificium Deo fuerit gratius, quia videlicet lecti erant ex ovili pariores ceteris. Gen. IV.

881 *Libet experiri, lerna*] Locus hic ab aliis corruptus erat et perperam explicatus. Vera sententia hæc est: Periculum faciendum est, an parte aliqua truncata, alia sit renascitura: Dein, an etiam ille per damna imminuti seu mutilati corporis sese novum sit instauraturus, quomodo de excetra Lernæa commemoratur, cui uno capite cæso, altera tria unius loco succrescebant. Quod si ita est, age, ego me tum Herculem dabo, et non amplius partem aliquam, sed totum

monstrum aut igne, quemadmodum ille, aut alia ratione e medio tollam.

886 *Jam nunc*] Elegantissima veri Chirurgi periphrasis, desumpta a proximis adjunctis, peritia sc. anatomicæ artis, et proba luxationum, ac vulnerum curatione. Apparet autem, ab eo usque tempore, partes nobilissimæ artis pessimo exemplo discerpi, ac laniari cœpisse. Hic enim Aristo eo tantum nomine innotuisse videtur, quod solam χειρουργικὴν, tertiam θεραπευτικῆς partem, exerceret.

894 *Fas profanavit vetus*] Sup. 'O fas priorum, moris o prisci status!' Servius in illud Georg. I. 'Quin etiam festis quædam exercere diebus Fas et jura sinunt.' 'Fas,' inquit, 'ad religionem pertinet: jura ad homines.'

911 *Ergo ratus præfectus*] Ausi sumus ordinem verborum, qui in impressis est, mutare, aliis exemplis adducti; quale est inf. 'Vera ratus, quæcumque fiant auctore senatu.'

972 *Ceu retusis ictibus*] Hic quoque eum tantopere variare codices viderem, et particula disjunctiva turbari commentatores, assimilandi notam substituimus, quæ sententiam effecit planissimam. Chirurgum judex de alterutro insimulat, eum sc. aut nihil secasse, aut perpauca tantum linguæ vincula, quæ loquelam non plane impedirent. Prius intellexit, cum diceret, eum mera usum simulatione, ferrum in martyris ore nihil agens et irritum versasse frustra, quomodo fieri solet, cum clavus aut radius maxima vi adactus ab aversa parte retunditur. Alterum ita dilucidum est, ut vel verbum additum supervacaneum fuerit.

1007 *Non bubulus*] Παρασκευὴ est narrationis sequentis: qua describit et irridet sacra Terentina, quæ in circo campi Martii, ubi Tybris suas maxima vi ripas abradit et terit; unde et Terentum ea pars circi dicta est, in honorem Ditis et Proserpinæ, sub terra, (ut in sacrificiis Inferorum fieri consuevit,) nigra bove cæsa celebrabantur. Reliqua ita perfecte exsequitur auctor, ut neminem adhuc meminerim perfectius.

1015 *Cinctu Gabino russeam*] Is erat toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. Quo vestimenti genere Pontifices in sacris quibusdam, Consules in bellis indicendis utebantur. Originem a Gabiis traxit, qui, cum ipsis sacrificantibus bellum indictum esset, iisdem illi togis, quibus induti erant, cinctis, bellum aggressi sunt, et tandem feliciter confecerunt.

Russeam] Sup. Hym. in Hippol. vs. 130. 'Luserat et minio russeolum saniem.' Ita et Apuleius 'russeam fasciolam' dixit. qualis autem hic color sit, notum est ex eo, quod russatis vestibus Lacedæmonii usi sint, ad celandum coloris similitudine sanguinem, ne ipsorum vulnera hostibus animum adderent. Quo autem in ordine colorum rubeorum ponendus sit, Jul. Scalig. contra Cardanum exercit. CCCXXV. acutissime docet.

1051 *Addamus illam, vis, Hecatomben tuam*] Iliad. α'. Εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, ἠδ' ἑκατόμβης. i. e. τελείας θυσίας ἀπὸ τῶν ἑκατὸν βοῶν, ἢ τῆς ἀπὸ ἑκατὸν βάσεων, ὅ ἐστιν, ἐξ εἴκοσι πέντε ζώων. Infra quoque hujus solennis sacrificii mentionem facit: 'Forte litans Hecaten placabat sanguine multo, Pontificum festis ferienda securibus illic Agmina vaccarum steterant, vitulasque revincta Fronte coronatas vibrabat torta cupressus.'

1059 *Sunt sacra, quando vosmetipsi exciditis*] Quam nefandis et sceleстis sacrificiis suos olim Deos Gentes coluerint, elegantissime, ut alia omnia, Alexander Neapolitan. Genialium dierum lib. et cap. ult. et Lactant. I. 21.

1061 *Cultrum in lacertos*] Cybelæ, Deum matri, sacrificabant, virilibus testa exsectis. Bellonæ autem, ali-

quando tantum humeris mutuo cæsis, interdum homine per totum corpus ignitis acubus punctim inusto primum, ex crucis postea vulnere mortuo.

1076 *Sacrandus*] Consecrandus, immolandus Bellonæ, teste Tertulliano.

Sphragitidas] Stigmata et punctiones acuum. σφραγίζειν, signare est, et insignire. Inde σφραγὶς et σφράγισμα. derivatum σφραγῖτις hac significatione alibi vix puto legi.

Hymn. xi. 9 *Tacitas claudentia turbas*] Accommodate. Subjungit enim, ' Quanta virum jaceant congestis corpora acervis.' In impressis est, *tumbas.* male. quid enim significat, *tacitas tumbas?*

29 *Execranda Novati Scismata*] Non potuit voce uti aptiore. Nam ille, qui omnes a baptismo vel semel relapsos crudeli errore damnabat, non existimans iterum in Ecclesiam recipiendos, quid aliud quam Ecclesiarum concordiam dissipabat; hos ad desperationem, illos ad privata agens concilia et cœtus?

38 *Venerabile martyr Cerno*] Jamjam futurus verus, et quam plurimis utilis Christi testis sentio, illud dogma esse venerabile, id est, amplectendum, utpote rectum, et venerandæ religioni consentaneum, de quo pessime antea judicaveram.

154 *Crypta latet foveis*] Quo modo hæc crypta, quæ Verania dicta est, in via Tiburtina sita, latuerit, sequentibus aliquot versibus demonstrat. Alii *patet*, alii *fovet*.

185 *Æquore levi*] Infra eadem voce est usus, ne quis aliam substituendam putet: ' Felix Deorum mater imberbes sibi Parat ministros lævibus novaculis.'

222 *Laterum seriem jugiter exsinuent*] Sinuum seu laciniarum in morem explicent, latiusque extendant. Hanc templorum formam per tot sæcula vetustas ad nostram usque ætatem transmisit, neque nostra hodie aliter exædificantur. In duobus æque novum vocabulum est, *eximient.* Lectori optio datur.

Hymn. xii. 5 *Pleno tamen innovatus anno*] Eodem die interemtos esse omnibus constat, sed controversia est de anno. Vulgata opinio est, in eundem annum utriusque mortem incidisse. Prudentius hic annum interjectum fuisse ait. Nec desunt qui de duobus audeant affirmare. Nos veraci eorum testimonio contenti, de illo tantopere non laboramus.

7 *Quæ flumine labitur propinquo*] In quodam vetere est, *lambitur*. In Daventriensi, *lambit ex.* Utrumque de Rhodano Lemanum allambente, similibusque fluminibus recte dici possit. De paludibus autem ad montium radices scaturientibus, ac in vicinos amnes perenniter sese exonerantibus, non item.

17 *Sola versus in cacumen*] Pedibus in altum vergentibus. Solum enim, inter alia, inferiorem pedis partem significat. Cicero: ' Mihi amictui est Scythicum tegmen; calceamentum, solorum callum; cubile, terra.' Inf. ' Nunc virginali perdomitus solo.' Item: ' Sola pendulus et pede sicco.'

36 *Fluctuet corymbo*] Expressi Davent. his de caussis: primum quod κόλυμβος inter vocabula Ecclesiasticis usitata non numerandum sit: deinde quod natatus inepte rivulo affingatur. Sup. in Quirino, vs. 29. ' Miris vasta natatibus Saxi pondera sustinens.' Postremo quod paullo ante regionem, ubi sepeliebatur B. Petrus, dixerit ' canere oliva.' Hic igitur idem repetens, ait ' rivulum, ubi per pretiosa marmora ruerit, clivumque lubricarit, fluctuare virentibus corymbis:' i. e. ramulis et foliis olearum.

47 *Princeps bonus*] Vide Platinam in Silvestri vita, et Volat. in Constantino. *Lusitque*, adeo liberaliter erexit, ut sumtibus pepercisse non videatur.

53 *Tum camuros hyalo*] Num vi-

tres fenestras intelligit, quæ fornicatis arcubus includi solent? An potius arcus illos cameros, columnis Pariis immixos, vitreo colore seu lumine fuisse perfusos?

Cucurrit] Continenter duxit.

Hymn. xiii. 20 *Sive timoris opus*] Potes per, timoris opus, intelligere eorum affectus, quos suorum criminum pœnitere incipit, cum metu divini judicii et Gehennæ ad meliorem mentem revocantur. potes constantem sui abjectionem, quam alibi prope desperabundus videtur præ se ferre. potes denique sanctum, et filiis dignum timorem Dei, qui sapientiæ initium statuitur. quicquid feceris, nihil peccabis. Neque enim, quæ universe dicuntur, arctius restringenda sunt.

30 *Deflua Cæsaries*] Agnoscis morem veteris Ecclesiæ.

32 *Justitiam bibere Christi*] Justitia, quam suos Christus edocuerat, imbui, eam discere, et modis omnibus consectari. In aliis est: *vivere justitia Christi*: in aliis, *Justitiæ*. Jurare ausim, utrumque subditum esse ab iis, qui hoc genus positionis, de quo antea, non animadverterant.

90 *Edere jussus erat*] Vulgata scriptura, in qua carminis ratio non constabat, nisi præter auctoris consuetudinem consonans s absorbetur, nunquam mihi placuit, tum ob hoc, tum quod languidum quid, et a sensu abhorrens mihi saperet. Est autem hæc: *Dogmata atque loci jussus genus, Christianus inquit*. Tandem Pulmannus me istius, e vetusto libro deprompta, participem fecit: de qua minus cœpi dubitare, quod in Daventr. quoque haberi viderem.

Hymn. xiv. 8 *Virginal*] Ὑμὴν seu virgineum vinculum, de quo Johan. Wierus medicus. Quod Augustinus atque alii efferunt in plurali numero, ausus est in singulari, quomodo paullo post nomen, altar. In quibusdam legitur, scriptum fere, nisi me oculi fallunt, aliena manu: *Intactum ab omni crimine corpus est*: quod plane rejicio ut spurium, neque cum sequentibus cohærens.

74 *Hic hic amator jam, fateor, placet*] Æque alacriter atque fervide Ignatius in sua ad Romanos: Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων· ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο· καὶ αὐτὰ δὲ, ἐὰν ἑκόντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι· μηδέν με ζηλῶσαι τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

130 *Purgabor oris*] Pleraque errata, quæ autorem hunc misere fœdarunt, librariorum arguunt inscitiam: qui temere ac sine delectu quævis ausi sunt exarare, modo in unam dictionem diversissima conglutinantes, modo cohærentia divellentes. Subjiciam plura exempla simul, ne de iis singulatim ratio reddenda sit.

Suam	pro	si jam. in Vincen. vs. 146.	
Obis		o bis ibid. vs. 537.	
Quinos		quin os. in Romano vs. 1036.	
flucta et		fluctuet. in pass. Pet. et Pauli vs. 36.	
exitusque		exit usque. in Cyprian. vs. 102.	
purgabo roris		purgabor oris. hoc loco.	
secernere		se cernere. Apoth.	
consulet et		consultet.	II. in Symmach.
in acie.		macie.	
sed et		sedet.	

IN APOTHEOSIN.

'Αποθεόω Latinis valet consecrare, et divinis honoribus prosequi, atque, ut ita dicam, deificare. Qua autem ratione hoc titulo suum librum insignierit, discere potes e Psychomachia. Ibi enim Heresis, quem Deum coleret, rogata, 'Deus est mihi discolor, inquit, Nunc minor aut major: modo duplex, et modo simplex: Cum placet, aëreus, et de phantasmate visus, Aut innata anima est, quoties volo ludere, Numen.'

Præf. ii. 51 *Exspectat ergo*] Parabolam Christi de zizaniis Matt. xiii. contra atque alii, ad hæreticos refert.

Apoth. i. *Plurima sunt*] Hæc heresis Noëtum quendam auctorem habet, qui circa annum Domini ccl. est ausus asserere, Christum eundem esse Patrem, et Sp. Sanctum, ipsamque Triadem in officiorum, et actionum nominibus, non in personis accipere. Unde qui illum secuti sunt, Patropassiani dicebantur: inter quos Sabellius exstitit, præceptori dogmatum perversitate minime cedens.

11 *Ille Pater*] Ea Patris est hypostasis, quam Johannes Dei nomine intelligi voluit, quem nemo mortalium vidit, nisi in Filio λόγῳ ὑφισταμένῳ, qui tum patribus beatis, tum facta temporis plenitudine Apostolis fuit conspicuus.

52 *Effigiem nostri signaverat oris*] De more suo quærit occasionem explicandi allegorice sacras historias, iisque eruditionis quasi spargendis seminibus exornandi opus suum.

74 *Verbi sator, auctor et ignis Creditur extra*] Vanissimam hanc heresim unico argumento eoque solido confutat. Videri Pater non potest; ergo nec pati. Antecedens comprobat testimoniis sacris, ut Johann. i. 'Deum nemo vidit unquam.' et Joh. vi. 'Non quod Patrem quisquam viderit, nisi is, qui est a Deo: hic vidit Patrem.' Exod. xxxiii. 'Faciem meam tibi videre non licet: neque enim homini fas est videre me, quin vitam amittat.' Joh. i. 'Verbum caro factum est.' Quæ admiscentur historiæ, ut illa Abrahami, Gen. xviii. Mosis, Exod. iii. trium juvenum Babyloniorum, Dan. iii. huc faciunt, ut ostendant, tantum abesse, ut mera et infinita Patris majestas humanis oculis ab aliquo conspecta fuerit, ut ne filium quidem mortalium quis aliter unquam viderit, quam per species, quas possit homo comprehendere visu.

155 *Semper in auxilium*] Nobilissimus hic est locus de perpetuo Christi in Ecclesiam amore, quem B. Paulus toties urget, præcipue cum ait: 'Petra autem erat Christus;' innuens, Dei filium et ductorem, et custodem Israëlitis certissimum semper exstitisse: facitque huc tum Irenæi, tum aliorum veterum interpretatio, qui, cum idem Apostolus inquit, 'Legem per manus mediatoris datam esse,' intelligunt ipsum Dei Filium, λόγον, æterni Patris fuisse oratorem ad populum dicentem verba legis: in qua sententia fuisse et poëtam nostrum, liquet ex his versibus: 'Ipse dator legis divinæ accedere coram Jussus, amicitiæ collato qui stetit ore Comminus, et sacris conjunxit verba loquelis Carnis in effigie Christum se cernere sensit.'

179 *Depositorque patris*] Sabellius Pentapolitanus, Noëti discipulus, similiter docuit, unicam tantum esse personam in Divinitate, et Trinitatem tantum in nominibus, non in rebus, ac subsistentiis distinctis, confitebatur. Unde illius sectatores Unionitæ dicti sunt. Vixit circa annum cclx. Hist. Eccles. vii. 5. et x. 29.

183 *Sed fortasse velis*] Satis tibi est, dicere, unum Deum esse: Patrem et Filium esse non vis. atqui quantum tu dicis, ipsi etiam Philosophi Gentiles ante te crediderunt. Id quod de suo Aristotele Jul. Scalig.

exercitat. 365. nimium ingeniose contra Ciceronem probat.

186 *Et quis in idolio recubans*] Nonnihil torsit me hic locus: nihil tamen in eo immoratus, ad alia perrexi. Quo factum est, ut postea grande pretium meæ festinationis reportarem. Nam cum de argumento quodam Paulino inquirendo solicitus essem, forte fortuna incidi in 1 Corint. VIII. ubi statim quod errabam didici. Paulus enim ibi de idolothytis agens, Ἐάν, inquit, *τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;* Cujus loci vulgata conversio hæc est: ‘Si quis viderit eum, qui habet conscientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?’ Eam conversionem secutus est Poëta. Alii vocem *εἰδωλεῖον* epulum simulacrorum interpretantur: alii mensam deastrorum. Ego eandem 1 Esdr. I. usurpatam reperio pro idolorum fano, quod ad hunc locum mirifice quadrat.

197 *Nemo Cloacinæ, aut Hippo*] Rationes, quamobrem, diu ante Buslid. codicis scripturam visam, divinaverim ita legendum esse, sunt intiusmodi. Scribit Fulgentius ad Chalcidium, ‘Vertumnum, Priapum, et Deam stabulorum (quam Apuleius Hippo, sive Hipponen, alii Hipponam nuncupant) inter Semonas Deos numerari, qui tanquam cælo indigni, ob meriti paupertatem, cælitum numero nunquam adscripti fuerunt.’ Quæ verba cum auctoris nostri propositionem mire confirment et illustrent, satis argumento sunt, depravatos esse codices, in quibus, mutatis et transpositis litteris, legitur, *Nemo Cloacinæ aut Tipho.* Idem censendum de iis, in quibus est: *Nemo Cloacinæ aut Eponæ.* Siquidem Lilius Gyraldus in historia de Diis Gentium manifesto convincit, hanc Deam a quibusdam male Eponam vocari. Vere hoc illum dixisse, hinc facile est perspicere, cum scioli Barbaram vocem substituentes media longam corripuerint.

198 *Quamvis olidam*] Ita malo. In aliis tamen est, *quamvis solidam:* In Daventr. *solitam quamvis.*

205 *Clinicus ut se*] Sic apud Platonem sapiens ille Socrates, cum, ex veneno hausto, toto pæne corpore frigeret: ‘Æsculapio,’ inquit, ‘o Crito gallum debemus, quem, videte, ut reddatis, neque committite, ut hoc negligatur:’ sentiens, se ex hac vita emigrantem quasi a morbo convalescere.

264 *Noscere principiorum semina*] Utinam hoc acutulis quibusdam, et perquam suo judicio perspicacibus aliquando persuaderi potuisset; non opus esset, tam multos hodie tranquillandis Ecclesiarum discidiis distineri.

284 *Semifer et Scotus*] Hæc addo, ut demonstrem, non male me ex fide vetustorum codicum rejecisse id, quod erat in vulgatis edit. *Semifer* et *Gothus:* tum quod verisimilius esset, poëtam finitimæ regionis exemplum proponere; tum quod omnes uno consensu primam in *Gothus* corripiant.

298 *Nec sago clangore*] Strepitu præsago, et, ut Horat. loquitur, ‘imbrium imminentum divino.’

301 *Amico imbuit eloquio*] Edocuit. Ejusdem farinæ phrasis est cum ea, quam supra restituimus: ‘Justitiam bibere Christi:’ penetrare dogma nostrum.

305 *Et dedit olli Ora Dei*] Quia istos ex mera inscitia errare judicabat, longior adhuc fuit in vera doctrina de Trinitate explicanda: nunc duobus argumentis eorum errorem convellit. Unum produxit ex Genes. I. Quod cum suavissimis versibus Mar. Victor complexus sit, non me contineo, quin eos, licet minus, ut cupio, integros, hic adscri-

bam, quo omnes ad vetustum aliquod exemplar reperiendum commoveam: 'Postquam cuncta datus generatim protulit ordo, Quæ mandante Deo cum plenus mente parentis Filius Omnipotens faceret, sanctusque probaret Veris plena bonis et multa dote referta Spiritus, ac longam in seriem mansura foveret; Caussa datur mundo propior, cur justa vicissim Caussa prior. Jam mundus erat; jam sidera, et ortus, Aërque et vitreum pelagus, terræque virentes: Nec spectator adest, quem tantæ gloria molis Impleat, atque oculis avidum per singula ducat. Quid possint conferre Deo? possessio nulla est, Si rerum possessor abest: nunc Rector Olympi; Stat data summa operi, bona sunt quæcunque creavi, Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe, Et sit imago Dei (similem decet esse creanti) Liber, ad arbitrium fruitur qui mente, creatus.' Alterum argumentum est Gen. XIX. 'Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulfur, et ignem a Domino de Cælo, et subvertit civitates has.'

343 *Alieno stipite jactat*] Non gloriamur alieno stipite. Lubentes enim hic monenti Paulo Rom. XI. audientes dicto sumus. possumus siquidem et nos vobis facilius multo, et citius defringi, et cadere: sed oramus, ut quia nunc tandem vestro trunco insiti sumus, et uno illius succo alimur, vestra avulsione et lapsu contristare nos porro desinatis: quod si non impetramus, saltem ne invidete nostræ felicitati.

353 *Lascivire choris*] Æque ut olim cupide, immo lascivius convenire, ad Paschæ festum peragendum.

359 *Signato collinit ore*] Alludit ad Domini præceptum, quo, ut est Exod. XII. Judæi, ab ultima Ægyptiorum plaga immunes futuri, agni sanguine postes et superliminaria domorum conspergere jubebantur.

371 *Sed Christo feta, meumque Spem paritura utero: quam spem? nisi*] Ita in plerisque apographis. Interpunctionem ipsi ex ingenio addidimus. 'Fluxit,' inquit, 'lex cælo illa, non quam carne colis, sed quæ Christo feta est:' i. e. quod antea dixit in eadem metaphora persistens, 'quam spiritus implet interior, quæque utero paritura est spem meam, nimirum Numinis almum lumen et adventum Domini.' Hujusmodi personæ mutatio est illi frequens. Inf. 'Vidisti Angelicis comitatum cœtibus alte Ire meum, cujus servor munimine, templum.' Item: 'convicta fatere Esse Deum, solus qui me tibi præripit, Jesum.'

383 *Fronte crucis*] Joh. XIX. Poëtice autem hic scribam inducit Pilato respondentem, ut inf. sibi Lazarum.

387 *Quidquid ab arcano*] Hanc scripturam una cum versuum ordine manusc. debemus. Et vero quis sonum, non, ut alii inconditum, sed articulate nostræ fidei arcana exprimentem, non arte, sed naturæ organis efformatum, omnibus musicorum instrumentorum modis non anteferat?

400 *Audiat insanum bacchantis energima*] Usitatissimam fuisse eo tempore hanc dictionem, etiam inter Latinos, arguunt cum alii multi, tum Sulp. Severus, qui in vita Martini ea non semel utitur.

412 *Cyllenius ardens*] Sup. 'Venerator Deucalionum:' utrobique ea antonomasiæ forma est, quam supra indicavimus.

438 *Delphica damnatis*] Delphis Bæotiæ Apollinis oraculum consulebatur. Cortinam Servius in illud Virg. 'Et mugire adytis cortina reclusis,' interpretatur locum, seu cavernam, ad quam Phœbas rapta vaticinabatur. Robert. Stephanus ex illo ejusdem, 'magni cortina theatri,' conjicit esse locum velatum, unde mimi et actores

egrederentur. Quæ acceptio neque illi phrasi dissimilis est, quam me puerum aliquando Erasmus docuit, 'revolvere lecti cortinas:' et huic ea loco (quemadmodum is in manuscr. est, *tripodas cortina tegit*, non *regit*,) optatam lucem affert. Quæ contra Servinum affert Sipontinus, plausibilia esse non nego, loca tamen plura apud auctores ab eo explicata fuisse velim. Nam et in illo, quod tripodem, et cortinam pro eodem vase accipit, auctoris nostri sententiam obscurat, et eruditissimis hominibus, inter quos Alexander Neapolitan. est, adversatur.

449 *Fata Sibyllinis*] Romani veteres ad libros Sibyllæ, quæ pro locis in longissima ætate sæpe mutatis varia cognomina adepta est, tanquam ad certum oraculum in rebus dubiis accedebant, testis est Livius. In luco querno, qui Dodonæ Epeiri vicinus Jovi sacer erat, duæ columbæ (alii eas aviculas fuisse autumant) olim responsa dabant. Auctor Herodotus. Juppiter Hammon seu arenarius in Lybicis Syrtibus et desertis, templo a Libero filio exstructo, colebatur in forma arietis, et consulebatur. Lucan. IX. Cæterum insanos vapores vocat furorem fanaticum, cujus materia a medicis vapor calidus et urens in cerebrum elatus statuitur.

460 *Forte litans Hecaten*] Julianum apostatam intelligere videtur, de quo mihi videor tale quid olim legisse: Sed de hoc ut certior nunc fiam, varias historias evolvere, mei otii non est. De Proserpinæ, sive Hecates sacris, diximus sup. Nam Zoroastres, teste Plinio, Nini tempore primus magiam in Perside invenit. Thessalia quoque illi adeo fuit dedita, ut in proverbium abierit.

518 *Jacet illud nobile templum*] Totius confutationis hæc summa est. Cum rogasset Judæos, an non eorum magnus Paschalis mere fuisset typicus, et Messiæ adventum, et mortem prænunciasset, probat maximam orbis partem Christi fidem et dogmata jam amplecti: quos omnes si errare existiment, at habendam saltem esse fidem ipsis Dæmonum testimoniis, qui Christi ac discipulorum ejus imperio ejecti fuerint, et quotidie adhuc ejiciantur cum magno Evangelii fructu. Atque hujus rei nobile exemplum affert recens adhuc, omnibusque notissimum, utpote quod præsente Imperatore et ejus omni cohorte acciderit. Postremo eos ostendit facile posse ex templi Solomonii destructione, et misero ipsorum exsilio de religionis suæ interitu judicare, sed occæcatos esse, et degeneres, eoque dignas nunc justi sanguinis effusi pœnas pendere.

552 *Sunt qui Judaico*] Ebionitæ isti alias appellantur ab Ebione; adversus quos Paulus ad Galatas scribens invehitur. 'Hi,' teste Hilario lib. I. de Trinitate, 'Christum ex viro et muliere natum esse, atque ob vitæ sanctæ et inculpatæ merita ἀποθεωθῆναι, seu Deum effectum esse, asserebant.' Hos imitati sunt Pelagius et Nestorius.

586 *Vel, si concretus auditus*] Ex mole terrea, quæ proprie bruta dicitur, compactus, eoque ad cælestia percipienda minime accommodatus. Notum est axioma Physicum, 'sensus exteriores ad objectum magnopere insigne hebere, eorumque judicium violari.'

Vel concretus] Stupidus, crassus, obturatus, ut verbi caussa in θλάσει seu compressione tortuosorum flexuum auris solet contingere.

513 *Luctantibus heris*] Præ incredibili Messiam videndi studio certatim sese mutuo prævertere conantibus. Simili auxesi usus est supra: 'Quid est, quod artum circulum Sol jam recurrens deserit? Christus ne terris nascitur Qui lucis auget tramitem?' Et Rom. VIII. ubi nos Paulus excitat in spem resurrectionis; οἴδα-

μεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει ὑμῶν καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. In excusis libris, quos hic minime expressimus, est, *lactantibus horis*, i. e. diem proferentibus, et nutricis in morem alentibus. Ejusmodi est illud inf. 'texit Sol unicus annum.' Alterutrius lectori optionem facio: prius tamen malim, et in manuscriptis est.

618 *Cessisse Anguem*] Nihil hac fictione liberalius, nihil vividius, nihil ingeniosius, præsertim si ejusdem stellæ laudes supra elegantissime decantatas huc adducas, et cum hisce compares. Incredibile, quanta ingenii vis et elegantia utrobique elucebit.

673 *Altius inspecta quem*] Etsi veteres mei, formisque excusi codices, paullo aliter hos versus et scriptos et interpunctos haberent; hoc tamen excuti mihi non potest, quin illi depravati sint, et ad hunc modum corrigendi, ut sensus commodior eruatur.

681 *Nec fluctum semper anhelat*] Non omni tempore movetur, et largis haustibus ab ægro se patitur hauriri, sed certis tantum vicibus, turbante eam sc. Angelo, Joh. v. ubi piscina hæc Bethesda appellatur. Poëta aliud nomen ex Joh. IX. mutuatus huic loco accommodavit, ex duabus historiis unam faciens: quam statim mystice ad baptismi lotionem, quæ Christo cum humana carne unito energiam suam ac vim sortita est, pro consuetudine traducet sua.

725 *Crudam, et inexcoctam*] Ita Daventr. Bina autem hæc epitheta conjungit, ut sculptorem ostendat adeo e nihilo aliquid efficere, ut æreæ massæ etiam centies recoctæ eandem retineat materiam, æque crudam, æque inexcoctam, et nihil minus quam vel minima parte immutatam. Vulgata lectio est, *ab æris rudere:* quod, quanquam minus Latine dicatur, si tamen omnes manusc. approbarent, ego non rejicerem.

749 *Ubi Tænara tristia*] Q. d. num regna tenebrarum Tænara et fluvii infernales contigui fuere tumulo, atque ita factum est, ut Lazarus imperantis Domini vocem audierit?

767 *O mors auditis jam mitis legibus*] Cui impositæ sunt leges, et jam dicto audiens esse cæpisti, al. *auritis.*

770 *Esse Deum*] Quia hanc Judaicam sive Turcicam potius hæresin corruituram videbat statim, atque probasset, Christo, quia antea Deus erat, non opus fuisse per recte facta ἀποθεοῦσθαι, totus in hoc fuit: ac proinde omnem Christi vitam, ab usque Angeli prænunciatione ad Lazarum a morte suscitatum, iis in memoriam revocans, pleraque ostendit in naturam mere humanam non potuisse cadere: eoque manifestam ejus divinitatem arguere. Loca semel alibi ostensa hic repetere non statui.

791 *Non tamen ipsa Deus*] Gnostici et Manichæi animam statuebant Dei esse substantiam. Infert Poëta: Ergo aut Deus est aut pars ejus. A Deo instar filii genitam non esse probat, quod a sordida corporis compage finiri queat, ac comprehendi, cum Deus infinitus sit et incomprehensus. Obiter addit, in quo naturæ, cæteroquin toto genere diversæ, inter se conveniant.

800 *Cujus simulatio in umbra est*] Recepta lectio fuit, *cujus imitatio in umbra est:* sed versus illi reclamat ac sensus. Nam umbræ non tam imitari est, quam simulare. Imitatio aliquando exemplar propositum elegantia et dignitate vincit: simulatio omnis falsa est et umbratilis.

823 *Et pessum damnata ruens*] Adulterinam dictionem, *pressum*, loco movimus. Porro alteram dilemmatis partem hic dissolvit, Anima tempore cæpit. Non igitur Dei pars est. Cæpisse eam, e Gen. XI. ubi narratur Deus formato limo inspiravisse spiritum vitalem, ita probat. Si anima dumtaxat Spiritus est, ac flatus Dei,

aliud sane quid est a Deo; certo moderamine pro Dei flantis voluntate formatum, quo modo in nobis est aër, quem pro nostro arbitratu varium efflamus, et sonus item fistulæ, qui ex ratione concitati flatus alius atque alius auditur.

857 *Collige de simili*] Altero hoc argumento, animam tempore cæpisse probat: quemadmodum scriptura nostræ mentis tarditati consulens, animum divini oris spiraculum esse, ita carnem nostram ait manibus Dei compositam esse et creatam. at hæc tum primum existentiæ suæ principium et modum adepta est. Igitur et alia.

915 *Ne traduce carnis*] Facta mentione de originis peccato, ad alterum errorem delabitur, quem diligenter ut caveamus monet. Is quendam Tertullianum auctorem habet, teste August. lib. de heresib. cap. LXXXIX. ubi, inter alia, hæresin dicendam esse negat. tuentur eam hodieque Ecclesiæ Æthiopicæ.

987 *Fundit opus natura suum, quo parvula anhelent Vascula*] Natura, inquit, latente, et occulta quadam lege ita fundit, seu efformat suum opus, nimirum semen genitale, illudque cum materno sanguine contemperat, ut facultas procreatrix illi insita calore in semine sopito usa, primum hepar, cor, pulmones, splenem, aliaque omnia vasa ad nutritionem accommodata, deinde reliquas partes integrales delineet: quibus intra dies 44. jam anhelantibus et in fetum plane viventem coactis, illa vitalis scintilla sc. anima adsit, naturalesque potentias sua vi imbuat, totumque opus perficiat: de quo vide latius August. quæst. XXXII. Exod. XX. Relativum ergo, quo, vel auferendi casus erit, subjectum designans, vel adverbium.

988 *Quid peccatorum prosapia*] Aldus hunc versum omittit, iteratione, ut opinor, offensus.

963 *Est operæ precium, nebulosi dogmatis*] Ejus autor exstitit Manes Persa, circa annum Dom. CCLXXX. qui, præter alia, cum Marcione sibi communia, Christo verum corpus fuisse negabat, sed, ut ita volebant Appellitæ, phantasticum, et aëreum.

988 *Hunc numerum Christus*] Mirum quam sese torqueant interpretes, præsertim non ita vetusti, in explicando illo Matth. I. 'Universæ itaque generationes.' Alii alia commiscuntur, tanquam Sphingis ænigmate proposito. Chrysostomus duas affert interpretationes, quarum utraque æque plausibilis est, et apposita. Sed posterior huic Prudentianæ magis assimilis. Ut enim Poëta numeros septenarios refert ad annum Jubilæum, qui semper in quinquagesimum incidebat, eosdem ita Chrysostomus trahit allegorice ad sex dies, quibus creatus est orbis, quos appellat dies operum, laboris, et miseriarum, ad quæ dicit Christum natum esse, ut nos ab iisdem liberet et exsolvat.

1039 *Decrerat quoniam Christum Deus*] Confutationis totius hæc sunt capita. Primum, eos impietatis accusat, quod Christum vanitatis, et mendacii insimulent, cum in omnibus hujusce vitæ actionibus, et muniis, quæ ille sibi revera nobiscum communia esse voluit, tum in ipsis quoque verbis, quibus pro sua benignitate toties sese Filium hominis appellavit. Urget deinde Christi genealogias Matth. I. Luc. III. ex eorum verbis nimirum effici, omnes, quorum semine Christus natus fuit, aërea habuisse ac umbratilia corpora, quale Christus. Postremo, si, inquit, verum hominis corpus Christus exhorruerit, neque eo in hac vita fuerit vestitus, nego ego quidem mihi illum servatorem esse, nego nos ab illo redemtos esse. Necessum enim fuit, ut hominum genus non nisi ab eo, qui verus homo esset, redimeretur. Et profecto ita est. Cum Deus totam hanc universi molem solo verbo creasset, solum hominem dex-

træ honore dignatus est. Ei enim, ex terræ pulvere formato, spiritum vitalem inspiravit. Quorsum hoc? præscius scilicet, hac ipsa veste unigenitum filium aliquando esse induendum.

. 1063 *Nosco meum in Christo*] Hanc Poëtæ nostri contra Apellitas assertionem, an sint, qui hac tempestate reapse irrideant, nihil affirmo. miror magis, tot tantosque viros de comprobanda animæ immortalitate solicitos esse.

IN HAMARTIGENIAM.

PRÆF. 1 *Fratres ephebi*] Peccati originem, unde huic libro titulus datus est, ab ipsis fontibus arcessiturus, Caini sacrificium, et ejus repudiationem, atque ea occasione admissum ab eo scelus hic proponit; hæc omnia ad Marcionem transferens, qui prave sacrorum disciplinam dividens, mactare dum se vota censet rectius, tranquillam Ecclesiæ pacem turbabat. Nam Gnosticos, Manem, Cerdonemque secutus, duos constituebat Deos, pariter æternos, interque se pugnantes: unum quidem mundi conditorem, auctorem legis et Prophetarum, inconstantem, sanguinarium, omnis denique mali artificem: alterum superiorem et potentiorem, πλήρωμα πάντων, patrem Jesu Christi, qui legem et Prophetas dissolverit, omnisque boni sit auctor. Finxit idem Stoicam necessitatem in bonis et malis actionibus, multaque alia portentosa deliravit. In eum scripsit Tertullianus. Videtur autem Poëta in hujus errore confutando omnem ingenii vim ac robur explicuisse. Materiam namque difficillimam intricatissimamque de fato, ac libera voluntate, mirum quanta verborum et sententiarum dignitate ac mole pertractet, ipsis rhetorum flosculis bellissime omnia referciens: adeo ut ex solo hoc poëmatio quis facile conjecerit, in quovis illum scientiæ, ac literarum genere excelluisse.

12 *Oblata nec tu lege recta dividas*] Quasi dicat, fieri potest, ut ex animo offeras: sed quia seorsim, et diversa offers a fratre tuo, idque cum quadam æmulatione, vota tua mihi accepta non sunt. Simile est: 'Zelum habent, sed non secundum scientiam.' Cæterum hæc Dei ad Cainum verba aliter multo in vulgatis Bibliis habentur. Memini tamen me hæc ipsa legisse in historia quadam manuscripta, e litteris sacris excerpta: et editio Græca, cui olim Latina quædam respondisse videtur, ita habet: Ἵνα τί περίλυπος ἐγένου, καὶ ἵνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου: οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς. ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες, ἡσύχασον, πρός σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ.

37 *Docet Duitas*] Per Duitas Marcionis discipulos intellige. Ad novam et monstrosam hereseos speciem exprimendam novum atque monstrosum vocabulum effingit.

44 *Hic qui caduci*] Et hunc versum Aldus omittens integram periodum in duas secat.

HAMART. 51 *Forma patris veri*] Cum Marcionis inscitiam ostendisset, qui ex rebus perituris, quæ vel bonæ sunt, vel malæ, naturam divinam metiri fuerit ausus, duosque Deos statuerit, cum multa neque perpetua, neque summa pariter atque omnia esse possiat, præoccupat lectorem, cui scrupulum e superioribus injectum esse putabat, et quomodo Deus in Trinitate unus sit, docet, afferens elegantissimum similitudinem a triplici Solis effectu ductam.

69 *Imperitare regis*] Neque istud quidem carmen Aldus habet, cui adstipulatur edit. Daventriensis, et unus manuscr. qui idem in versu proximo nonnihil variat: habet enim non *resolutos*, sed *revolutos*.

85 *Nemo duos Soles*] Γλαυκῶμα vitium oculi est, cum humor Cristallinus præter naturam glaucescit. De

pareliis lege Aristot. III. Meteor.

95 *Sunt duo? sunt. igitur cur non sunt multa*] Ita Davent. quanto autem hoc melius sit, quam quod antea legebatur, *Si duo sunt igitur, cur non sunt multa*, nemo non videt.

111 *Unus ais tristi*] En tibi errorem Marcionis, quem nos supra ex aliis auctoribus breviter excerpsimus. Auctor vero paulo post priorem ipsius Deum Luciferum, Dæmonum principem, facit, cujus deinde e cœlo lapsum, et ab eo technas Adamo structas, una cum malorum cohorte terris postilla incumbente subnectit, pulcerrimum totius hujus libri argumentum.

182 *Sed cuncta per ipsum facta*] Confuse: nam apud Johan. cap. I. est δι' αὐτοῦ, quod proprie Deo Filio tribuitur. Qua ratione eundem supra unigenam appellabat et omniparentem, quod πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Vide idem explicatius 1. Cor. VIII.

191 *Dominum quoque conditione Impositum*] Ea fuit, uti arbore scientiæ boni et mali abstineret: sin minus, moriturum esse. In multis est, *conditioni impositum*; quod etsi sciam, quomodo explicari possit, non probo.

231 *Medicante veneno*] Quia ad medicinam recte faciendam, præcipue in purgationibus, maxima sunt momenta rerum venenatarum, i. e. quæ cum natura nostra nihil habent simile; inde effectum est, ut et φάρμακον, et medicamentum in utramque partem, bonam et malam, usurpetur. Quare medicari hic, non mederi est: sed inficere, seu corrumpere: et medicatum, quod est venenatum, et exitiale. Inf. 'Securam rapiens medicato vulnere vitam.' Item: 'Sed magis aligera est, magis et medicata sagitta.'

261 *Ornatus solvendi leno pudoris*] Non potuit isti indefesso κομμώσεων et lenociniorum studio melius epitheton dari. Videmur enim, eo tanquam lenone usi, insitam nobis verecundiam et pudicitiam prostituere. Deus faceret aliquando impiis Turcis, hoc nomine minus essemus contemtui.

287 *Gemina leves*] Ita manifeste habebat Pulmani manuscript. et Davent. quo non video, quid ad sensum magis potuerit facere.

289 *Ramorum spoliis*] Vestes intellige apud Seres Scythiæ, e frondium lanugine paratas: de quibus Plin. Nat. Hist. VI. 17. et bombycinas. idem II. 22. vestes autem scutulatas, quæ circulis et orbiculis araneorum telæ similibus distinguebantur. Lusitanis multum usitatas fuisse, testatur idem Hist. VIII. 48. In verbo perfundere, allusio est ad verum scutularum usûm.

322 *Medicata ut fercula*] Delicate apparata, suavia; hic, contra ac modo, in bonam partem capitur et metaphorice.

323 *Vegetamque gulam*] Quæ natura ita valida est, ut, nisi copia ingesti cibi opprimeretur, inescari non deberet. In aliis est, *vetitam*, quod et ipsum huic loco convenit, ut dubitem, utrum verius.

348 *Nam Deus atque Deus*] Vide hominis religionem! Singularem numerum bis repetere maluit, quam usurpare pluralem, ut quam longissime a gentilibus recederet. Quam prope igitur ab illis eum abesse existimas, qui nuper a tribus Diis superum ducibus donatos libellos tribus Diis hominum ducibus obtulit?

366 *Oleo maduisse palæstras*] Inf. 'Nunc mastigophoris, oleoque et gymnadis arte Unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus.' Agit de palæstra, quam unctam appellabant, ubi colluctaturi ceromate sive oleo prius perfundebantur, mox inde pulvere conspergendi, quo corpora sudore, et oleo lubrica, mutuas luctantium prehensiones promtius admitterent. Unde proverbium: 'citra pulveris jactum.' Spartanos autem palæstritas

fuisse clarissimos testatur illud Propert. 'Multa tuæ, Sparte, miramur jura Palæstræ.' Insequens de σχοινοβάταις intellige, quos Terentius 'funambulos,' Plautus 'funireos,' Græci etiam ἀεροβάτας appellant.

370 *Inde feras volucri*] Istiusmodi ludum audio apud Italos magno esse in precio, quo tauros acuminatis et ardentibus calamis exstimulantes in rabiem agunt: eique ludo vix unquam prius finem imponi, quam nonnullis, quibus gloria vita est carior, maximo constiterit.

403 *Hinc gerit Herculeam vilis sap.*] Notare videtur Cynicos, quorum supellex erat baculus et pera: quique e sordibus sapientiæ laudem et gloriam venabantur. Quod de Hercule Gallico, sive de illo, cui in Circo Flaminio fuit commune templum cum Musis, afferri possit: adeo probabile non videtur. De Gymnosophistis, Indis Philosophis, August. de Civitate Dei lib. xv. varia narrat.

405 *Lapides fumosos*] Ex suffitu thuris, aliarumque rerum, quæ in sacrificiis adoleri solent.

409 *Quanta victos ditione triumphat*] Plinius de viris illust. Achæos bis prælio fudit. triumphandos Mummio tradidit.

410 *Et agmina denset*] Ita et alibi. Virgilius quoque Æn. vii. teste Servio: 'totis Agmina densentur campis.' Veram de his gentibus Historiam quam prodigiose ab Israëlitis superati fuerint, habes per totum librum Josuæ.

462 *Externi laudant anathemata regni*] Mores, vitam, et sacrificia quæ Deus execratur. Vide Threnos Hieremiæ. Insequentia habes Exod. i. et xvi.

478 *Vallem botryonis opimam*] Vallem Hierechuntis racemiferam, vitium feracem. Martial. lib. xi. 'Nec dignam toto te botryone putat.' Attingit historias Numer. xiii. Josuæ vi. xiii.

510 *Qui luctamen*] Ephes. vi.

554 *Sed quid ego omne*] Adhuc totus in hoc fuit, ut ostenderet auctorem mali esse, non Deum (bona enim omnia sunt, quæ ille condidit, Gen. i.) sed unicum Sathanam, qui aliquando perfectissima specie a Deo creatus, sua ipse culpa cælo exciderit, et Adamo insidiatus humanum genus cum tota universi mole labefecerit et corruperit: eum inde usque nunquam conquiesse, sed plures nocendi artes indies excogitare; nullum denique in omni hostium numero tantum negotii nobis facessere, cum aliis de caussis, tum quod sensus nostros subterfugiat, et a plerisque, non ut hostis, qualem se postmodum exhibet, sed uti amicus desideratissime accipiatur. Cæterum cum ex istis Lectori dubitationem oboriri prævideret, ad alteram argumenti partem de libero arbitrio sc. exsequendam sese accingit. Atque hic statim orationis seriem alio convertens initio hominis vicem deplorat, qui omne genus peccati, quorum impium parentem modo commonstravimus, tam volens in se admittat, cum non ignoret ea, Absalomi et viperarum instar, sibi aliquando exitium esse allatura. Quia autem Marcion id eum volentem facere negabat, sed cogi ad hoc a Deo, quando ille permittat, neque prohibeat cum possit: Poëta diversum adstruit, bonitati scil. divinæ et sapientiæ adversari hæc duo, velle peccatum, et, peccantem redimere: eoque necessum esse, ut, qui toti orbi præfectus fuerit, sibi ipse præficiatur. alioqui non dicendum esse bonum vel malum, qui qualis qualis est, esse cogitur: exemplis quoque Adami et Hevæ, Gen. iii. Loti et uxoris ejus, Gen. xviii. Ruthæ et Orphæ nuruum Noëmis, Ruth. i. manifesto voluntatis libertatem asseri, quod illis licuerit et velle, et nolle, et pro ejus ratione aut pœnis multati sint, aut præmiis affecti. Idipsum lucidius facit simi-

litudine duorum fratrum, qui in bivio constituti erant, et columbarum, quæ aut insidiis capi, aut eas evadere poterant.

561 *Armamenta damus*] Ducta est metaphora a navium supellectile. Absalomi a patre defectionem lege 2 Reg. XV. XVI. XVII. XVIII.

583 *Sic vipera, ut aiunt*] Recte adjicit, aiunt. revera enim fabula est, a Plinio, Aristotelis sententiam male et perperam convertente conficta. Vide observationes Leoniceri in Plin. XI. 37. et Centurias Amati Lusitani, qui facto periculo rei veritatem expiscari conatus est.

605 *Et ortum per scelus exsculpens*] Exitum violente fisso utero molitus, et quasi extorquens. Terent. 'Possumne ego hodie verum ex te exsculpere?'

611 *Conjuge Beliade*] Patronymicum deductum a Belial, ita tamen, ut mediam, quam modo produxit, hic corripiat. Sic supra facit, in Marcion, et Marcionita. Agnoscis licentiam, de qua ante, in nominibus propriis.

627 *Dulcesque vocans in fornice natos*] Suis ipsa vitiis, quæ ex tali connubio parit, stulte abblandita, ignorans ea, quomodo viperæ accidebat, sui fore interitus aliquando caussam. Fornix, lupanar translate significat, quod meretrices sub fornicibus, sive cameris degere consuessent. Juvenal. 'Lenonum pueri quocunque in fornice nati.'

660 *Vetiti quod amore peremtos Excitat e tumulis*] Existimo loqui illum de Adamo et Heva, aliisque una cum resurgente Christo ad immortalitatem translatis. de quo supra. Non ignoro tamen quid de communi carnis resurrectione huc adferri possit: sed quid hoc ad confirmationem ejus, quo de agitur? Imo inferre potuisset adversarius, hoc ipsum incertum adhuc esse, et probatione egere, cum alterum ex Matth. XXVII. sit certissimum. Sed et verba quoque rem jam factam præ se ferentia hanc expositionem non admittunt.

698 *Unde, ait*] Antea: *Vade, ait.* Verum illud magis serviebat orationis connexioni. facilis fuit lapsus ex mutatione litteræ u in a.

750 *Liquitur illa*] Manere etiamdum illam statuam, seque eam vidisse refert Josephus Antiquit. I. 19.

859 *Ægri reverentis abyssus*] Attulimus e manuscriptis scripturam paullo commodiorem ea, quæ est in excusis exemplaribus: non ignari interea, eam tum orationis, tum phraseos asperitatem molliculis quorundam auribus non esse satisfacturam. Sed quid agas? Si in sanando hoc vulnere tam fuissem crudelis medicus, quam Manutius aliquando fuit, (inductis enim ille septem carminibus, hæc duo conjunxit, *Ambrosiumque bibit roseo de gramine rorem, Ditibus et longo fumantibus intervallo,*) nihil fuisset facilius. Sed aliud est, corpus pristinæ sanitati restituere; aliud, cum melius possis, extremo remedio adhibito partem aliquam mutilare. Alludit auctor ad illam, sive historiam, sive parabolam, quæ est Luc. XVI.

864 *Nec mirere locis*] Digressio est de oculis animæ, non consilio instituta, sed occasione divitis suspicientis Lazarum in sinu Abrahami.

869 *Involvit vitreo quos lucida palla Obice*] Organum visorium ita depingit, ut sola ejus constructio indicio esse possit, quibus partibus ab animæ oculis superetur: ait enim oculos a lucida palla vitreo obice ambiri et involvi, ita ut speculi formam præ se ferant, cujus præcipua pars sint tres humores concreti seu coagulati cum septem tunicis, qui cum elementis suam originem debeant, nihil mirum si ad divinam animæ lucem ne comparandi quidem sint.

886 *Nunquid et exutæ*] Animæ.

954 *Non posco beata in regione do-*

mum] Memini aliquando vidisse me hanc orationem seorsum cum aliis excusam, non indicato auctoris nomine. fortasse idipsum librario incognitum erat. Id conjicio e duobus versibus, quos in fine appenderat, omnino præter auctoris mentem et sententiam: quod nemo inficias ibit, qui hunc locum penitius inspiciet, ac cum epilogo Odæ Romano martyri consecratæ comparabit.

964 *Saltem mitificos incend.*] Itane, o Prudenti, tam abjecto quenquam esse animo? aliud certe nobis spondent suaves Evangelii voces. Siquidem propositis divinæ gratiæ obtinendæ instrumentis, stricte imperant, 'vocationem nostram certam faciamus,' certoque et indubitato æternæ vitæ gloriam exspectemus: docentque e contrario infernum ignem aut gravius supplicium deprecari, servorum esse semper metuentium, ac pæne desperantium, cum nulla nunc sit condemnatio his, qui in Jesu Christo permanent, utpote qui factus sit nobis a Deo sapientia, justitia, sanctificatio, redemtio.

IN PSYCHOMACHIAM.

PRÆF. 22 *Armat trecentos, terque senos vernulas*] Historia, quam hic suo, et sui sæculi more ad allegoriam trahit, est in Gen. XIV. Quam etiam C. Marius Victor suavissimis numeris aptavit, lib. III. cujus exordium, quia aperta macula non vacat, obiter proponam: 'Lot captum patruus atprimum comperit Abram, Non fletu (quid enim fletus conferret inanis?) Sed ratione pius, ter centum deligit omni De gregibusque novem famulos, quos instruit armis: Et sensim sequitur, qua tendere prodidit hostem Lentum præda gravis: curatque ut prima quietis Nocte superveniat, cum jam languentia corda Irrigat, et fessos dulcis sopor alligat artus.' Primum mendum ita corrige: *De grege bisque novem, &c.* Dolenda mehercule tam boni et antiqui Poëtæ fortuna. Typis enim primum evulgatus est opera Johannis Gagnæi, ita tamen ut hic novo et audaci castigationis genere sua pro alienis obtrusisse videatur. Gulielm. vero Morelius regiis quidem formis eum dignatus est: sed quod gravioribus negotiis distineretur, essetque ab istiusmodi studiis natura alienior, vetustissimi exemplaris vestigia ex ipsius orationis ἀκολουθίᾳ non satis est diligenter persecutus.

33 *Attrita bojis colla*] Jac. Meyerus, Annalium Flandriæ auctor, in primo hymno περὶ στεφάνων a se perpurgato, voculam hanc, Plauto in Asinar. non incognitam, Prudentio nostro ante aliquot annos reddidit, non sine aliorum reprehensione, qui illud, *attrita baccis colla*, interpretantur, quæ ante quam caperentur ab hostibus, gestabant monilia baccata, i. e. gemmata: quod quam sit absurdum, et a sententia alienum, vident omnes. Sententiam autem illius Buslidiani, et mei codicis scriptura comprobavit. In aliis est, *bagis*, quam etiam vocem Latium ignorat. Sunt autem *bojæ*, teste Pompeio, 'vincula tum ferrea, tum lignea, dicta a jugo boum colla atterente.'

51 *Vita resculpat*] Sequatur, et exprimat. Sup. 'Non sapis, imprudens, nostrum te fingere Pascha, Legis et antiquæ præductis pingere sulcis?' Metaphora tracta est a statuariis, non invenusta, duriuscula tamen, quod in hoc auctore mirandum non est.

57 *Si, quid trecenti, bis novenis additis, possint*] Antonius Nebrissensis, CCCXVIII. Episcopis ad Concil. Nicenum vocatis, hunc numerum applicandum putat. Sed non video, quid horum mentio ad allegoriam pertineat. quare Œdipum hic aliquem aut Pythagoricum exopto.

60 *Parente inenarrabili, atque uno satus*] In aliis est: *Parente natus alto et*

ineffabili. quem versum ut mutarem, tum lex iambici carminis, Pyrrichium non admittens, tum vetusti codices me impulere. At unde hæc tanta, ais, utriusque lectionis diversitas? nescio mehercule, si hoc non est quod suspicor, auctores aliquando sua scripta, quæ antea cum amicis communicaverant, postliminio ad incudem revocata recognovisse diligentius, ac limatius edidisse: id quod de sua Metamorphosi Ovidius testatum reliquit. Eaque ratione factum existimo, ut quam maxime interdum exemplaria evarient. Non diffiteor interim, nos in hoc genere multa librariorum negligentiæ, ac inscitiæ debere. Illa siquidem aliis perpera multa corrigendi, i. e. corrumpendi occasionem præbuit. Hæc, dum vera et germana non intelliguntur, perversa et adulterina substituit, sæpe omissis necessariis sententiam mutilavit, sæpe aliorum glossemata orationi continuæ inferait. Quid de similis istis dicam, quorum improbam audaciam huic auctori adeo fuisse fraudi, bonis omnibus merito ægre esse debet. Hæc præter institutum.

67 *Tunc sera*] Animam prolis expertem diu, nunc sanctorum studiorum, laudabiliumque vitæ actionum auctorem intelligit. Ita paullo ante Abrahamum 'beati seminis serum patrem' appellabat. In aliis est, *Tunc Sarra.* non placet. Existimo ego quidem Prudentium Abrahami exemplum non tam aliis quam sibi hic proponere. Nam ut in prooemio alterius libri fatetur, ætatis anno LVII. sapere demum, animumque, ad scribendum appellere cœpit.

PSYCHOM. 2 *Virtute cluis*] Cluere, sive præcluere, pollere est, præditum esse, esse illustrem ac splendidum. Inf. 'Hæc pulcerrima nostræ ornamenta cluent patriæ.'

23 *Nuda humeros*] Idololatriam phaleris, Fidem alacritate et constantia communit apposite. Velle enim humanis rationibus, et ad ostentationem adinventis eo pertingere, quo nos Fides a Deo infusa evehit, stultissimum.

27 *Frangenda pericula*] Sup. 'Rupto tenebrarum situ.' et alibi: 'Fraude pudicitiam perfringere.'

42 *Patrias succincta faces*] I. e. altas bitumine sulfureo lacus Asphaltitis, in quem Sodoma cum aliis civitatibus, cælesti igne absumta, subsedit.

47 *Saxo ferit*] Pudicitiæ saxum teli loco est, sulfureæ faces Libidini. Aptissima antithesis, et, ut hoc obiter addam, a medicorum scitis haud ita aliena. Galenus enim lib. ult. de conservanda valetud. agens de ægris *σπέρμα πολύ τε καὶ θερμὸν γεννῶσιν*, Γυμναστῶν, inquit, *τινα τῶν ἀθληταῖς ἐπιστατούντων ἐθεασάμην μολυβδίνην λεπίδα ταῖς ψόαις ἐπιβάλλοντα τοῦ ἀθλητοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἐξονειρώττειν αὐτὸν· καί τινι τῶν οὕτω πασχόντων ἰδιωτῶν ἐδήλωσα, καὶ χάριν ἔγνω τῇ χρήσει τοῦ δηλωθέντος.*

58 *Hoc tibi habe, exclamat*] In aliis *hoc habet, exclamat*; quæ lectio an deterior judicanda sit, nondum satis constitui, tum ob venustatem proverbialis locutionis, tum quod Virgilium videatur imitari.

57 *Vena animi fervet*] Facultatem animi *ἐπιθυμητικὴν*, quam B. Paulus carnem fere appellat, Philosophi in jecinore, tanquam sede collocant: quod jecur cum, ut alia omnia viscera, fibris suam soliditatem debeat, venarumque omnium fons sit et origo, recte per metalepsin ex istis omne genus libidines, cupiditates, ipseque adeo animus intelligitur. Tum hic, tum infra locis innumeris: 'quia scissa voluntas Confundit variis arcana biformia fibris.' Item: 'Anne pudicitiæ gelidum jecur utile bello est?'

71 *Ex quo corporis humani*] Asperitatem, qua alibi utitur in noxis criminum amplificandis, hic nonnihil emollivisse videtur, ubi verbis consolationis plenis Novi Federis gratiam

ac vim Baptismi mysterio consignatam planissime explicat. Eoque respexisse videtur, cum ex more veterum, qui rebus præclare gestis arma sua Deorum fanis consecrabant, Pudicitiam fingit victorem gladium in templo ad aram divini fontis, quem *βαπτιστήριον* vocant, suspendere; tacite innuens, omnem libidinis maculam ab Adamo, quasi hæreditate acceptam, sacrosancto hoc lavacro ablui et expurgari.

105 *Ne sorde latenti*] Et istud quoque carmen dictionis correptæ vitio laboravit, quæ et ab ipso Poëta, et a plerisque aliis producitur, suspectumque mihi non immerito semper fuit, donec manuscripti veram, ut mihi quidem videtur, lectionem restituerint. Vulgata scriptura, quam Nebriss. retinet, satisque frigide explicat, meliorum fortasse exemplarium auxilio destitutus, hæc fuit: *Condere vagina gladium, ne tecta rubigo Occupet ablutum scabiosa sorde nitorem Catholico in templo, &c.*

159 *Tolerando extinguere vires*] Hujus verissimam rationem affert Basilius: Ὡς γὰρ, inquit, *τύπτων τὸν μὴ ἀλγοῦντα, ἑαυτὸν τιμωρεῖται· οὔτε γὰρ τὸν ἐχθρὸν ἠμύνατο, καὶ τὸν θυμὸν οὐκ ἀνέπαυσεν· οὕτως ὁ τὸν ἀλοιδόρητον ὀνειδίζων, παραμυθίαν εὑρεῖν τοῦ πάθους οὐ δύναται.*

170 *Captis et perdita*] Sanitati enim restitutus a fratribus, affinibus, omnibusque amicis singulas quessitas, (vel, ut alii, oves) singulasque aureas armillas dono accipiebat; 'Unde illi,' ut habet historia sacra, 'alterum tantum opum postea accessit.' Nisi ita interpreteris, duriusculum est. Quid si vero transpositis literis, pro *captis*, legas *partis?*

201 *Edita cujus, et suspensa ab humo*] Vulgata interpretatio est: cujus Spei divite regno omnium rerum abundantia procreata est, et e terra sublevata, eo modo, quo apud Romanos recens nati in terra primum statuuntur, deinde, Levanæ Deæ auxilio implorato, tolluntur. Eam interpretationem lubens equidem approbarem, nisi tantopere exercitus Humilitatis extenuatus fuisset. Et ob id existimo Poëtam, ut abjectos demum ac vere humiles animos sua spe tandem potiri ostenderet, Humilitati spem adjunxisse: cujus Spei opes ditissimo regno pares editæ aliquando sint, et etiamnum pendeant ab humo, adeoque alterutram harum virtutum sine altera non consistere: obiter vero allusum esse ad ἔτυμον humilitatis. Aliorum esto judicium.

231 *Nimirum vacuæ creduntur*] Mira profecto, immo inaudita plane utitur mioşi in irridenda Spe, in qua tamen comite Humilitatis opes omnes paullo ante constituerat. Ait enim, fidem haberi mendaciis, inani rumore allatis, quibus non aliquid certo miseris promittatur: sed jubeantur optare, ut aliquando spes futuri fortasse boni se ostendat: idque quo lenta solatia pigra prosperiorum meditatione, seu meditamine, (sic enim malo, cum frequens sit illi hæc analogia,) molli inertique eorum desidiæ abblandiantur, eamque foveant. Similis est in Terent. Eunucho: 'Hæc verba mehercule una falsa lacrimula, Quam, oculos terendo misere, vix vi expresserit, Restinguet.'

250 *Neque enim perfringere*] Quare *perfringere* hic potius legam, quam *perstringere*, facit dictio collectiva, 'manus:' dicit enim: Non operæpretium est nobis gravi aliqua cæde effecta hanc imbellem aciem perrumpere: verteretur hoc nobis dedecori, qui eam vel pedibus solis queamus proterere, ac 'impulsu umbonis equini Sternere, dejectamque super calcare ruinam.' Quod autem in aliis est, *perstringere*, non satis dicit; propterea quod addatur, 'duris gladiis.' Est enim *perstringere*, leviter et sine læsione, aut periculo tangere; quo modo usurpatum est inf. 'vix in cute sum-

ma Perstringens, paucos tenui de vulnere læsit.'

267 *Sed cadit in foveam*] Superbi inconsiderate agentes fere suæ ipsi ruinæ causa sunt.

310 *Venerat occiduis mundi de finibus*] Interpretatur Ælius de ætate mundi ad occasum vergente, nimirum ut Hispaniam suam, et Africam hac ignominia liberaret. Facete! quasi his duabus regionibus totus Orientis ambitus definiatur, et id Poëta ignoraverit, quod, ut in vita B. Martini testatur Sulpitius, etiam vulgo in ore fuit: Ecclesiam nempe ortu Solis collustratam in hac nostra occidentali luxum immodicum sæpius reprehendisse. Certe aliud in Hamartigenia reperies, ubi non sine caussa sui temporis statum multis deplorat. Si quis tamen existimaverit, Poëtam organa potius luxuriæ inde usque accersivisse, non errabit; cum hæ regiones, inprimis vero Hispania, auri, argenti, lanæ, aromatum, aliarumque rerum ad effeminandos mores pertinentium, copia mirifice celebres fuerint. Quæ, si suis se finibus continuissent, nunquam fortasse nos Belgæ laudem a Julio Cæsare nobis tributam amisissemus.

331 *Obliso robore*] Hanc scripturam depromsi ex manuscripto Gandavensi: lubens enim in ea acquiescebam. Monere tamen volui vulgatam illam, *oblito robore*, non omnino rejiciendam esse, quandoquidem Virg. hoc verbo etiam passive utatur in Bucol. 'Nunc oblita mihi tot carmina.' Cæterum in quodam manuscripto Theod. Pulmanni, et altero Daventriæ excuso, hoc carmen alia duo sequuntur, a bellis istis, quos antea dixi, homuncionibus efficta, ipsique operi inculcata: ascribam, ut videat quivis, quam sint necessaria, et auctorem prodant. 'Luxuria hac violas curru delata venusto Per populos jacit, ut male credita corda tepescant.'

335 *Mirantur*] Vere. Nam cum ad alia fere omnia vitia veræ alicujus voluptatis libidine impellamur, in ebrietate, et ingluvie voluptas nulla est; sed fallaci quadam illius umbra inescati, in mille incommoda ac pericula præcipitamur: pericula inquam, fortunarum omnium, famæ et nominis, valetudinis et vitæ. exempla adduci, opus non est.

342 *Dominæque fluentis*] Dissolute lascivientis. Supra: 'Quam fluentem nequiter corrupta vulgo solverit lascivia.' Pro voce, ganearum, substituunt quidam, *ganeonum*. Quorsum? anne eædem leges ganeis, et ganeonibus?

363 *Sericaque infractis*] Mollibus et effeminatis, ut duæ sint dictiones.

369 *In mensam cyathis stillantibus uda*] Veram hanc esse lectionem, vel inde colligas, quod absurdum sit *undæ* profusionem in conviviis deplorare: ut interim taceam, quanta venustas et elegantia unius duntaxat litteræ ablatione carmini acquisita sit. Cæterum, ut hoc obiter admoneam, peculiare quoddam vitium in hos libros irrepsisse comperio, ex temeraria, et falsa præpositionis cum suo casu connexione; ut facilius animadvertet, qui nostras castigationes cum receptis exemplaribus comparabit, et præsertim hic, ubi excusi omnes, *Immensam cyathis stillantibus undam, ubi multo Fulcra mero, &c.*

372 *Mystica virga*] Exod. XVI. et XVII.

379 *Non idola bello*] Memini quidem, Aldum Manutium, si usquam alibi, certe in hujus auctoris editione, præsertim secunda, diligentissimum, quotiescunque licuit commode, mediam hujus Græci vocabuli dictionibus transpositis produxisse: verum, quæ ab ipso auctore profecta certo esse constat, ea retinenda potius censui, quam superstitiose præter illius mentem immutanda. Monet autem me hic locus, ut paucis subjiciam eas Græcas dictiones, quibus Poëta sui

sæculi auctoritatem secutus (quod tum inter Ecclesiasticos ex Græcis Latinisque permistos pro Latinis habeantur) liberius usus esse videtur, dum accentus Latini, aliarumque regularum ratione habita, quantitatem genuinam earum neglexit. Neglexisse vero, et quidem studio, lubens credo, tum quod ea tanquam μνημονικὰ ἁμαρτήματα, qualia in Virgilio, Horatio, aliisque auctoribus eruditi annotarunt, excusare non possim: essent enim nimis crebra et gravia: tum quod Græcarum litterarum cognitionem in eo malim desiderare, quam novum atque insolens quoddam libertatis genus illi tribuere. Sunt autem hæ dictiones: heresis, idolum, idolium, ethica, eremus, enigma, mathesis, poësis, hecatombe, orichalcum, sphæra, energima, anathema, charisma, Dæmon, Chaos, margaritum, paracletus, Polycletus, magia, et omnia παροξύτονα secundæ declinationis puræ inflexa.

385 *Procerum venistis sanguine longo*] Quod scilicet in Christi ex eorum semine prognati familiam per Baptismum adoptati sumus. De Samuele, quod ait, reperies 1 Reg. XV. quod de Jonatha ibid. XIV.

391 *Recidiva in prælia*] Aliter Nasica, qui, Græcis in ditionem Rom. redactis, et deleta Carthagine, exercendæ juventutis occasionem Romanis eripi conquerebatur.

410 *Cornibus oppassis*] Ita in Davent. editione, quæ mihi instar est optimi antiqui, et tribus manuscriptis. neque improbo. lubentissime enim hanc præpositionem componit auctor, ut in istis alioqui raris: oblidere, obbrutescere, obtrudere, oppallescere: ita enim supra Peristeph. I. 92. in omnibus vetustis legitur, *ac stupore oppalluit*: deinde plusculum lucis per eam sententiæ accedit. Nam crucis vexillum, in equorum ora intentatum, fingitur suis quasi brachiis eorum cursum stitisse, ita ut retroacti et aurigam præcipitarint, et dominam excussam rotis implieuerint, venustissima sane, neque futili hypotyposi: qua nimirum, mea quidem sententia, indicare voluit, omnes eos, qui, Jesu Christi paupertate et cruce sibi proposita, vanum Luxuriæ amorem e mentis curru deturbarint, ipsa vitii turpitudine penitius inspecta, doloribusque ac miseriis inde enatis, ab instituto potissimum deterreri, moresque ad continentiam convertere, h. e. dominam ipsam suo currui suffiamen fieri.

479 *Fames impia gnatos*] Hujusmodi nomina tertiæ inflexionis in ES terminata, non etiam crescentia, præter aliorum consuetudinem semper corripit. quod ignorans Ald. aliquot versus mutavit. Hymno enim Hippolyti vs. 189. scribit: 'omnis adorat Pubis: eunt, redeunt,' &c. veterum exemplum sibi proponens, qui hujusmodi nominativos bifariam per es et is, aliquando extulerunt. Prudentium autem non eo respexisse, vel inde liquet, quod hanc syllabam vix semel longam fecerit, brevem semper.

502 *Ni ratio armipotens*] Usum mentis rectæque rationis, quem Ecclesiastico ordini sua ætate satis incorrupte, et martyriorum igne multum explorato, hic attribuitur, paullo ante avaris omnibus plane ademerat recte. Nam hi toto et corpore et animo, tanquam Vejovis durissimo imperio emancipati, adeo in suam perniciem transversi abripiuntur, ut, quoad vivunt, nec Deo, nec hominibus, nec sibi denique vivant.

511 *Nec nostra potentia præfert Vim solitam*] Sic Aldus et Davent. rectius, meo quidem judicio, quam alii, *perfert*.

515 *Cujus vigor æra Spreuerit*] Ita plerique manuscript. nec ipsa sententia respuit. Vigent enim, quæ florida sunt, et vivida, non autem quæ dura et ἀπαθῆ. Sup. 'Quis ferro possit æris, aut ferri vigor?'

534 *Infamem mercatus agrum*] Im-

ne Matth. cap. xxvii. non ipsum, sed 'Pontifices' scribit 'agrum figuli emisse.' Historia sequens de Achan apud Jesuam est, cap. vi. et vii. Vocem anathema a Latino interprete usurpatam mutuatus est, suo more brevem syllabam protendens. Ibi enim Græca vox ἀνάθεμα legitur, quod execrandum quid et Inferis devotum significat; ut, cum Deus Hiericheontem cum omnibus, quæ in ea essent, præter aurum et argentum, quæ sibi sacra esse volebat, juberet esse ἀνάθεμα, volebat eam deleri prorsus, ac destrui. Unde illi jam crematæ, omnibusque eam instauraturis, paullo post Josua pessima quæque imprecatur. ἀνάθημα vero donarium, sive offerrumentum est, et usurpatur Levitic. cap. ult.

557 *Mendax Bellona coeptet*] I. e. ea Parsimoniæ nomen sic ementita, virtutumque agmini immista, fraudulentum et mendax pugnæ genus aggreditur. Eoque mox subjicit, 'nutasse duces errore biformis Monstri.'

571 *Lethum versatile, et anceps*] Secutus sum expositionem quam in manuscr. reperi ad marginem. Nebriss. in commentariis paullo aliter hos versus interpungit: *Lethum versatile et anceps* (scilicet *erat*.) *Lubricat incertus dubia sub imagine visus.*

573 *Frendens Operatio*] Sic Cyprianus librum De misericordia inscribit, 'De Opera et Misericordia.' Auctor est Augustinus, et manuscr. In excusis lib. est, *miseratio*, male: testantur veteres omnes.

591 *Compressa ligantur*] Plane hic hæret Nebrissensis, nec ipse, quid dicat, intelligit. Hæsissem et ego, nisi me homo incredibili doctrinæ copia, acerrimoque ingenio præditus Cornel. Valerius, expediisset, Anthæi exemplo proposito, quem Hercules sublimem e terra sublevatum strangulavit. Cogitare enim tum cœpi, Operationem nullis usam vinculis, quod alii somniant, sola compressione brachiorum, quæ primo impetu in rapacis belluæ collum injecerat, exsangue illi guttur confregisse; impiamque animam torsisse. Apposito sane supplicii genere. Nam et hodie, pro dolor! avari manibus illatis sibi vix ullam familiariorem faciunt mortem.

632 *Discingitur omnis Terror*] Solvitur. In aliis est, *discinditur*. Utra melior sit, facile judicabit ille, qui sequentem phrasin cum hac comparaverit. Obiter alludit ad saga et togas Romanorum.

648 *Patrium profundum*] Cœlestem patriam. amplum enim quendam et capacem valde locum hoc epitheto a sua natura recedente solet significare. Inf. 'animasque colorum Viventes liquido lux evomit alta profundo.' Ubi aëra intelligit, excipientem lumen ab omnibus gemmis effusum. Vulgata autem et scriptura et explanatio libris omnibus atque auctoris dictioni repugnat.

650 *Non aliter cecinit*] Hunc versum alii inepte superiori sententiæ annectunt.

695 *Quæ prospera nostra Vulnerat*] Ita vetusti omnes, neque inepte, cum ter quaterque alias hoc nomine utatur, eique usurpatio epitheti pro fixo, seu rei nomine sit familiaris ita, ut prope singularis. Inf. 'Ne majestas sua fortia perdat.' Alibi: 'Satis et mea frivola novi.'

713 *Anima est, quoties volo ludere, Numen*] Paucissimis verbis omnes sui sæculi controversias ac hæreses de divini Numinis essentia proponit, quas duobus libris nominatim persequitur, ac refutat.

719 *Carpitur innumeris*] Vitium, quod antea palla scissa vestierat, et flagello e multiplicibus anguibus concinnato armarat, post vulnus ex insidiis Concordiæ illatum, dignissima morte hic multat. Nam lingua prius mutila totum corpus frustatim secat et frangit; innuens nimirum hære-

ses omnes, quamcunque in formam se vertant, ab Ecclesia invicto Dei verbo semel confutatas, intestinis dissidiis paullatim turbari, tandemque mutuis vulneribus concisas extingui plane, ac deleri. Quam vere autem exemplis experimur ita manifestis, ita variis, ut ea aliunde afferre non sit opus.

725 *Ruptis hæresis perit*] Hic Nebrissensis Poëtam levitatis accusat, et inconstantiæ, quod eandem dictionem nunc longam nunc brevem faciat. Vulgo enim legebatur: *ruptis perit hæresis horrida membris.* At idem non animadvertit præposterum verborum ordinem, casumque nominandi, suo verbo debuisse præponi.

727 *Postquam intra tuta morari Contigit ac*] Incredibile, quam hic libri omnes varient. Expressimus quod sententia requirere videbatur.

764 *Medius intervenit Jesus*] Solet auctor e duabus vocalibus sanctum Jesu nomen inchoantibus, unam facere, aut alteram earum absorbens, aut utramque συναιρέσεως modo in diphthongum contrahens, qualis diphthongus nobis Belgis admodum est familiaris: ut liquet in his vocabulis sua aliaque origine Græcis, dier, πῦρ, tier, θὴρ, mière, μύρμηξ. In illis autem, Jerusalem, Jericho, Judas, &c. prior littera consonantis vicem præbet, quod utrumque cum legibus scribendi Latinis et Græcis adversetur, observandum est, ut alia multa; nulla ratione imitandum.

784 *Quisqui' litare Deo*] Quid de hac particula et olim et nunc sentiam, hic tandem eloquar, si te, Lector, prius admonuero, ut quoties in hoc opere nostra hæc castigatio occurret, facilioris intelligentiæ caussa eam factam putes. Sentio igitur Prudentium non *quisqui'*, elisa ultima littera, sed *quisque*, scriptum reliquisse, quomodo Horatius adverbium *quandoque*, pro *quandocunque*. Quod ni ita esset, veterum exemplo in pluribus dictionibus *s* consonam absumsisset. Sed et alios quoque idem fecisse, his exemplis adducor. Ausonius: 'Legi pareto, quisque legem sanxeris.' Alcimus in suo de Marone judicio: 'Et si post primum Maro seponatur Homerum, Longe erit a primo, quisque secundus erit.' Terent. in prologo Hecyræ: 'Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis.' Fortasse et plura etiamnum sese offerrent, si idipsum ab ineptis librariis fuisset observatum.

786 *Sancta ad donaria*] Duplex est hujus vocabuli significatio. Una est propria, pro donis et muneribus Deo consecratis: Græce sunt ἀφιερώματα, ἀναθήματα. Sup. 'Quæ dedicari jusserit donaria.' Altera translatitia est, pro loco hujusmodi donis dicato. si *facta* leges, attribuitur primo significato: si vero, *sancta*, secundo, non primo: non enim munus per se sanctum dici potest, quod ab innocentia et integritate offerentis debeat commendari.

801 *Sed defensa fide*] Sic Aldus et Nebriss. quos hic sequendos putavi. etsi alii haberent, *sed defensa fides:* quos falli certum est. nam fides, quæ prima omnium pugna victrix abierat, læsa et oppugnata Concordia hic defensione non indiguit. Quin potius ipsam a periculo liberam sorori germanæ opem ferre oportebat.

805 *Regni belligeri*] Quod omni Davidis et Saulis tempore continuis bellis divexatum, et pæne exhaustum fuerat.

811 *Templo quieto*] Ita Nebriss. putatque allusum esse ad ὄνομα urbis, quæ Hebræis 'visio pacis' dicitur. Non repugno. Sed in Daventr. et plerisque epitheton istud non templo, sed Deo attribuitur, hoc modo: 'quietum Suscepit jam diva Deum.' Unde conjicio hic per, Deum, metonymicôs arcam federis intelligi, certa jam et tranquilla sede constitutam, quæ antea circumvagabatur, in ipsa

adeo castra (ut est 1 Reg. IV.) defensionis caussa interdum adducta.

822 *Atque sacris ædem properet*] Sine mora exstruat. Virg. 'Pulcram properet per vulnera mortem.' Antea legebatur, *Adque sacri sedem*, ridicule: sedes enim nondum erat delecta. ecquo igitur properaretur?

826 *Aurea planiciem*] Vix esse puto, qui allegoriam Apocal. cap. XXI. rectius et venustius accommodarit.

836 *Gemma relucenti limen complectitur arcu*] Videtur apud Johannem legisse: 'et limen ejus simile lapidi preciosissimo, tanquam jaspidi cristallizanti;' cæteroquin de suo januæ descriptionem affinxit.

840 *Spiritus his titulis*] Ad Ephes. cap. II. 'Estis,' inquit Paulus, 'sanctorum cives Deique domestici, super fundamentum Apostolorum Prophetarumque exstructi, anguli capite ipso Jesu Christo, per quod totum ædificium compactum crescit in sacrum templum in Domino, in quo vos una ædificamini ad Dei domicilium per Spiritum.' Adscripsi locum integrum, quod toties a Prudentio repetatur.

842 *Quaque hominis natura viget, quam corpore*] Hic locus quam corrupte et varie in omnibus libris scribatur, non queo sane, nec libet dicere. Unum hoc præstare ausim, effecisse me, ut facillime ab attente Lectore, non uno modo, quod in applicationibus allegoriarum fere fit, queat intelligi. Optime vero quis hic per quadruam vim facultates quatuor nutrienti animæ virtuti servientes acceperit: sed similitudinis accommodatio id prohibet. Quare de ætatibus hominis intelligendum, quæ successione quadam se mutuo excipientes naturam humanam quodammodo animare et tueri videntur. Tacite autem allusit ad quatuor diei horas, quibus Christus Matthæi XX. 'Operarios in vineam conducebat.' Hac etiam occasione Solis teporem pueris, ingravescentem æstum juvenibus, lucem plenam viris, Boreæ vespertinum frigus et siccitatem senibus maxima cum gratia attribuebat; ea ipsa allusione aliud nihil innuens, quam quod in Romano martyre generaliter extulit: 'Omnes capaces esse virtutum pater Mandavit annos, neminem excepit diem, Ipsis triumphos annuens vagitibus.'

873 *Opibusque, et censibus hastæ Addictis*] Publice sub præconis voce divenditis. Supra: 'Addicta avorum prædia Fedis sub auctionibus Successor exheres gemit.' Atque optima hæc lectio depromta est e duobus Pulmanni apographis. In meo altera non est rejicienda: *Opibusque, et viribus arcæ Adductis.* Utraque respicit illud Matth. XIII. de negotiatore margaritarum: qui, ut ingentem forte fortuna inventam compararet, omnia sua divendidit.

895 *Nunc indole crescere dextram*] Ita constanter in omnibus. Semper tamen suspicatus sum, (et suspicionem meam postea veram fecit quidam Pulmanni manuscript.) scriptum fuisse, *nunc indole crescere dextra*, i. e. generosiorem fieri, eoque etiam corpore superiorem. Supra commendans Eulaliam non tam ab illustri parentum prosapia, quam a generosa martyrii corona: 'Germine nobilis Eulalia, Mortis at indole nobilior.'

902 *Cessisse stomacho*] Ita Daventrianum et Pulmanni. optime: nam verbi a duabus consonantibus inchoati caussa tam lubens finalem brevem producit, quam lubens Ennius et Lucretius in fine dictionis *s* litteram liquefaciunt. Unde etiam supra ex versu illo, qui constanter est in manuscriptis, *Imbuere, fragilique viros fœdare triumpho*, fecerant quidam, hunc Poëtæ morem ignorantes, *Imbuere, et fragili vires, &c.* quod, ut ibi non infeliciter cecidit, ita hic infelicissime. Quis enim sensus est, *animam cessisse e stomacho?* At contra,

hæc phrasis a nobis substituta, *cedere stomacho*, ejusdem notæ est cum iis, quas supra admonui, et infra eadem pæne phrasi similem sententiam affert: 'At si mentis apex regnandi jure potitus Pugnacis stomachi pulsus, fibrasque rebelles Frenet, et omne jecur ratione coërceat una, Fit stabilis vitæ status, et sententia certa Haurit corde Deum, Domino et subjungitur uni.' Simile illud Clementis lib. II. pædagog. c. 1. τὸν νοῦν ἐγκατορύττειν τῇ κοιλίᾳ, 'animum in alvo defodere.' Citatur ab Hadriano Junio, in illo Adagio, 'Asello pisci similis.'

LIB. I. CONTRA SYMMACHUM.

Dederant jam aliquot Imperatores Christo nomen, et major pæne Senatorum Romanorum numerus, cum, inter alia, Victoriæ ara, quæ in vestibulo curiæ stabat, et ad quam Senatus jurare et sacrificare solebat, eversa est et ejecta, Symmachus Præfectus Urbis et Rom. ceremoniarum Pontifex, homo ut facundus et nobilis, ita Christianæ religionis hostis acerrimus, quorundam etiam Senatorum hortatu, ea de re ad Principes retulit, suscepta simul totius religionis caussa. Sacra enim suorum majorum, Antistitum jura, Vestalium privilegia, et annuum victum, aliaque ejusmodi repetiit. Ad eam Relationem statim respondit Beatus Ambrosius oratione prorsa, et Prudentius duobus hisce libris. Priore quidem omnem Deorum colluviem suis coloribus depingit, fontes errorum aperit, Romanos omnes Christum profiteri ostendit. Altero vero præcipuas Symmachianæ orationis partes optimis rationibus convellit.

Præf. 1 *Paulus præco Dei, qui fera gentium*] Historia, quam hic sensu allegorico accommodat Symmacho, idolorum cultum sub Christianis Principibus asserenti, legitur Actuum XXVIII.

5 *Immansueta*] In excusis duo sunt verba; quod vitium cum ex inepto illo et aspero scribendi more contigerit, mirari satis non possum quorundam superstitionem, qui ita se manuscriptis statuisque addixerunt, ut vel latum culmum ab iis recedere nefas existiment, nihilque vel analogiæ, vel receptæ communibus suffragiis consuetudini, vel ipsis denique auribus dandum putant, cum tamen earum judicium superbissimum dixerit esse Cicero. Cujus viri testimonium si illis non faciat satis, Virgilium proponam, ut, quantopere ille auribus consulendum semper putaverit, contra ipsas adeo prærancidas et fætutinas Grammaticorum finitiones (utar A. Gellii dictione), ex Valerii Probi responso intelligant. Apage mihi igitur ejusmodi religiosulos cum suis librariis et statuariis. Quasi vero hi ad suam artem tantum olim vel litterarum, vel diligentiæ adjunxerint, ut nusquam aut cæcutire, aut negligentiores esse potuerint. Certe longe aliud nostra ætate videre est. Proinde si M. Scauri, Prisciani, Servii exempla insecutus, illustris, illudo, irradio, immansuetus, et consimilia eodem modo scripserim, non autem, inlustris, inludo, inradio, inmansuetus; adeo nihil mihi ipse largiri videor, ut alios diverso euntes itinere errare prorsus dicam libere, et delicatulis Poëtarum ac Rhetorum auribus injurios esse.

Ut ceremonias] Abutitur hac voce, fortasse de industria, volens eam retinere, quo Symmachum Rom. cæremoniarum Pontificem mordeat magis. infra dicit eandem ob caussam, 'missum esse, non a patria, sed ab haruspicibus.'

Lib. I. 4 *Sedarat in arce dolores*] Theodosium intelligit, ad quem pæne solum restitutæ religionis gratiam videtur referre, quod tantis animis illam promoveret, ut Valentiniano Juniori con-

tra Maximum tyrannum, qui Gratianum per insidias interfecerat, suppetias roganti, responderit, tyrannum hominem alioqui non impium (ut ex Martini vita constat) favere potius dignum esse, quam odio, ob studia religionis, quæ Valentiniano minus cordi erant. Poëta etiam patriæ, sibi cum Imperatore communi, aliquid dandum putavit.

18 *Juncta superficies*] Julianus enim apostata Romam, a Constantino ejusque liberis Christo consecratam, ad vomitum reverti coëgit, nulla vi, sed vaferrimis technis et versutiis usus. De quibus late G. Nazianzenus, et Cyrillus. Ejus mortem exceperunt Valentinianus, ejusque liberi Gratianus ac Valentinianus Junior, et Theodosius ex Placidia gener. iique omnes pares animos, paria studia ad religionis cultum restaurandum, discordiasque et schismata tollenda contulerunt. Habet illustre ejus rei testimonium Hist. Tripartita.

30 *Quidam doctiss.*] Platonem intellige.

44 *Agrestes populos*] Fuit et hic quoque auctor, ut alibi sæpe, Minucianorum argumentorum luverna. Nam de Saturno ita Octavius: 'Saturnum Principem hujus generis et examinis omnes scriptores vetustatis Græci Romanique hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos, et Cassius in historia, et Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur. Is itaque Saturnus, Creta profugus, Italiam metu filii sævientis accesserat. Etiam susceptus hospitio rudes illos homines et agrestes multa docuit, ut Græculus et politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. Itaque latobram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium: et urbem Saturniam de suo nomine, ut Janiculum Janus, ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt. Homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, et pater hominis et natus ex homine. Terræ enim et Cæli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus, proditus: ut in hodiernum inopinato visos Cælo missos, ignobiles et ignotos terræ filios nominamus. Ejus filius Jupiter, Cretæ, excluso parente, regnavit. Illic obiit, illic filios habuit; adhuc antrum Jovis visitur, et sepulcrum ejus ostenditur, et ipsis sacris suis humanitatis arguitur.' Ita ille.

60 *Incesta spurcavit labe Lacenas*] Propterea quod, uti ego conjicio, prognatæ sint Lacedæmone, qui Jovis filius fuit, ex Taygeta, Agenoris, Phænicum regis, filia, cui alteram quoque filiam Europam nomine prius rapuerat.

61 *Nunc bove*] Putant alii, Cretenses non bove, sed navi, cui taurus insigne erat, Europam avexisse.

64 *Virguncula*] Læda, Thestii seu Glauci filia, Tyndari, Laconiæ Regis, uxor; quo scelere etiam dici possit, 'Lacenas conspurcasse.'

68 *Amicæ*] Danaës; quam Acrisius Argivorum Rex inclusam, ut ille ait, æneæ turri, robustis foribus et vigilum canum excubiis satis a nocturnis adulteris munitam fore existimabat.

69 *Armigero*] Sup. quoque itidem per aquilam, Ganymedis vectorem armigerum, Jovis lenonem intelligit. Sup. 'Quid vult sigillum semper affixum Jovi Avis ministræ? nempe velox armiger Leno, exoletum qui tyranno pertulit.' Lactantius vero legione, aut navi, cui insigne fuerit aquila, Jovem usum esse ait.

71 *Sorore*] Junone, ob repudiatum Hebes filiæ suæ ministerium, et illi substitutum fœdum pellicem Ganymedem. Apud Ovid. vero Met. v. Arachnes Mæonidis tela novem raptus boni istius insessoris ostendit. At quantula hæc tantæ, tam abominandæ nequitiæ portio?

88 *Dedit experientia fures*] Mercurio, Jove et Maia Atlantis filia ge-

nito, Latini a mercibus, Græci a facundia nomen indiderunt. Deus oratorum, mercatorum, furum, et præstigiatorum, et Deorum nuncius dicebatur; unde illi petasum, talaria, et caduceum tribuebant: cujus caducei originem Athenagoras Christian. Philos. hanc facit, agens de Jove: *καὶ τὴν μητέρα Ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὴν γάμον ἐδίωκε· δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης, καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ ἡρακλειωτικῷ ἅμματι, ἐμίγη· τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος.* Alia reperis apud Virg. Æn. IV.

113 *Sinum lactis*] Virg. Ecl. VII. Hic, teste Servio, e Libero et Venere Lampsaci in Hellesponto natus est, et ibidem, posteaquam suorum scelerum caussa ejectus esset, primum coli cœptus.

117 *Et in transtris jactata*] Emphasis in his est. Neque enim decuit, et Nemeæa indutum pelle, et præclara facinora cum summis Heroibus meditantem, in ipsa adeo tempestatibus agitata navi, tam esse degenerem et mollem. Quibus autem modis Herculi rex Evander Potitiam domum et Pinariam una cum Saliis sacrificare jusserit, narrat Virg. Æn. VIII. et Alexander Neap. Genial. II. 14.

130 *Virides discindunt ore chelydros*] Mænadas in sacrificiis solitas esse serpentibus coronari in honorem Liberi, ostendit ex Euripide Muretus in Catullum de Nuptiis Pelei et Thetidis. De devoratis chelydris nihil memini usquam legere. fortasse ait, Bacchi Sacerdotes tænias suas e serpentibus concinnatas arrosisse. Nihil affirmo. Inquirendi autem laborem studia non ferunt mea. exstarent Nonni Panopolitani lib. XLVIII. Dionysiacon, jamdiu nobis promissi, fortasse esset in iis, quod ad rem faceret.

136 *Secreti in litoris acta*] Extrema et maxime sola litoris parte. Virg. Æn. v. 'At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen flebant.'

159 *Inde puellarum ludibria*] Alex. Neap. Genial. VI. 19.

169 *Mortalis inire Connubium*] Rem habere cum homine mortali, et veluti nubere. Sup. tale est: 'Luctator audax Angeli.' Item illud: 'interque salicta Et densas sæpes obscena cubilia inire.' Rheam, Numitoris filiam, Vestæ sacerdotem, quæ aliis Silvia, aliis Ilia, teste Plutarcho, dicta est, Mars vitiavit. Unde nati Romulus et Remus. Sic Venus Dea sese ad Anchisæ pastoris Trojani concubitum projecit, ad Simoënta fluvium, uti omnes Nymphæ solent, Æneam enixa.

185 *Cognatos de Marte Deos*] Contingentes sese mutuo, quod sorte bellica victi similiter Romam traducti essent. Suspicor tamen legendum esse, *cognatos de matre Deos*, et Castorem ac Pollucem intelligo, de quibus statim: 'Gemini quoque fratres Corrupta de matre nothi, Ledeia proles, Nocturnique equites, celsæ duo Numina Romæ.' Cognatos appellat, quoniam ex eodem ovo, quod Leda a Jove compressa peperit, orti fingantur, cum tamen alter patrem habuerit Tyndarum, alter Jovem. Unde Virg. Æn. VI. ait Pollucem immortalem mortalem fratrem alterna morte redemisse. Fabulæ origo nota est.

186 *Erycino e vertice*] Veneri Erycinæ, sic dictæ ab Eryce Siciliæ monte, extra portam Collinam, magna mole templum construxit Marcellus, devictis Siculis. De Ida pinifera, Cybelæ sacra, sup. diximus. Naxus insula maxima est Cycladum in mari Ægæo, quam Dionysiada a vitium fertilitate dictam esse ait Plinius Nat. Hist. IV. 12.

196 *Terror servavit asylum*] De Capitolio ab incursu Senonum Germaniæ defenso, adi Florum I. 13. et Livium lib. V.

203 *De farre molæ*] Far molitum, seu tostum, et sale conspersum, 'far molæ,' seu 'molam salsam' appellabant: eoque hostiæ ex Numæ instituto conspergebantur. Nulla absque eo accepta esse sacra Diis existimabant: atque inde verbum immolare fluxit.

209 *Impressis silicem labris*] Saxeas istiusmodi effigies sæpius exosculatus est. Lares in singulis ædibus colendi religio inde emanavit, quod prima origine intra suas quisque ædes defossa haberent cadavera: immo et in Larario alias quoque imagines venerabantur: ut de Severo Imp. narratur, qui domi suæ Christum, Abrahamum, Orpheum, et Apollinem in numero Penatium coluisse dicitur.

219 *Ante Delubrum Romæ*] Ut alibi, sic et hoc loco suis titulorum annotationibus orationem perpetuam scindentes, densissimas tenebras offuderunt. Quod deinceps vitaturi eas omnes e perpetua serie ejecimus, totam orationem tanquam filum filo appendentes. De urbis Romæ templo, vide Ammianum Marcellinum.

230 *Impendent retinentque veru*] Supra: 'Pollucis equum suffire ardentibus extis.' Videntur igitur in Capitolio ita sculpti fuisse, quemadmodum Livius lib. II. eos, in bello Latino, Postumio narrat victoriam nunciasse. Nam et equites stabant, et manibus brevia hastilia seu veruta prætendebant, et vestigia ita fixerant, ut paulisper sese exercitui ostendentes mox abituri viderentur.

232 *Tros Italus*] Æneam intelligit; 'Trojæ qui primus ab oris Italiam, fato profugus, Lavinaque venit Litora.'

235 *Conjugis sponsum*] Immo tantum Circe a proco exorare non potuit, ut ipsi conjunx fieret. Atque hinc illæ lacrymæ, Ovid. Met. XIV.

257 *Jam sponsus saliente*] Ita Suetonius: 'Patrem Claudii Neronis Cæsar. Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænomine, Livia cum Augusto gravida nupsisset, intra mensem tertium peperit; fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim enim vulgatus est versus: Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.'

260 *Inter Fescenina*] Nuptiis vixdum celebratis. Ex signo res signata intelligitur. Fesceninis autem versibus, summa verborum licentia et lascivia factis, convitia quædam in sponsos joculariter spargi solebant. Muretus in illud Catulli: 'fescenina locutio.'

261 *Novo proles aliena*] Quomodo aliena, si sua, ut ex Suetonio patet? et si aliena, quid hoc tantum criminis in ea urbe, ubi divortia legibus defendebantur? Non debuit profecto nuptias Liviæ festinatas, quas Antonius Augusto objecit, cum incestu Saturniæ comparare. Valde igitur dubito, an mutato literarum ordine pro *Livia* legendum sit *Julia:* quandoquidem Augustus illam M. Agrippæ ita obtruserit, ut is Marcellam Octaviæ filiam, sibi et caram, et liberis auctam, repudiare coactus sit, non sine maxima ipsius Octavii cum filia adulterii suspicione. Quod et Juliæ nepos C. Caligula non cælavit, cum Augustum, non Agrippam, sibi avum et dici et credi voluit. Atque huc Ovidiani exsilii caussam nonnulli referunt, ducta ex eo versu conjectura: 'Cur aliquid vidi, cur conscia lumina feci?' Nihil tamen audeo certo affirmare. Simul ambigo, num divini honores Juliæ, Tyberio fratri nuptæ, decreti sint.

271 *Antinoum cælesti*] Hunc libertum suum ex Claudiopoli Bithyniæ oriundum adeo perdite amavit Adrianus, ut mortuo templum apud Mantineam construxerit, urbem apud Nilum ejus nomine insignierit, formam denique numinis insculpserit. Pausanias, Dion Cass.

292 *Templisque duarum Junonum*] Unam Jovis sororem et conjugem fa-

ciebant: alteram Cereris filiam, Proserpinam alio nomine, Plutonis uxorem. Claudian. 'Inferni raptoris equos, afflataque curru Sidera Tænario, caligantesque profundæ Junonis thalamos.'

322 *Numne etiam cæli minor*] Comparat Solem, totum cælum concavum circumeuntem, circino orbem finienti. Atque hic sensus est: Sentiunt quidam, terram minorem esse Sole. Sit ita: atqui saltem majus eo cælum est, cujus planiciem unico porrecto gyro laborat transmittere. Finitus igitur, ac proinde cum Deo, cujus mox adjuncta aliquot subnectuntur, nihil habet commune.

369 *Triviæ sub nomine*] Atque hac de caussa eam Virg. dixit, 'cæloque Ereboque potentem.' Ut et alibi eandem, 'Tergeminam Hecaten, tria virginis ora Dianæ,' teste Macrobio, appellat, amplissimam ejus potestatem numeri centenarii et ternarii elogio complexus.

384 *Quid pulvis caveæ semper*] Inf. de Vestalibus loquens: 'Inde ad consessum caveæ pudor almus, et expers Sanguinis it pietas.' Caveam dicebant mediam totius theatri aream, quæ et Equitum subsellia recipiebat. Reliquas amphitheatri partes late tractat Sypontinus.

396 *Latiari in munere*] Recte. Nam Latiar simul erat et sacrum, et munus. Siquidem cum Jovi Latiali in monte Albano, qui pari spacio Roma et Alba distat, tauro factum esset, Latinis populis qui septem et sexaginta numero eo conveniebant, carnem domum referendam dare moris erat; quæ Visceratio dicta est. De sanguine humano nusquam quidquam invenio, præterquam apud Lactant. cap. xxi. 'Apud Cypros etiam humanam hostiam Jovi Teucrus immolavit, idque sacrificium posteris tradidit, quod nuper Adriano imperante sublatum est. Erat lex apud Tauros Scythiæ, inhumanam et feram gentem, uti Dianæ hospites immolarent, et id sacrificii multis temporibus celebratum est. Galli Hesum et Teutatem humano cruore placabant. Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt: siquidem Latialis Jupiter et sanguine colitur humano. Quid ab his boni precantur, qui sic sacrificant? aut quid tales Dii hominibus boni præstare possunt, qui pœnis propitiantur?' Vide Herodot. lib. iv.

404 *Quacunque Latina vetustos*] Per viam Latinam, quæ ad meridiem vergebat, et Salariam, quæ e regione ad septentrionem synecdochice Romanæ urbis totum ambitum intelligit. perperam in impressis est, *quacunque Latina vetustas.*

410 *Cum princeps*] Uterque Theodosii ex conjuge frater per tyrannorum insidias e medio sublati sunt. Gratianus quidem a Maximo in Galliis, Valentinianus ab Arbogasto. Utrumque ad altiora adspirantes repressit oppressitque Theodosius.

436 *Mollis si bractea*] Valla ait, laminam et bracteam ita differre: quod illa crassior sit, et quasi armaturæ vicem præbeat; hæc tenuior, et sua sponte placabilior, eoque ad inaurandum non inepta.

438 *Lamnis commisit aënis*] Syncope est, quemadmodum in illo Horatii; 'Inimice lamnæ Crispe Salusti.'

482 *Ad urbem Milvius*] Constantinus a Senatu declaratus Augustus, et a Britannia, ubi pater perierat, accersitus contra Maxentium, cui ob libidinem et crudelitatem maxime populus infensus erat, cum eum diversis oppugnasset præliis, ad postremum conspecto in æthere crucis vexillo, clamantisque voce audita, *ἐν τούτῳ νίκα,* ad pontem Milvium cum toto exercitu superatum interfecit. cujus victoriam nobilis adhuc arcus Romæ e regione Amphitheatri testatur, cum hujuscemodi inscriptione: 'S. P. Q. R. Imp. Cæs. Fla. Constan-

tino Augusto, quod instinctu divinitatis, et animi magnitudine uno tempore tam de tyranno, quam de omni ejus factione justis Remp. ultus est armis.' Volater.

488 *Signabat labarum*] Consuerant tum Imperatores suas ipsorum imagines in acie per signiferos jubere præferri, quæ signa, quod quasi labantia quadrata hastis appenderentur, labara dixerunt. Constantinus autem non imaginem suam, sed insigne Dominicæ crucis pro labaro usurpavit. Sup. 'Agnoscas Regina libens mea signa necesse est: In quibus effigies crucis aut gemmata refulget, Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.'

491 *Concreto crine*] Horrido et impexo, quod miserorum est et afflictorum; ut promissus crinis nocentum est et reorum. Sup. 'Carcereo crinita situ stare agmina contra Jusserat, horrendis excrucianda modis.' Quanquam in hunc Senatum utrumque convenisse videtur. Neque enim simpliciter miser erat: sed catenis etiam squalens carcereis. Unde Jacob. Ravardus noster, Jureconsultus optimis annumerandus, in suis variorum libris, qui typis jam recens natis Brugis propediem evulgabuntur, explicans cap. XXXIX. II'. De injuriis, locumque hunc Prudentii adducens, interpretatur, crinem concretum, de capillo summisso, multumque creto, qui captivorum proprius erat. Quam interpretationem nemo, qui hanc phrasin hac significatione usurpatam legerit alibi, improbabit.

498 *Prodigia esse*] Ita manusc. eandemque sententiam sic sup. exprimebat, Barbaros irridens: 'Quos penes omne sacrum est, quidquid formido tremendum Suaserit, horrificos quos prodigialia cogunt Credere monstra Deos.'

506 *Monumenta coinquinet artis*] Sint vobis statuæ tantum statuæ, ut sunt, et omnes principes, quales designant, ad exempla imitationis provocent ne adoretis eas, divinisque honoribus colatis; hoc enim, coinquinare est.

553 *Generosus Anicius*] Q. Anicii Ædilis curulis mentionem facit Plin. Hist. I. 33. Videtur familia maximi nominis fuisse: sed de ea et cæteris familiis Christianis multa inquirendi laborem, unde sc. ortum duxerint, qui eo nomine inclaruerint, et similia, iis relinquo, quibus per otium licet quovis loco quævis inculcare, mihi non licet, neque etiam lubet.

556 *Palmata insignis abolla*] Abolla designabat Senatorem, aut illi dignitate æqualem. Palmata, quæ Jovis togæ similis erat, triumphi index erat, ut victoriæ palma.

562 *Poplicolas percurram carmine Graccos*] P. Valerio datum fuit hoc cognomen ob latas de provocatione ad populum leges. An etiam Graccis, nescio: certe jure potuit. Testis est lex Agraria.

585 *Genitoris amabilis obses*] In colle Vaticano, qui a Deo Vagitano, ibi culto, nomen habet, secundum Augustinum, Constantinus basilicam Petri construxit. Idem Laterani, viri nobilissimi, quem consulem designatum Nero interfecit, palatium sive arcem Johanni Apostolo consecravit. vide utriusque descriptionem in Coronatis.

601 *Et quodcunque*] Patria aut Curia non constat auctoritate paucorum, etiam nobilium, etiam publica munera obeuntium; neque etiam votis et sententiis hominum plebeiorum, et privatim viventium, qui tamen et ipsi a vobis rari sunt: verum in consensu majoris numeri omnium. Particula adversativa usus videtur pro corrigente, quomodo in principio hujus libri, ubi Theodosium laudat.

616 *Sola capti ratione sequuntur*] Quinimo etiam tum acerrimi hostes religionis et consules, et Præfecti urbi et Prætorio interdum creabantur. Symmachus exemplo est, ad quem mox

sermonem convertit. Unde conjicio illum adhuc in vivis fuisse, cum hæc scriberet Prudentius.

630 *Isidis amissum*] Idipsum Minucii Octavius venustissime. 'Isis,' inquit, 'perditum filium, cum Cynocephalo suo (Anubis latrator hic infra dicitur) et aliis sacerdotibus luget, plangit, inquirit, et Isiaci miseri cædunt pectora, et dolorem infelicissimæ matris imitantur. Mox invento parvulo gaudet Isis, exsultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur. Nec desunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas? Hæc tamen Ægyptia quondam, nunc et sacra Romana sunt.' Hæc ille.

LIB. II. CONTRA SYMMACHUM.

PRÆF. 44 *Sic me tuta silentia*] Precatur Christum, ut quemadmodum Petri inambulantis mari vestigia firmabat, Matth. XIV. ita sibi quoque fluctibus Symmachianæ tempestatis pæne obruto adsit, et dextram porrigat.

51 *Sum plane temerarius*] Hinc evidens est, quantæ auctoritatis iste homo fuerit, tum quod optimo et nobili genere prognatus principem locum apud suos teneret, Præfectus nimirum urbis, et Rom. Ceremoniarum Pontifex, tum quod gravi augustoque dicendi artificio, ac rerum peritia facile cæteros vinceret. Ambrosius sane in sua ad Valentinianum apologia non dubitavit Orationis asperitatem deprecari, petereque, non verborum elegantiam, sed solam vim rerum spectari. Neque illud omittendum, Claudianum et Ausonium a Christiana religione ad veterum Deorum cultus ejusdem eloquentia esse pertractos. Confirmat id August. lib. de Civitate Dei. extantque amicissimæ Symmachi ad utrumque epistolæ. Alioqui scripta eorum diversum loquuntur. Quanquam audio, in manuscr. quodam Trudonensi, sacra carmina, quorum Claudianus esse narratur, seorsim scripta esse, et juniori cuidam Claudiano attributa; quod an ita sese habeat, ex aliorum veterum codicum collatione certius sciri possit.

LIB. II. 41 *Pictura sacello*] Poëtarum libris; quos ironice sacrarium Gentilium appellat.

89 *Imus ad occultum*] Hanc partem solam autor convellendam sumit, ostenditque humano ingenio divinam naturam non posse comprehendi, ac proinde fide opus esse, quæ qualis esse debeat de Deo, animæ æternitate, resurrectione et statu mundi, ipsum Deum nos docentem inducit. nihil hæc habent difficultatis, gratiæ multum. Illud, *proprius genti cuique est mos*, nescio an auctoris sit. Nam in plerisque antiquis est, *suus est mos cuique genti*. Fortasse noluit Symmachi verba mutare. Alioqui adeo constanter primam in *cuique* alibi semper corripit (ad manuscr. provoco), ut etiam monosyllabum *cui* corripuerit.

140 *Et species tenues*] Ita meus manuscr. rectissime ex mea sententia. respicit enim ad illud, quod modo, 'speciosaque semina finxi.' Nam cum ea specierum semina dixisset esse maxime varia, fecunda, maximique momenti, subjungit, eadem esse tenuia, fragilia, et fluxa. hoc ipso nos admonens, iis parce, et certo modo utendum esse, si animæ et corpori prodesse volumus.

143 *Robur enervatum*] Monui supra, Poëtam corripere primam in verbo *enervare*, eoque facilius adductus sum, ut primum et alterum versum post hunc eximerem, fretus vetustis exemplaribus. Levitatis enim insignis esset, eandem syllabam modo contrahere, modo protrahere, et id quidem tantummodo, ut insulse et incondite idem bis repetatur. Ver-

sua hi sunt: 'Enervare suum corrupta per otia robur Posset, et in nullo lactamine pigra jaceret.'

277 *Si quicquid*] Si servandus mos veterum, redeundum nobis ad glandes et antra. Et tamen videmus apud secula posteriora semper plura, quam prius adinveniri, atque adeo omnia tum fieri perfectiora. Quanquam si vetusta tantopere urges, age majores tuos, statim a diluvio, unum colentes Deum imitare, aut saltem primos Romanos, qui paucissimos, prius quam captiva Numina aliunde adveherent, dubitantes scilicet, de suis.

324 *Ceu quadrupes egit*] Ita in vetustis et breviter, et venuste. In impressis tamen non omnino male: at prolixius: *titubavit, et instar Quadrupedis pueri lactantia viscera traxit.*

374 *Quid sit Genius*] Sed quid appellas Urbis Genium? non animam. Illa enim corpori nostro alligata est, illiusque actiones notæ sunt. quid ergo? aut si hoc nescis, quando primum Romæ datus est? ubi agit? quid efficit? Si umbra est quædam fatalis, cui status Reipub. curæ sit, cum totius Imperii formam per Reges, Consules, et Triumviros toties mutarit, approbata postremum monarchia, cur nunc animum tandem ad religionem non convertit? cur illam toties variatam, atque etiamdum ambiguam, non conatur in integrum restituere? profecto, cum id ab Imp. Rom. factum sit, ridiculum est aliquid a Genio, qui non est, expectare. Quanquam si unus est Romæ Genius, profecto multa sunt millia, cum in tota Urbe nihil sit, quin suam habeat sortem. Quod si est, frustra leges et jura, cum ne mala quidem sine faterum impulsu fiant. Injuria est carcer, injuria supplicium. Vides, quo reducaris? Hoc igitur habe, nostrum ingenium liberum esse, nescire fata, superare astra, solum agnoscere Deum.

421 *Consule nobilitas*] Quia hic versus in antiquis quibusdam libris alium in locum transpositus est, libuit veritatem vulgatæ scripturæ historia ipsa comprobare. Primum reges regnarunt. Post eos cœpere Consules, anno ab Urbe condita CCXLV. Consules et Senatores cum Tribunis et plebe CCLXI. Decemviri soli CCCIII. Consules etiam e plebe CCCVI. Triumviri post Cæsaris necem IↃ CCXII. Solus Octavius IↃ CCXXIII.

478 *Nec mathesis*] Censores hunc versum una cum alio, qui est infra vs. 894. ita castigarunt: *Nec præscripto aliquo pellit pia vota mathesis.* Item: *In magicas artes trahit, involvitque mathesin.*

487 *Dii*] At qui Dii? an qui transfugarum in morem, suam gentem, suas urbes perfide prodiderunt? an potius, qui neque hostibus resistere potuere, neque sese, multo minus suos defendere? Ita certe. Sola virtus bellica, qua cæteros omnes longe anteibant, Romanis orbem terræ subjecit, non Dii, neque religio. Imo quo superstitionibus populus magis fuit deditus, hoc ignavior et degener magis fuit, nihilque illi speciosius accidit, quam a Rom. vinci. At, inquis, Deos ipsam Romam, veluti sedem, delegisse, et inibi solum coli voluisse. Credo; nam et hac occasione Palladium suum optabat Minerva Trojanis eripi, et alii Dii sua templa Volcano consecrari, et captivi Babylonem avehi. extra jocum, invictis legionibus et ducibus scelesto detrahis, dum eorum virtutem tam parvi ducis. Nam quod de Corvino affers, si victoriam non virtuti suæ, sed corvo acceptam ferre debuit, cur idem ille Corvus, aut absente eo Veneris columba aut Palladis noctua, Æmilio et Terentio apud Cannas, tercentum Fabiis in Cremeræ campis imminentem cladem non prænunciavit? Non potuit. Vos tamen non creditis, occæcati sc. secundo illo Rom. Imper. successu;

cujus quia caussam nescitis, sic habete. Deus mundi senescentis vicem miseratus, quod magis et magis ad deteriora delaberetur, omnes populos uni ditioni subjecit, quo facilius unigeniti Filii jugum concordissime amplecterentur. Hinc illa Reipubl. concordia, tanti triumphi, tot ovationes, ut jam tum venienti Christo via præstrueretur. pacem enim ille amat, et pacis auctores: bella et dissidia odit.

514 *Nunc cum Dictæis*] Facillimum fuit Roman. exercitui, qui militibus exercitatissimis, Etruscis, Marsis, et Samnitibus, constabat, bello superare effeminatam gentem, uti Phrygios in Asia, quos ironice Dictæos Corybantes et Gallos, i. e. Cybeles sacerdotes nominat, uti, etiam Lacædemonios, quos tanquam pugiles oleo madentes, et mastigophoros, i. e. pugilum magistros, in pugnam ducit, quomodo Terentianus Thraso Sangam penicillo armatum. Samnitis dixit, pro Samnis, quomodo supra in Hippol. et in pugil primam produxit, cum antea primam in pugillaris corripuerit. Quanquam illud a pugno, hoc a pungere deducunt.

527 *Fluctibus Actiacis*] Antonio Triumviro et Cleopatræ Reginæ Ægypti, apud Actium Epeiri navali prælio superatis ab Octavio, Julii ex sorore nepote, nullus ex Diis Ægyptiis aut Romanis abfuit. Liburnas Itali naves Gellicas velocissimas vocabant, a Liburnis populis Illyrici, qui olim hujusmodi navibus usi omnia per Ionium mare deprædabantur.

533 *Gelido quem miserat Algidus axe*] Quomodo Horatius 'Algidum,' XII. pass. millibus ab Urbe distantem, dixit 'nivalem,' ita hic eidem tribuit 'gelidum axem,' et per eum Synecdochice totam Italiam, unde exercitus Octavii collectus erat, intelligit.

570 *Vel oscine parra*] Corrupti sunt codices, et in quibus, *parta*, et in quibus *parca*, loco nominis fixi continetur. Festus autem Oscines aves Appio Claudio dici ait, quæ ore canentes faciant auspicia, ut corvus, cornix, noctua: alites, quæ alis ac volatu, ut bubo, sanqualis, aquila, immissulus, vulturius: picum autem Martium, feroniumque, et parram, et in alitibus, et in Oscinibus haberi. De Crasso, ejusque XI. legionibus, apud Carras Mesopotamiæ, a Parthico equitatu deletis, L. Florus Hist. III. 11. Noctuam Tritoniam appellat, quod Athenis, ubi noctua insigne erat, Pallas Dea tutelaris habebatur.

576 *Inauratum tremeret gens Persica limbum*] Ironice dixit in statuam Veneris aureo limbo variegatam; sic sup. in Romano: 'Quos lana terret discolore in stipite.'

605 *Corniger Hesperidum quos*] Thybris. Virg. 'Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.' Cur autem Italia etiam Hesperia dicatur, notum est.

616 *Externi ad jus connubii*] Tria vincula, quibus nationes diversissimæ in unum compinguntur, et coëunt.

651 *Ægidaque*] Ex scuto Minervæ ipsam Minervam intelligit, aut potius simulacra Ægidi similia, i. e. sua specie metum et horrorem humanis oculis incutientia; quæ eadem supra idololatriæ caussam faciebat.

654 *O clari salvete Duces*] Prosopopeiam prosopopeia eludit. Agit Roma gratias Principibus, quod sub iis non, ut antea, delire gerat omnia, sed mature, et, ut caniciem suam dignum est, quod liceat Christum profiteri, eique totum mundum concordi pace colligatum offerre, quod se a sanctorum hominum cætibus expiarint, quod porro concedatur pie et tuto vivere: tuto, inquam, non ut olim Senonibus sive Suevis in media Urbe vagantibus, et Hannibale ipsis portis, nisi Tarentina mollitie elanguisset, imminente, sed Principibus mero Christi auxilio omnes hostes ex-

cidentibus. Sub finem orat Augustos, in eodem maneant proposito.

673 *Per tristia vulnera flagrans, Extrahere insignes animas*] Tolerari potest hæc lectio: malo tamen illam mei codicis, et editionis Daventriensis, *Et trahere*: ut *per tristia vulnera animas trahere*, idem sit, quod ludere pœnis, et ex tormentis tormenta comminisci. Sententiæ optime respondet. Simile illud sup. 'Illum libido fœtida Per scorta tractum publica Luto et cloacis inquinat.' De decem Christianorum persecutionibus, a Nerone ad Licinum Constantini collegam, lege Niceph. et alios Ecclesiast. aut, si brevitate delectaris, Sulpicii Severi lib. xi.

685 *Collinæ a cardine portæ*] Eadem Agonia et Quirinalis dicta est. Vide Livium lib. xxii. et Florum ii. 6.

698 *Mastrucis proceres vestire togatos*] Senatores redigere in servitutem. Mastruca Sardorum est, vilemque et servilem ac Gothici militis vestem hic designat.

710 *Atque parens Stilico*] Theodosius imperium solus obtinere cœpit circa annum Dom. CCCLXXXVIII. et cum regnasset annis xi, sibi in Occidenti substituit Honorium filium adhuc juvenem, eique tutorem adjunxit Stiliconem, de quo multa Claudianus. Sub eo, circa annum CCCCV. Ostrogothi ducentis millibus duce Radagasto Italiam invaserunt, et ad Fesulas oppressi sunt: de quo August. v. Civit. Dei 23. Hinc igitur conjicio Prudentium diu post Ambrosium Symmacho respondisse. Conjicio item, eum ad usque Stiliconis proditionem et necem, quæ circa annum CCCCXIII. accidit, non vixisse. Alioqui enim, uti ego credo, nomen Stiliconis tam magnificis titulis ornatum, quod postea e marmoribus eradebatur, in suo opere induxisset, quomodo pro *Nola* substituit *ora* Virgilius.

712 *Prima hasta dracones Præcurrit*] Labarum intelligit, signum imperatorium, de quo sup. Draconum effigie legionarii milites utebantur: quorum gestatores Draconarii dicti sunt: sup. 'signaque bellica Prætendunt tumidis clara draconibus.' Errant igitur, qui scribunt *draconis*, in singulari numero. Quis enim tam hebes est, ut credat Christi apicem cum draconis effigie conjunctum fuisse?

816 *Quadrupes abjuncta est*] Numeri æquabilitatem servandam esse monebant manuscr. antea: *Quadrupedes bipedi abjunctæ, mutæve loquendi.*

839 *Nempe magis non illud erunt*] Volebat Symmachus omnia unum putari, quod eadem spectaremus, &c. Negat Prudent. Sic enim ad bestiam cum homine, et Romanos cum Barbaris idem censeri, quod eodem aëre, eadem terra utantur, fruantur. Allato deinde exemplo Solis: Si, inquit, fibricæ, et Regum palatia eodem Sole collustrentur, nihil minus tamen sunt, quam eadem, quanto minus unicultores idem erunt, quod idololatræ?

847 *Anfractus dubios*] Alterum argumentum. Negabat Symmachus, uno itinere posse perveniri, &c. fatetur Poëta, duo esse itinera, simplex unum, alterum multifidum, in quo aut multi, aut nulli Dii colantur. Utriusque tamen non eundem esse exitum.

859 *Occultus Diespiter*] Occultatus, abditus. Adducam loci verum interpretem, Minucii sc. Octavium. ait ille: 'Et quæ Jovis sunt sacra? nutrix capella est, et avido patri subtrahitur infans, ne voretur: et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur.'

874 *Quæque latens silvis*] Multiplicem, inquit, carpunt viam pecudes, et bruta animalia, et multorum hominum mentes, quæ silvis frontosis, cæli adspectum eripientibus, provolvuntur in terram, Deum nesciunt. In impressis locus hic corruptissimus est.

888 *Multiplicis Dux Dæmon at est*]

Quid et ingenii, et Codicum veterum auxilio hic præstitum sit, sciet, qui vulgatam editionem cum nostra comparabit. Utinam sit aliquis!

918 *Penu pro virginis ulciscendo*] Ut vindictam sumant de penu Vestæ ademto, i. e. ob ademta Vestalibus publica alimenta. Cur Triptolemum Cereri conjungat, inveni apud Servium.

922 *Haud venit a sicco*] Et hic conjectura sola eram usus, ne quid dissimulem: quanquam eam postea probarit Buslid. In aliis est: *Aut veniat sicco.*

969 *In his quoniam*] Ita manusc. plerique, et vera lectio est. In aliis est, *quonam?* in quibusdam, *quomodo*, inepte.

997 *Variis proventibus annos Texuit*] Sup. 'texit Sol unicus annum.'

1008 *Et nullis violatur terminus extis*] Quemadmodum sup. statuas Principum adorationibus et sacrificiis coinquinari dicebat, ita hic ait 'Terminum,' qui agris limes positus est, ut litem arvis discernat, extorum oblationibus violari.

1011 *Nec tamen idcirco minor est*] Hucusque ostendit ob detracta Vestalibus privilegia, nullam annonæ caritatem grassari, aut si quædam aliquot annorum spacio fuisset, novum non esse, aut majoribus inauditum: alioqui debere illam solos Christianorum agros infestare. Post hæc ad parabolam Christiani agricolæ, quæ Matt. XIII. est, explicandam digreditur; ultimo loco virgines Christianas cum frugiperdis et crudelibus Vestalibus comparat.

1021 *Quales, quos imbuit*] Enallage numeri, qualis in illo Terentii Phorm. Act. V. Scen. 8. 'Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.'

1089 *Imputat attonitæ*] Objicit, ostenditque ignominiose, et quasi eo ipso urbem impensæ perditæ coarguens. Æque nove usus est eo verbo Suetonius in Tyberio cap. LIII. In Pulmanni codice quodam est, *implicat*; sed ei orationis ἀκολουθία respondere non videtur. Nam si pompa publica est, si spectabilis est attonitæ urbi, si pilento residet molli, si in meliore podii parte sedeat; quomodo se implicat urbi et immiscet?

1100 *Dum palpitat ense secutor*] Is, qui cum retiario commissus erat, sive murmillo, sive alio nomine gladiator. Sueton. in Calig. 'Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes sine ullo certamine totidem secutoribus succubuerant: cumque occidi juberentur, unus resumta fuscina omnes victores interemit.'

1115 *Tam triste nefas*] Quod statim occasione Telemachii cujusdam sublatum fuerit, narrat in Chronicis Christ. Massæus.

1122 *Quodque patri superest*] Alloquitur Honorium, quem, uti dictum est, vivus adhuc Theodosius Imperii consortem effecit, et Occidenti imperare jussit.

TETRASTICHA DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO.

De titulo hujus libelli variant. quidam appellarunt διττοχαῖον, i. e. duplicem cibum: quidam chirocheum, quod manuale vertunt: Sichardus enchiridion. In meo libro et Buslid. est hic titulus, quem servavimus, adducti imitatione Ausonii et aliorum.

6 *Viva et terrena refutans*] Non simpliciter rejiciens: sed verbis etiam additis reprehendens. Sup. 'Hic terrulentis, ille vivis fungitur.'

24 *Interprete Christo*] Sup. 'Carnis in effigie Christum se cernere sensit.' Ibidem, agens de tribus juvenibus Babylonicis, Christi mentionem fecit.

27 *Actio fallax*] Ut referatur ad Josephum, qui fratres rei gestæ ignaros aliquandiu suspensos tenebat. In aliis est, *auctio fallax*: potestque intelligi de ipsis fratribus, qui Josephum Ægyptio mercatori vendide-

rant, mentientes patri a feris discerptum esse.

28 *Vanique pudescunt*] Sup. 'nec ferre pudescit.'

45 *Via sicca eremi*] Ejusdem est, cujus illud sequens vs. 61. 'sola stant atria Rahab.'

68 *Tanta est fidei vis*] Carolus Langius, homo doctissimus, in Annotationibus, quibus suas in Officia Cicer. castigationes explicat, de Ennii versu minuro agens, reprehendit scioles quosdam, qui hemistichion istud Prudentii, *levisque fidei*, ausi sint ita mutare, *fidei quoque plenus*. Quod hemistichium cum in toto hoc Opere non contineatur, si alia ille Prudentii opuscula habeat, gratam rem studiosis facturus est si communicet. Illud tamen affirmo Prudentianum non esse, mediam in voce *fidei* producere. Septies enim hujus genitivi mediam brevem facit : atque ita facit, ut quamcumque vim carmini intuleris, invertendo, mutando, mutilando, eandem longam facere nequeas. Hunc versum excipio. Possis enim contra omnium codicum fidem eum ita invertere : *vis tanta fidei est*.

76 *Funda stridente*] Sup. in Psychom. 'Puerilis in illum Dextera fundali torsit stridore lapillum.'

95 *Quod gradibus, quot*] Antea, *tot gradibus, quot*.

166 *Sanguis victoria, lymfa lavacrum*] De horum tetrastichon auctore, ambigant qui velint : ego, ut ingenue fatear, etiam si velim, dubitare non possum. Omnes enim Codices scripti, excusi, quos quidem videre licuit, Prudentii nomen adscriptum habent. Stilus deinde, verba, sententiæ, phrases, allegoricæ deductiones, omnia denique Prudentium sapiunt, redolent, loquuntur. Argumento sit unus hic locus ad verbum supra repetitus : 'O novum cæde stupenda vulneris miraculum. Hic cruoris fluxit unda, lymfa parte ex altera. Lymfa nempe dat lavacrum, tum corona ex sanguine est.' Nunc fidem in eo, quod de appendice receperam, liberabo, præstiturus etiam amplius, quam a me expectari debebat. quod ut possem, effecit humanitas Cornelii Valerii, publici linguæ Latinæ professoris doctissimi. Is enim commentarium hunc meum, cursim perlectum, cum judicio beasset suo, vocabula ea omnia, quæ hunc auctorem ab Ecclesiasticis scriptoribus sumpsisse, quæque quam longissime a Latinæ linguæ puritate abesse judicabat, seorsim olim annotata; et Latinis vocibus reddita, benigne communicavit. Ea igitur hic in commodissimum ordinem redacta conferimus in medium, ne juniores in imitando fallantur.

Ænipes, pedes æneos habens, χαλκόπους.

Altrinsecus, contra, vicissim.

Amasio, amator, amasius.

Arula, diminutivum ab ara.

Audientia, auditus, audiendi vis.

Aurulentus, fulgens ex auri repercussione.

Bifestus, dies duobus sacer, quasi bis festum dicas.

Bractealis, bracteis inauratus.

Bustialis, a busto, seu sepulcro finxit.

Cantamen, incantatio.

Carceralis, Carcereus, a carcer.

Carnalis, carnaliter, a carne.

Carnulentus, carni et mundo deditus.

Centuplicatus, centuplex.

Collumino, collustro.

Comperpetuus, æque æternus.

Complices, scelerum socii.

Congregatim, denso agmine, turmatim.

Congrex, unanimis.

Conspicabilis, conspicuus.

Corporalis, corporeus.

Creamen, creatura, seu res condita, creatio.

Cruciamen, cruciatus.

Defuga, transfuga.

Digestim, distincte, suo ordine.

Dilancinare, dilaniare.

Discruciatus, varii dolores et tormenta.

Disparilis, dispar.

Excruciabilis, crucians.

Excruciatus, tormentum, dolor.

Exfibulare, fibulas adimere, solvere, liberare.

Exsequialis, in exsequiis usurpatus.

Exsimulare. Vide Commentarium.

Exsibilare, sibilando efferre. Optime conjunxit: 'Anguina verba exsibilat.'

Fabriliter, more fabri.

Factura, opus, res creata.

Falsificatus, infectus, corruptus.

Fidelis, Christiana religione præditus.

Figmen, opus, figmentum.

Flabralis, flabilis, cum flatu emissus.

Forare, perforare.

Fotus, fomentum.

Fulgidus, splendidus.

Frugescere, frugum feracem esse.

Fundalis, adject. a funda.

Funerare, funere efferre.

Genealogus, annalium auctor, familiam quamque ad suam originem revocans.

Hydrinus, adject. ab hydra serpente.

Hymnire, hymnis canere.

Ignire, inurere.

Impassibilis, Impatibilis, in quem perpessio non cadit.

Impiatum, impurum.

Incapax, minime capax.

Incentivum, incitans, accendens.

Incerare, cera illinere.

Incircumscriptus, ἀπερίγραπτος, infinitus.

Incorporatus, corpore indutus, et, ut ita dicam, incarnatus.

Indages, indago.

Indomabilis, indomitus.

Innatus, nunquam natus.

Inspaciari, inambulare.

Insubjectus, nemini subjectus, sui juris.

Intemporalis, æternus, nullo tempore finitus.

Interminus, idem.

Irremotus, immotus.

Irritamen, irritamentum.

Liquabile, quod facile liquitur.

Litamen, litatio. Vide Commentarium.

Malefabrum, infelix, parum callidum, imprudens.

Mammoneus, avidus: a Mammone, Syrorum Pluto, derivatum est.

Manceps carceris, Præfectus carceri: sic Plinius propolam 'sutrinæ mancipem' appellat.

Mediator, sequester, μεσίτης.

Melodum, suavisonum.

Mitificus, mitis, lenis.

Muculentus, mucosus.

Monstruosus, monstrosus.

Mortificatus, emortuus.

Multicolora, multicoloria.

Multinodus, nodosus.

Mundialis, mundanus.

Nemo dies, nullus dies.

Nescienter, ut negligenter.

Noxialis, sonti, seu noxio debitus.

Obblacterare, more ovis contra balare.

Obliviialis, obliviosus, oblivionem inducens.

Obludere, vana specie inescare.

Obsequela, obsequium.

Obstrangulatus, suffocatus.

Occidualis, occiduus.

Omniformis, Omniparens, Omnipollens, ejusdem farinæ sunt.

Opulens, opulentum.

Orarium, sudarium, ab ore deductum.

Palpamen, attrectatio.

Palpebralis, palpebris eminens.

Parricidalis, parricidio fœdatus.

Passibilis, patibilis.

Passio, afflictio.

Peccamen, crimen.

Plasmatus, conditus. Vide Commentarium.

Prænuncupatus, annunciatus.

Primitivus, primigenitus.
Propitiabilis, propitius.
Prosperatus, exoratus.
Pudescit, pudet.
Resculpere, imitari, exprimere. Vide Commentarium.
Resultare, concelebrare.
Rompheale, quod romphea usum præbet.
Ructamen, ructus.
Rosulentus, roseus. finxit ad formam, rorulentus.
Sagus, præsagus. Vide Comment.
Saporum, sapidum.
Segrex, separatus, bifariam partitus.
Separ, idem.
Sensualis, rationis capax.
Sequestrare, alicujus custodiæ quid committere.
Spurcamen, spurcitia.
Speculamen, visus, vivendi vis.
Stigmare, stigmatis inurere.
Strictura, liquefactio.
Subjectio, obedientia.
Sublidere, paullulum elidere.
Sublimare, alte extollere.
Subternus, subterraneus.
Sufflabilis, spiritu efformatus.
Suggillare, suggerere, subministrare.
Superfio, emineo.
Terrulente, crasse.
Terrulentus, terreus.
Tripictus, triplici lingua scriptus.
Tutaculum, tutamen.
Vaporus, vaporiferus.
Vegetamen, vegetatio, motus.
Veniabile, venia dignum.
Ventilari, circumagi, sibi non constare.
Versicolorus, versicolor, semel tantum hoc compositum ad secundam inflexionem reducit.
Veternus, veternosus, inveteratus.
Vians, viator.
Vitiabilis, vitiatus.
Virginal. Vide Commentarium.
Viscereus, creatus, a visceribus ortus.
Ululamen, ululatus.

D. GEORGII REMI

NOTÆ.

CATHEMERINON LIB.

Καθημερινῶν] Ejusdem argumenti est Ephemeris Ausonii.

PRÆF. 6 *Quid nos utile*] 'O mihi præteritos referat si Jupiter annos!' ait ille.

24 *Messaliæ Consulis*] Mea opinione, non difficilior toto Prudentio, qua illius ævi historiam, deprehenditur locus; quo de conclamavit Victor Giselinus, Prudentii haud malus interpres, qui Saliam urbem si nobis conderet ad flumen homonymum, res transacta esset. At quis novit tale opidum? Non vola neque vestigium apud veteres. Fastos Consulares si inspicimus et excutimus, sexies Messalas, diversos tamen Romæ Coss. fuisse reperimus. Ab U. C. Anno ıɔ XXVII. Anno ıɔ LXV. et Anno ıɔ XCII. Anno item ıɔ CCXXII. et Anno ıɔ CCXLI. denique Anno ıɔ CCLVI. Sed ad hos Messalas non respicit, quos nullus vidit Prudentius, neque videre potuit. Ac quidem, dum Messaliam vocat, Messalas non innuit. Nomen Prudentii in Fastis Cons. non inveni. Itaque de Consule, cui Saliæ nomen, apud suos Cæsaraugustanos, ubi consulatum gesserit, ut puto, lo-

quitur. Et hæc sententia hoc commodi habet, ut novum opidum, quod hactenus non fuit, non condere cogamur. Vixerit sane aliquando Romæ Prudentius: interea nil vetat Consulatu olim in Hispania, in patria ipsa, defunctum. Sed ista ταῖς δευτέραις φροντίσι doctissimorum committo, queis ocium largius et exactius judicium, ac politissima eruditio suppetit. Mihi quam curta supellex sit, non ignoro.

Hymn. i. 57 *Flevit negator*] Petri ἀποστασία. Bernhard. lib. de libero arbitrio.

Hymn. ii. 4 *Christus venit, discedite*] Inf. 'Discede, Christus hic est: Hic Christus est, liquesce.' Vere Numen Christi, fide invocatum, suis præsto est, ac deseruisse precantes nescit.

25 *Sol ecce*] Justitiæ Sol in cordibus nostris si oriatur, e veterno evigilamus peccatorum.

37 *Hac hora cunctis utilis*] 'Oportet prævenire Solem ad benedictionem Dei, et ante ortum lucis Deum adorare.' Sapient. xvi. in fine.

96 *Errore traxit*] Lege: *Errore traxsti devio.*

105 *Speculator*] Ὁ ἄνω καθήμενος ὃς τὰ προεόντα καὶ τὰ ἐσσόμενα ἐφορᾷ. Pie vetustas pronunciavit: 'Peccare noli; Deus videt, Angelus adstat et tristatur, conscientia mordet, Diabolus accusat, infernus cruciat.'

Hymn. iii. 148 *Digladiabile discidium*] Ἄσπονδος πόλεμος.

Hymn. iv. 31 *Parcis victibus expedita corda*] Finis jejunii, i. e. abstinentia nihil aliud est, quam προπαρασκευὴ ad virtutes exercendas. Quod ipse noster inf. hym. Jejun. disertius indicat vs. 16. 'Nam si licenter diffluens,' &c. Vere enim Menander: Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Hymn. v. 96 *Præfixa Cruci spes*] Si pro Cruce, 'cruci affixum' capias, bene habet. Sic inf. hym. vi. 133. 'Crux pellit omne crimen,' quod Christi τοῦ σωτῆρος σταυρωμένου solius est factum. Innuere Noster videtur idipsum, cum mox subjicit vs. 145. 'Discede, Christus hic est.'

97 *Cibus ninguidus*] 'Pluviatilis esca,' Tertulliano. Salvian. lib. i. de Gubernat. Dei: 'Rorantes jugiter escis dulcibus polos.'

133 *Marcent suppliciis*] Haut nititur verbo Dei hoc commentum. Sit poëtica fictio.

Hymn. vi. 41 *Sensa somniantum*] Aristoteles de somno et vigil. Stob. serm. lxxxix. et xc.

54 *Impiavit*] Sidon. Apollin. lib. iii. Ep. xii. 'Locum bajuli rastris funebribus impiare auderent.' Apul. Met. i. 'Cruore humano impiatum' dixit. Festus: 'Impiatus, sceleratus.'

77 *Evangelista*] Apocal. i. et ii. ac toto libro. Non desunt tamen, qui alium Johannem, seniorem quendam Ecclesiæ .... auctorem Apocalypseos dictitent.

128 *Te chrismate*] Baptismatis περίφρασις elegans. Chrisma autem Spiritus Sanctus, qui vere intus renovat ac recentat hominem.

Hymn. vii. 65. *Contaminatis*] Nemo nescit a Tullio, Rosciana, Horat. Epod. ii. Plin. passim in Epist. Ammiano Marcell. Sidon. Apollin. et aliis, vitam rusticam præferri, ob innocentiam et integritatem, vitæ urbanæ.

81 *Referre prisci*] Jonæ historia exposita: quam superioribus annis Cl. V. Jacob. Lectius itidem dedit carmine elegantissimo.

184 *Emancipator servientis*] Christus, pastor summus, de cælo descendit, ut oves deperditas, et in avia dilapsas, quæreret ac reduceret. Plura mox Hym. Post jejunium.

193 *Sciscitator*] Ὁ πειράζων, Matth. iv. Ὁ λέων ὠρυόμενος, Petro, 1 Epist. v. 8.

206 *Perfusa*] Σωφρονισμὸς μετ' ἐλεημοσύνης. adludit forsan ad consilium Danielis, quod Regi Nebucadnezari

suggessit: item Tobiæ dictum.

212 *Operire nudos*] Jeschah. LVIII. et Matth. XXV.

HYMN. VIII. 33 *Ille ovem*] Christus ὁ ἀρχιποιμὴν, ὁ ποιμὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, 1 Pet. II. 25. Augustin. serm. de temp. Johan. X.

HYMN. IX. *Hymnus omnium horarum*] Terentium 'omnium ætatum auctorem' vocamus. Propius; 'Hominem omnium horarum' dicimus, qui omnibus utilis, omnium commodis procurandis expromtus.

17 *Primoplasti*] Defendit vocem hybridam Victor Giselinus. Utique concidit integritas decusque Romani sermonis cum Imperii majestate. Summis stare diu negatum est. πρωτόπλαστον rectius dicimus, ut totam Græcam vocem habeamus.

22 *Psallat*] Psalm. ult.

40 *Extimum vestis*] Lex pedaria in voce, furtim, ultimam corripit, sicut in illo Ovidiano: 'Circumeuntis oves.' Nisi malis *forte* legere.

52 *Suetus antro*] Ἐνεργούμενος legione dæmonum obsessus.

61 *Tu cibus*] Christus cibus mysticus, cibus animæ. 'Crede, et manducasti,' ait Augustinus. Nil crassum, nihil corporeum, hic locum habet. Apagete Capernaitæ.

63 *Nec lacunam ventris*] 'Mentis, non dentis, non ventris, cibus est.' Tertullian.

HYMN. X. 130 *Factoris ab ore creatæ*] Num ex traduce sit anima, ut totus homo totum hominem procreet (generatio enim est totius compositi), vel homini anima inspiretur in utero matris, ζήτημα πολυθρύλλητόν ἐστι, nobilissima est atque difficillima quæstio, apud Philosophos et Theologos, veteres atque recentiores. Lactant. de opific. Dei cap. XIX. Augustin. de Eccles. dogm. c. XIV. Ludovic. Viv. lib. II. de anima. Scalig. Exerc. CCCVII. s. 2. Johan. Calv. Institut. II. 1. Lævin. Lemnius de occult. I. 11. Tolet. lib. III. de anim. quæst. XVII. Joh. Jacob. Grynæus tom. II. disput. item Johan. Jacob. Coler. Tigurin. in tract. singulari, ex inspiratione esse contendunt. Ex traduce docent M. Luther. Melanchth. lib. de anima. C. Peucer. item de anima tract. Timoth. Brigthus Anglus eruditiss. in physiol. contra Adolph. Scribon. Libav. part. I. de creat. hominis. Nicol. Taurell. noster in Triumpho. Johan. Henr. Havenreut Argentorat. philosoph. in physic. Mageiri VI. 18. Quin et ipse pater Augustin. lib. I. quæst. super Genes. c. L. hanc in sententiam inclinat. Sed adhuc sub judice lis est. Interea νουνεχῶς καὶ σωφρόνως philosophari licet omnibus. Legesis Gregorii Nysseni sermonem περὶ ψυχῆς, et tract. I. de opificio hominis c. XXVIII. et undetrigesimo seq. Aristotelis de anima lib. tres, et nostrum Prudentium Apotheosi, De natura animæ; item Cassiodorum vide De anima.

HYMN. XII. 88 *Adire regnum*] Notat Erasmum Cujac. Observat. IV. 15.

125 *Salvete flores Martyrum*] Augustin. de Sanctis serm. VIII. IX. X. XI. Hieron. Vida de Infanticidio Bethlehem.

ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ LIB.

HYMN. I. 12 *Patronos esse mundi*] Apage. Christus solus παράκλητος, advocatus inter Deum et homines. Facessat impietas, quæ Christo honorem suum imminuit, aut quovis alio modo detrahit. Occœperat jam tum τὸ τῆς ἀνομίας μυστήριον, Paulo dictum 2 Thess. II. 7.

68 *Infames Deos*] Arnob. adv. Gent. Athenagoras in Legatione. Cl. Alex. in Protrept. et Strom. libb. et passim.

118 *Hymnite*] Ὑμνεῖτε.

HYMN. II. *Laurent.*] Augustin. de Sanctis serm. 30. tom. 10. Hinc Holonius Leodicensis Tragœdiam Laurentiadem scripsit.

197 *Pudor per aurum solvitur*] 'O

γὰρ πλοῦτος ὑπηρέτης τῶν κακῶν, ait Siren Attica, Isocrates ad Demon.

399 *Ultro e catasta*] Καταχρηστικῶς. Cum Catasta proprie sit lignum, cui includuntur servi, ne fugiant.

437 *Confederentur*] Per sacrum baptisma.

459 *Duo Apostolorum principes*] Sano sensu capimus Principum vocem; qua non terrena monarchia talis innuitur, qua κατακυριεύουσι τῷ κλήρῳ, qui se Vicarios jactant. Vide Gulielm. Witaker. de Papa Rom. et Danielem Chamierum, de Pontifice Œcumenico: quos scriptores, ob singularem eruditionem et in disputando acumen, merito magni æstimandos censeo.

473 *Video futurum Principem*] Vaticinium de Constantino M. nascituro. Quod Poëta scite in medium profert, cum post Constant. Imp. vixerit. Vaticinium de Core, i. e. Persarum Rege Cyro, nascituro, notum est apud Jesaiah.

532 *Sedem celebrat*] Imo qui fidem et constantiam Laurentii imitatur.

579 *Per patronos martyres*] Reclamat fortissime Ambros. comment. in Epist. ad Rom. c. I. 'Ad Deum ituris suffragatore opus non est, sed mente devota.' Johan. 1. cap. II. 'Habemus mediatorem seu advocatum, qui sustulit peccata mundi.' Extra hunc nulla salus: extra hunc certa pernicies animarum.

HYMN. III. 2 *At*] Ita lego, non *et*.

128 *Simulacra dehinc dissipat*] Qui ergo (si martyres simulacra abhorrent, ut vere ita factum) martyribus posteritas superstitiosa simulacra collocavit?

HYMN. V. 2 *Diem triumphalem*] Augustin. de Sanctis serm. XII. tom. X.

78 *Magistri criminum*] Augustin. de Temp. serm. CCXLIX. post principium.

548 *Orator ad thronum*] Soli uni Christo hoc competit. Solus Deus suorum exaudit preces.

HYMN. VI. 37 *Doctor seris novellum*] Hodie etiamnum audiunt idem Orthodoxi. Sed regerimus, objicienti novitatem, distichon οὐκ ἀπροσδιονύσως: 'Esse Novatores odioso nomine dicis Nos. Ergo nobis Tu veterator eris.' Quædam etiam novitas est laudabilis. Erroris vetustas reprehensionem semper meretur. Veritatis autem renovatio ac recentatio non est vere novitas dicenda.

48 *Fuisti*] Et peristi.

132 *Quæ raptim sibi quisque vendicabat*] Eorum, qui in Christo obdormiunt, corpora honorifica dignanda sepultura, non ad venerationem prostituenda.

135 *Gestare sinu*] Hoc vero idololatricum, amuleti loco habere ossicula Martyrum. Nihil ejuscemodi nos docet sacer codex. Jam tum superstitionis semina jacta.

145 *Tribus patronis*] Quid hoc rei est? Uno contenti simus, et nobis bene erit, Christo: qui solus μεσίτης καὶ ἱκέτης est.

HYMN. VII. *Quirinum*] M. Welserus, vir ille, qui Aug. Vind. pæne solus ornat et illustrat, mundum velut ætherius Sol, Boicorum lib. III. de Quirino et Cassiano martyribus agit, eaque dicit, quæ ad rhombum faciunt.

84 *Quo nil est preciosius, pro te Christo mori*] Lucifer, Carilitanus Episcopus, librum insignem scripsit; 'Quod sit moriendum pro Filio Dei.' Is liber exegeseos loco sit loci hujus, ni fallor.

HYMN. VIII. *Locus, quod Baptisterium*] Sallustii imitatione, qui ait: 'Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.'

HYMN. IX. *Passio Cassiani*] Alius hic Cassianus ab Cæsaraugustano. Quo de sup. Hym. IV. Adi Welseri lib. III. Boicorum.

14 *Confossa parvis*] Sic Scotus (non ille Duns, Ordinis Assist. vide tom. II. test. verit.) peremtus a discipulis impiis.

Hymn. x. 2 *Elinguis*] A Deo, fonte manali omnis sapientiæ et facundiæ, dona istæc exposcenda, Jac. i. qui dat, καὶ μηδενὶ ὀνειδίζει. Ita Jeremiam c. i. ita Moschen, Exod. iii. eloquentiæ majestate ornavit; ita Apostolos Act. ii. et alibi.

26 *Anguis*] 'Canis in lapidem sævit.' Alciat. in Emblem. ubi Minos.

112 *Illum vetusta*] A tortura excusare nobilitas sive ordo equestris solet. Damhoud. Prax. Crimin. c. iv.

117 *Plumboque cervix*] De hoc supplicii genere adi Cujac. in Commentariis ad l. ii. C. de Exaction. Tribut. lib. x.

125 *Generosa Christi*] Summa nobilitas, et apex nobilitatis, Christianum ὄντως esse.

129 *Cui quisque servit*] Ἐλεύθερος μόνος ἐστὶ δουλεύων θεῷ, vetus est Senarius. λαμπρότατόν ἐστι καὶ ἐνδοξότατον, τοῖς θείοις λόγοις καὶ λογίοις ἐνοικίζειν.

203 *Laqueis minacis Juliæ*] Legesis Anton. Augustin. popularem Prudentii ac civem lib. de veterib. LL. ac SCtis, doctior abibis. Omnium qui manibus versetur νυχθήμερον dignus est commentarius, Romæ excusus. Lege Fr. Hotoman de iisdem LL. et alios.

242 *Fistularum præsides*] Syringas. De quis Ovid.

248 *Pulmonem movet*] Relaxatis pulmonibus ridetur.

271 *Ars, seminandis*] Audiant, quam multis erroribus occasionem dederit ἡ πλαστική, qui religionem in arte illa fundant.

306 *Vos eruditos*] Ἀνθρώπους ψυχικοὺς affatur, quorum ferax omne sæculum.

479 *Casura*] Certissima mors est, quæ neminem fugit neque præterit; quam nemo evasit; serius ocius morti nos nostraque debemur, teste Flacco.

673 *Unum esse oportet*] Unus Deus est aut nullus: plures esse nequeunt. Gregor. Nyssen in Catechet. orat. præfat. et cap. i. Noster Prudent. Hamartig. concinit, atque his succinit elegantissime vs. 20. vide.

764 *Patere*] Pati fortia, vere Christianorum est, ac perpeti.

793 *Cognitor*] Judex, qui habet notionem, qui cognitionem, qui juris dicendi potestatem.

911 *Elinguem virum*] Elinguis loquitur. De hoc miraculo non dubitabimus, quando Justinianum Imp. testem habemus locupletissimum, omnique exceptione majorem, in l. unica C. de offic. præf. præt. Afr. Testes plures, Marcellinum Comitem, Æneam Gazæum in Theophrasto, Procop. de bello Vandal. Victorem Uticens. et Paul. Diaconum, quos huic Prudentio nostro adstipulari video lubens-lætus. Indicium mihi fecit Doctor meus in Galliis Jacobus Cujacius xix. observat. cap. vi. Durabant id ævi miracula, gentilium ἀπιστίαν fractura. 'Hodie qui miracula expetit, nec credit, toto credente mundo, dimittendus est suo furori;' uti in eum sensum loquitur B. Augustinus de Civit. Dei xxii. 8. et lib. de vera relig. cap. xxvi. et tract. in Johan. xvi.

949 *Dispar illis*] Lex pedaria ut sæpe vim patitur. Ignoscendum vero Hispano.

950 *Solet natatus ferre*] Adi Augustin. homil. xiii. de verbo Domini; ubi latius. Sufficit intendere digitum.

968 *Medicum*] Aristonem.

1073 *Mas esse cessat*] Ἀνδρόγυνος, Hermaphroditus.

1136 *Vellem sinister*] Sinistrum auctoris timidi nimis ac superstitiosum votum. Ubi, ubi est, quæ esse debebat, ἡ πληροφορία Christiana, quam Paulus a Christianis requirit veris? Christo confidamus; is nos inter oves certo numerat. 'Nondum apparet, qui simus: sed ubi revelatum fuerit,' &c. ait B. Johannes. Ejusdem farinæ est, quod in fine Hamartig. habet.

Hymn. xi. 4 *Replicare*] Numerare.

13 *Sexaginta*] Πολυάνδριον innuit.

32 *Paulus*] Quæ Pauli, quæ Petri Apostolorum fuerit fides, ex eorum Epistolis indubitato constat. Has legamus; neque nobis e manibus, oculis, pectoribus eripi patiamur. Huic fidei cathedra Petri innitatur. Apage τὰς παραδόσεις καὶ τὰ δόγματα ἑτερόδοξα.

45 *Saburam*] Pro quavis platea. Species pro genere.

Hymn. xiii. *Passio Cypriani*] Joh. Lud. Vives ad Augustin. lib. viii. de Civit. Dei cap. ult. Descripta extat a Pontio quodam Vita Cypriani, et ab Pammelio.

Hymn. xiv. 25 *In lupanar*] Malitia versuta Judicis.

48 *Cæcus corusco*] Act. Apost. xiii. 11.

132 *Nil non pudicum*] Christo hæc laus sola ἀμείωτος competit.

IN APOTHEOSIN.

Præf. ii. 21 *Minutis ambagibus*] Sophistice notatur, quæ ab Ecclesia cispellenda. Dialectices usus legitimus, necessarius est Ministris πρὸς τὸ ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. 2 Timoth. ii. 15. et Tit. i. 9.

Apoth. *Contra hæresim, quæ Patrem passum*] Augustin. lib. de Hæresib. c. xxxvi. ubi Lamb. Danæus, quosque adducit.

Contra Unionitas] Idem Augustin. dicto lib. c. xxxvi. et lxi.

196 *Anubem*] Canem: cujus forma colebatur Mercurius.

Adversus Judæos] Impugnarunt certatim Judæorum pervicaciam varii, prisci ac recentes scriptores. Tertullian. Justin. Martyr dialogo, Johan. Chrysost. sex orationibus a Cl. Hæschelio editis, passim Augustin. in sermon. de Tempore.

517 *Quod fieri recipit*] Τὰ χειροποίητα πάντα διάλυτα. Seneca Herc. Œt. in choro: 'Æternum fieri nihil.' Quæ est Orphei sententia, et repetitur apud Boëth. lib. ii. Consolat. bis versibus: 'Constat, æterna positumque lege est, Ut constet genitum nihil.' Et Seneca eodem choro: 'Quod natum est, poterit mori.'

Contra Homuncionitas] Ebioneos nimirum et eorum adseclas, Sampseos, Elcesitas; Augustin. lib. de hæresib. c. xi. et c. xxxii. Euseb. Hist. Eccles. vi. 28. Tertullian. lib. de carne Christi c. xiv. et xviii. Hieron. Zanch. de tribus Elohim.

Adversus Fantasmaticos] Idem Augustin. dicto lib. c. xxii. xxiii. et xlvi. Cl. Alex. iii. Strom. Epiphan. in Panario. Arnob. lib. ii. adv. Gentes. Marcionitæ et Manichæi confutantur, et sane Manicheismus sylloge est tot hæreseωn, quot superfuere.

De resurrect. carnis humanæ] Habemus ex professo Tertulliani librum pulcherrimum, ut et inter Græcos Athenagoræ contra Sadducæos.

IN HAMARTIGENEIAN.

Adversus Marcionitas] Quos supra Fantasmaticos dixit. plura absurda ac monstrosa docuere.

239 *Legirupis*] Nonnus Panopol. qui Johannem paraphrasi reddidit, λυσινόμοισι.

296 *Plumea*] Vise Cujac. ad l. i. C. de Excus. artif. lib. x.

402 *Canina facundia*] Confer eundem Cujac. lib. iv. observat. c. ult. nec frustra eris.

726 *Loth fugiens*] Tertullian. peculiari carmine; et Alcimus Avitus lib. ii. vs. 333. et seqq.

IN PSYCHOMACHIAM.

5 *Quo milite pellere culpas Mens*] Beatus ille Job militiam esse vitam hominis pronunciavit c. vii. 1. 'Militat omnis homo, qui dat sua nomina Christo; Quique Deo fidit, militat omnis homo.' Divus Apostolus Christianorum conditionem ita delineat, ut ἔξωθεν μάχας, ἔσωθεν φόβους esse significet, 2 Cor. vii. 5. Hinc πανοπλίαν describit, Ephes. vi. Tertullianus,

gravissimus scriptor, idem innuit lib. de spectaculis c. XXIX. ubi: 'Vis pugillatus,' inquit, 'et luctatus? Præsto sunt.' Hinc Erasm. Rot. Militem Christianum informat eximio libello. Conferre autem huic libello Prudentii recte intelligendo existimem adprime Johan. Spinæi Galli De tranquill. animi commentarios. Quin etiam Senecæ libros de tranquill. animi inscriptos.

Pudicitiæ et libidinis pugna] Fr. Petrarcha, *nel Triompho della castita*, videatur. Tertull. de bono Pudicitiæ. Joh. Stobæus serm. CXXII. et CXXIV.

113 *Hanc procul Ira tumens*] Faciunt Senecæ libri de Ira, Joh. Wieri Medici de triplici cura iræ. Idem Stob. serm. XCII. et seq. item serm. XCVIII. et duob. seqq.

177 *Nam virtus vidua est, quam non*] Lamb. Danæus ad Enchirid. Augustini c. III. Tertulliani Cypranique libri omnibus sunt noti.

Superbiæ et Humilitatis pugna] Stob. serm. XLII. et CXXVI. et CXXVIII.

285 *Frangit Deus omne*] Hostis capitalis typhi est DOMINUS, 'qui cum altissima habitet, respicit in humilia.' Salomon Proverb. 'Casum præcedit superbia.' Paulus ὑψηλοφρονεῖν nos vetat, sed φοβεῖσθαι jubet. Rom. XI. 20.

Luxuriæ et Sobrietatis] Stob. serm. XXXIX. et LXXIV.

454 *Avaritia*] Hamartig. vs. 255. Stob. serm. LIII. et duobus seqq. et serm. CCXXX.

479 *Spoliatque suos fames impia*] Lex pedaria in voce Fames violata; qua licentia, alii viderint. Condonandum ei Poëtæ, cujus sæculo majestas Rom. linguæ jamjam ruinam minabatur.

Concordiæ et Discordiæ] Stob. serm. LXXV.

769 *Pax plenum*] And. Gail. de pace publica I. 1. Joh. Stob. serm. LXXIV. LXXV. CLXVI. et CLXXII.

904 *Viscera limo*] B. Bernhard. serm. VI. de adventu Domini; et serm. I. in purif. B. Mariæ.

IN SYMMACHI V. C. ET PRÆF. URBI RELATIONEM.

Nemo est, qui Boëthii socerum dixit. Hic Symmachus vetustior est, cujus Fasti Consulares meminere. Soceri sui mentionem facit Boëth. lib. II. consol. philosoph. Ceterum habetur hæc Relatio in Operibus Ambrosii, quam sequitur ibi Confutatio Epist. XXX. cujus lectio omnimodis Prudentio conjungenda. 'Alterius sic Altera poscit opem.' Fateor, Themistium quoque Oratione, quam Ὑπατικὸν inscripsit, valde in Symmachi sententiam inclinare, et tantum non manibus-pedibus concedere: qui nimiam Religionum libertatem indulgendam censet citra modum ullum; qui servandus piis Principibus, ne fovere idololatriam, atheismum, hæreses capitales, coargui possint. Symmachus paganismum defendit omnibus colorib. depictum, mangonis instar merces interpolantis, quas extrudere cupit.

PRÆF. 1 *Paulus*] Ὁ πνευματορήτωρ Patri Græco dictus. Historia, ad quam adludit Noster, exstat Act. ult.

84 *Hujus miserescito*] Pro conversione Symmachi, viri in Repub. maximi: cujus conversi exemplo spes esset multos Christo posse lucrifieri.

LIB. I. 1 *Credebam vitiis ægram*] Cyprian. tract. IV. Theodoret. de affect. Græcanicis.

Atque hæc de multis, quæ dici queant, pauca. Lampada lubens merito tradam Cl.V. Dn. M. Johan. Weitzio, cujus industriam in hoc Poëta Christiano inlustrando mecum laudabit sera posteritas; cui totus servit, nostri haut tamen immemor ævi.

ADAMI THEODORI SIBERI

COMMENTARIOLI,

AD HYMNUM X. IN EXEQUIIS DEFUNCTORUM,

'ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

De immortalitate animorum et resurrectione corporum agit hoc hymno Prudentius, rebus scitu maxime dignis et necessariis, et felicitatis nostræ partes summas continentibus. Mortem enim non esse interitum omnia delentem, sed animas, quum ex corporibus excessissent, superesse, easque vigere et sentire, ut inquit Cicero, etsi permultis incredibile, non paucis etiam, qui in voluptate extremum bonum ponentes, nullam nisi corporis vitam vel crederent vel optarent, ridiculum visum est: tamen ex Philosophis, qui saniores fuerunt, animum dissolubilem ac mortalem esse affirmare ausi non sunt. Imo absurdissimum arbitrati sunt dicere, optimam et præstantissimam hominis partem ad interitum a Deo esse conditam; veruntamen de corporum reviviscentia, quod docerent, nihil habuerunt. Hoc enim solis notum est Christianis, ex Prophetarum et Apostolorum prædictionib. ac monumentis, quibus inniti par est, et certo statuere, fore aliquando tempus illud, quo in vitam revocentur, et immortalitate afficiantur homines mortui. Et quo minus dubitemus de oraculorum cælestium veritate, exemplum nobis clarissimum Deus proposuit in Jesu Christo Domino nostro, qui resurrectionem mortuorum non per seipsum modo, sed etiam in sesemet ipso probavit, quum tertio die ab interitu natura immortali revixisset, ac seipsum viventem indiciis plurimis exhibuisset. In illam ergo Christi ad corpus immortale reversionem intuentes, credamus fore, ut, quemadmodum cætera oracula divina, ita hæc quoque eventus ipse sit comprobaturus, atque ad veritatem omnino nobis persuadeamus, universos homines, non solum pios, sed etiam impios extremo mundi die in vitam excitatum iri: hos quidem ad ignominiam et supplicium sempiternum, illos vero ad gloriam et vitam beatam.

1 *Deus ignee*] Orditur ab invocatione Dei, a quo conditus sit et conservetur homo. Quod autem Deum fontem animarum appellat poëta, non ita intelligendum est, quasi hominis anima decerptum quiddam et delibatum ex ipsa divinitate habeat, et propterea non aliter atque rivus cum fonte, a quo deducitur, sic ejusdem illa cum Deo naturæ sit; quam interpretationem sacrarum literarum auctoritas et Christianæ fidei puritas nequaquam admittit. Sed fontem pro ipsa origine ac principio, sive, ut Dialectici loquuntur, causa conficiente posuit. Quod porro igneum fontem vocat petere, videtur vel ex sacræ scripturæ locis, ubi ignis appellatione

Deus sæpenumero significatur, vel etiam ad Stoicam respexisse opinionem, qui animam igneæ naturæ et θερμὸν πνεῦμα esse voluerunt.

7 *Tibi dum*] Finis. Nam propterea Deus homines ad imaginem suam condidit, quum cætera animantium genera ventri tantum pabuloque servirent, nos auctori nostro fideremus, et legum divinarum præceptis obtemperantes, iis in rebus tum corpus tum animum exerceremus, quibus divini nominis gloria in terris illustrari et propagari possit.

9 *Resoluta*] Hominem esse mortalem, propositionis quasi vice indicat, cujus rationem affert, quod ex duabus disparibus inter se et plane dissimilibus partibus, anima nimirum et corpore, constructus et quasi exædificatus sit. Quemadmodum igitur, quæ in terris gignuntur omnia, sic etiam ipse tandem, quum Deo ita visum fuerit, dissolvatur et intereat, necesse est. Quod quidem simul ac factum est, perspicue apparet, quænam partium, ex quibus compactus et quasi coagmentatus fuerat, natura sit et conditio. Anima enim in auras exiens cælum petit, et immortalem se atque occasus immunem esse significat. Corpus vero, ut et ipsum ad suum revertatur principium et originem, terræ mandatur.

11 *Fervens*] Quemadmodum supra Deum igneum fontem animarum, sic h. l. ipsam animam sive spiritum ferventem ignem appellavit: propterea quod, essentia ejus quæ sit, deprehendi non potest. Igneæ tamen naturæ eam esse, constans apud multos probatos auctores opinio est, non quidem quod ex igne composita sit, sed quod vigor illius ad ignis naturam proxime accedat.

17 *Hanc tu Deus*] Alia propositio, quæ superiorum quasi quædam correctio est, in hanc fere sententiam. Quod licet mortalis quædam nostrorum corporum extet conditio, a Deo tamen via nobis quædam munita sit, in quam si ingrediamur, futurum, ut corpus quoque una cum anima in æternam illam et beatam domum evolet, et non minus quam ipsa anima immortalitatem consequatur.

45 *Hinc*] Resurrectionem mortuorum certo futuram esse, Christiani humatione ipsa testantur, in qua non tantum summa cura et religione corpora tumulis mandent, sed etiam Epitaphiis eloquiisque sepulchrá eorum exornent: nequaquam id facturi, si nullam fore morte deletorum corporum ad vitam reversionem existimarent.

81 *Jam tunc*] Historiam de Tobia explicans ad restitutionem corporum ex mortali in immortalem conditionem accommodat, videl. quod quemadmodum nisi per dolorem, quem ex privatione visus capiebat, cælestis beneficii particeps fieri Tobias non poterat, sic nisi per mortem ad immortalis vitæ fruitionem veniri nullo modo possit.

88 *Aspera mundi*] Calamitates, quibus pii in hoc mundo afficiuntur.

93 *Mortificata*] Mortua. Respondet ad id, quod objici poterat, eademne, quæ nunc est, an alia quædam corporum in resurrectione mortuorum conditio futura sit: nimirum neque senectuti, neque morbis, nec aliis calamitatib. obnoxia fore ea, sed ab omnibus, quibus nunc premuntur, malis libera.

149 *Sed dum*] Perorationis loco explicationem addit ejus quæstionis, qua de loco animæ a corpore segregatæ disputatur, quam in gremio Abrahæ quiescere affirmat: Abrahæ vero gremium ipsum esse Paradisum, qui propter primorum parentum culpam omnibus quidem hominibus occlusus rursus jam Christi beneficio pateat.

Resolubile] Mortuum.

153 *Senis sancti*] Abrahami.

Hymn. xi. Celebrat Poëta natalem Jesu Christi Domini nostri, qui

et a Patre ante ævum natus sit Deus verus a Deo vero, et in tempore verus item homo in lucem sit susceptus ex Maria virgine: ut genus humanum e servitute mortis eriperet, et Patri suo reconciliaret, ac via monstrata ad veritatem, salute tandem afficeret.

1 *Quid est quod*] Exordium dubitatione informatum ex circumstantia temporis, solstitii nimirum hiberni; quo, quia Sol ad nos revertitur, dies incipiunt recrescere.

Artum] Contractum et angustum.

Circulum] Brumalem, qui octo tantum diei horas in Horizonte nostro habet, cum solstitii æstivi circulus XVI. alicubi habeat, alicubi etiam XVIII.

2 *Recurrens*] Sensim ascendens, atque versum nos sese revocans.

3 *Auget lucis tramitem*] Facit dies longiores, prohibetque, ne 'tantum Oceano properent se tingere Soles Hiberni.'

5 *Heu quam*] Exaggeratio molestiæ diei tam brevis, ut amplificet gratiam crescentis.

Fugacem] Jam jamque occisuram et perituram.

Gratiam] Lucem Solis; quia nihil gratius et acceptius hominibus.

6 *Festina*] Brevis et paucissimarum horarum.

8 *Sensim recisa*] Per gradus magis magisque decrescens.

9 *Cælum nitescat*] Apostrophe ad rerum universitatem. Quoniam ergo Sol ad nostrum paulatim verticem sese recipit, aër exuens faciem illam nubilam, et pruinis nivibusque rigentem, serenior ac tepidior fiat, unde homines lætitia afficiantur, et tellus ipsa in hujus hilaritatis societatem vocetur.

10 *Gaudens*] Ob propinquum ad nos Solem.

11 *Gradatim*] Per gradus, seu signa, quæ duodecim.

12 *Jubar*] Sol.

Lineas] Circulos, qui imaginatione finguntur ab Astrologis in cælo.

13 *Emerge*] Propositio, qua alloquitur ipsum puerum Jesum: qui principii experte ortu a Patre genitus sit, et per quem universa natura e nihilo creata sit: quique confecto, quod præfinitum divinitus erat, tempore, homo factus sit, et terras obierit, ut homines ab impietatis erroribus in veritatis viam reduceret.

14 *Matris caritas*] Ipsa virgo casta, mater intemerata.

16 *Duplex genus*] Homo et Deus, consistens in una persona.

18 *Editus*] Prolatus et patefactus. 'Filius enarravit nobis.' Joh. I.

19 *Paterno pectore*] In sinu patris.

29 *Donec rotata*] Usque dum completa et transacta annorum series; quam ipse Deus ortui Filii sui destinarat.

Rotata] Vel quia circumvolutione cælestium orbium anni distinguuntur, vel quod 'in se sua per vestigia volvitur annus.'

31 *Peccantem diu*] Quia per Mosen frustra lata lex erat, frustra missi tot prophetæ, necesse habuit ipse Dei Filius homo fieri, ut perfusis eorum animis, qui credituri essent, Sp. Sancto facilius salvi fierent.

33 *Nam cæca*] Ratio, qua causam explicat, cur Deum oportuerit fieri hominem, nempe ut humanum genus, quod neglecto Deo simulacra colebat, et propterea sub Diaboli potestatem ceciderat, ex ipsis ignorantiæ et impietatis tenebris ad veritatis lucem, rerumque divinarum cognitionem perduceret, inque possessionem immortalitatis restitueret.

Vis mortalium] Mortales sive homines.

34 *Nenias*] Nugas et vanitates. Nenia cantus erat lugubris, quo mortuorum laudes ad tibiam aut fides prosequebantur. Quæ quod mortuo frustra cantaretur, pro re futili, nauci ac nihili usurpatur. Nam qui precibus ad simulacra adeunt, eorumque fidem

et auxilium implorant, eandem insaniam insaniunt, quam illi, qui nenias ad mortuorum tumulos accinunt. Ut enim mortui, quia sensu omni privati sunt, id quod in ipsorum laudem canitur audire non possunt, ita etiam simulacra nullam adferre opem suis cultoribus queunt, quum non modo divinæ nihil mentis aut potestatis, sed ne animæ quidem aut corporis humani præter formam quicquam habeant.

35 *Æra, saxa, ligna*] Statuas æreas, sive ex ære fusas: saxeas, sive e saxo aut marmore excisas: ligneas, sive e stipite factas ac dolatas.

37 *Perfidi*] Vel qui a rerum conditore defecit, vel potius, qui parentes nostros, quibus divinitatem pollicebatur blandis verbis, eo impulit, ut inobedientia se a Deo averterent, itaque brutis jam, quam Deo, similiores facti, e statu immortalitatis ac beatitudinis in mortem et miserias sempiternas dejicerentur.

38 *Prædonis*] Diaboli.

39 *Mancipatam*] Quasi manu ac jure belli captam.

40 *Baratro*] Inferno.

41 *Stragem*] Perniciem et interitum innumerabilis multitudinis hominum sub dominatum Satanæ venientium.

43 *Impune*] Nemine grassantem Diabolum reprimente et homines vindicante atque asserente.

44 *Fabrica*] Homines facti ad imaginem et formam Dei.

46 *Excitato corpore*] Reversus in vitam amplius non mortalem.

48 *Portaret*] Referret. Alludit ad parabolas Evangelicas de ove errabunda, et Samaritano qui saucium jumento suo in hospitium portarit.

52 *Glutinans*] Hominem atque Deum in una persona vinculo indissolubili copulans atque conjungens.

77 *O sancta*] Exclamatio epiphonematica; qua ipsas Christi cunas alloquitur, easque sit ab omnium sæculorum et nationum hominibus coli debere, cum in hac temporaria, tum in vita illa sempiterna. Intelligitur autem per cunabula Christus, per continens scilicet contentum.

Sancta] Quod eum capiunt, qui est omnibus sanctitatis numeris absolutissimus, et qui sanctos reddit atque inculpatos, nomini suo fidem habentes.

80 *Mutis ipsis*] Asino et bovi; quos poëtæ et pictores præsepi Jesu affingunt; quibus (ut Horatius loquitur) 'Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.' Asinum cum bove et apte et pie ad præsepe Christi adjungunt, cum ex eo, quod his animalibus nihil laboriosius aut ærumnosius est, (Christus autem omne genus laborum et ærumnarum, adeoque mortem ipsam pro nobis sustinuit,) tum ex illo Esaiæ: 'Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui: populus autem Israël me non cognovit, et populus meus non intellexit.' Ex qua consideratione, ne Ecclesia quidem canere dubitat: 'Cognovit bos et asinus, quod puer erat Dominus.' Ac licet ad hunc modum ista sese habeant, tamen et hæc, et si qua alia in hoc orationis genere versantur, accipienda est de gentibus, inter quas et bruta animalia impietas ac libido nihil pene discriminis reliquerat, quas constat præconio Evangelii disciplinam Christi accepisse, atque ab inhumana illa ac impia vita ad meliorem et sanctiorem rationem sese recepisse.

84 *Vis cujus*] Est enim bos vorax, et asinus bibax. Gentes a Dei et Christi cognitione alienæ pecudum ritu, quas natura ad pastum abjecit, et ventri obedientia finxit, omnia ad voluptatem et corpus revocabant, de cultu honestatis et temperantiæ parum solicitæ. Verum postea ad severiorem victus cultûsque rationem revocatæ continentius ac sobrius, non jam amplius excordes, sed corde in

ipsis novo creato, vixerunt.

85 *Sed cum*] 'Επιτίμησις, increpatio qua impietatem Judæis, et obstinatæ in non credendo mentis pervicaciam exprobrat. Hanc mox iterat apostrophe informatam per comminationem qua aversantes Christum Judæos acrius objurgat, utque præsentem Messiam agnoscant monet, quod is, quem modo contemnant, et paucorum annorum intervallo interfecturi sint, extremo mundi die ad judicium descensurus e cælo sit, ut pios ævo beatissimo afficiat, impios vero et illos ipsos Judæos, quum quidem perversitatem mentis suæ sero ac frustra deplorabunt, in exitium sempiternum præcipitet.

87 *Pagana gens*] Vel pastores intelligit, qui cælitus edocti Bethlehemam infantem visuri abierunt: vel Magos, et omnes nationes sacris Ecclesiæ Judaicæ non initiatas, quæque nomina sua militiæ Israëlitarum non dedissent. Sunt enim pagani apud Jurisconsultos, qui in militiam non proficiscuntur, sed in pagis sedentes, agriculturæ dant operam. Vocat autem quadrupedem, quia brutis cupiditatibus, antequam Christi cognitione imbuerentur, serviebant.

89 *Patrum prosapia*] Judæi, qui ortum ducunt a patriarchis.

91 *Venenis*] Veneficiis, quibus incantatores de possessione mentis homines deturbant.

92 *Furiis*] Malo genio, qui, quos invadit, ratione uti non permittit.

97 *Latebra*] Oppidulum obscurum et abjectissimum diversoriolum.

101 *Intueberis*] Secundum illud: ' Videbunt quem compunxerunt.' Unum alloquitur et multos intelligit: per Synech.

105 *Vasta*] Quæ aërem totius universitatis impellet, ut nusquam non exaudiatur.

107 *Axis*] Alludit ad orbes cælestes qui per suos polos volvuntur, ad quem modum rota per axem circumagitur.

112 *Gehennam*] Gehenna vallis erat Hinnon in suburbio Solymorum, ubi Molocho cremabant infantes: hic pro cruciatibus Inferorum sumitur.

113 *Fulmen*] Vim et majestatem.

115 *Furoris præside*] Cum odio illius furens Pilatum, nihil minus volentem aut cogitantem, minis eo perpuleris, ut Christum morte afficeret.

Hymn. xii. Jesus Christus, Deus et Dominus noster, quum in lucem ex Maria virgine editus esset, Deus pater tacitam illam rem haberi, aut obscuram relinqui noluit. Itaque ut ea ipsa statim nocte, qua matris partu in vitam est profectus, pastoribus in agro Bethlehemitico natum esse Servatorem per Angelum enunciandum curavit, deinde completis purificationis diebus, ignotum antea in vulgus, declarari per Simeonem et Annam in templo voluit, sic Magis quoque patefecit Christum suum, et ductu cælestis astri monstravit. Ejus historiæ expositionem erudito inprimis collocationis et elocutionis genere explicat hoc hymno Prudentius. Rem enim ipsam dum narrat, in laudem stellæ, qua prælucente ac præeunte Magi recens natum Judæorum Regem visum venerunt, inque munerum oblatorum, quibus partes officii Christi significarunt, interpretationem ingreditur, et Bethleemam infantis cunabulis beatam prædicat, ac denique immanissimi infanticidii ab Herode facti mentionem facit. In cujus crudelitatis consideratione infantibus illis gratulatur, quod digni habiti sint, qui mortem propter Christum oppeterent, et Herodem Pharaoni comparat, qui pari furoris conatu Mosen interficere voluerit, Christumque cum ducibus componit Israëliticis, ut quemadmodum hi Israëlitas e servitute Ægyptiaca eripuerint, et in promissam terram profligatis omnibus incolis introduxerint, sic ipse æternam suis libertatem salutemque afferat, laudandus ab omnibus omnium

gentium nationibus in sempiternum.

15 *Obire nolint*] Non possint occidere, ita ut e conspectu nostro abeant ac discedant propter poli vicini elevationem.

16 *Sub nimbis latent*] Nubibus obducuntur et occultantur, ita ut nostris oculis ad tempus eripiantur.

17 *Hoc sidus*] Ἀλληγορικῶς Christum ipsum notat, qui heri, et hodie, et in omne ævum est; atque in mentibus piorum quotidie oritur, lumenque suum spargit: nam stella, quæ Magis apparuit, perfecto ministerio suo esse desiit.

21 *Tristis cometa*] Antithesis Cometæ et caniculæ per abominationem: sunt enim stellæ infaustæ. Hinc Cometam tristem vocat μεταλήψει, quoniam οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ κακὸν φέρει. 'Non est Cometa, triste quid qui non ferat.'

M. AND. WILKII EXPOSITIO

IN FESTO TRIUM REGUM FACTA

EX APOTHEOSEOS QUIBUSDAM VERSIBUS.

594 *Promite secretos fastos, date, pandite librum*] Synopsis horum versuum in eo est potissimum sita: Ebionæi, ab Ebione coæquali Cerintho, contra quem Joh. Evangelista Evangelium suum anno Christi 99. scripsit, qui et Homuncionitæ dicti, mandata legis carnalia, circumcisionem, et cætera, a quorum oneribus per N. Test. liberati sumus, observantes, Christum tantum modo hominem esse docebant. Augustin. tom. VI. lib. de Hæresib. fol. XV. et lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. II. tom. III. D. Irenæus l. I. adv. Hæres. III. 26. ibid. cap. 24. Adversus Hæresiarchas istos Christi Deitatem propugnans Prudentius argumentis veritatem adstruit, tum et præcipue asserit illo, quod e Magorum historia disertissime descripta producit.

DISPOSITIO.

Idque his fere partibus: I. *Proœmio*. II. *Propositione*. III. *Tractatione*. IV. *Epilogo*. PROŒMIUM hoc ordine est a Poëta effusum: I. Προτάσει, per notam efficientis et impellentis causæ, hac ratione: 'Promite mihi secretos fastos et librum, quem Esaias, spirante Deo, evomuit.' II. Αἰτίᾳ, ab effecto per instrumentalem et adjuncta, ita quidem: 'Libet enim mihi percensere, et evolvere sulcos, quos aurea illa manus sidereis noxis duxit.' III. Προσφωνήσει, ad prophanos et blasphemos Ebionitas, per effecta et adjuncta illis in verbis: 'Ite vos hinc, o Ebionei! dum rutilos apices adoro, lacrimans veneror, et oscula figo.' Quæ loco ἀξιώσεως, sive invocationis, esse potest προσφώνησις. PROPOSITIO. Non simplex; sed per notam temporis, efficientis, et effectorum, simul et varia ἀνακοινώσει conjuncta est, hoc sensu: Promissa dies advenit, et virgo puerpera edidit Emmanuelem, quem Magi Deum et hominem adorationis, atque munerum cultu asseruerunt et venerati sunt, istis in versibus: 'Advenit promissa dies, quam dixerat iste Affore versiculus, cum virgo puerpera teste Haud dubie sponso,' &c. TRACTATIO. Ἀπόδειξιν et argumenta continet, qui-

bus contra Homuncionitas Deitatem Christi astruit hac serie: I. A testimonio Sponsi Mariæ, Josephi, cui pacti cura pudoris. II. A nominis notatione per effecta: Emmanuel est Deus et Homo: versatur et adstat nobiscum: versuum vetustis seclis obscurum præsenti ore illuminat et certificat. III. A testimonio Magorum per effectum adorationis et cultus munerum, ibi: 'Estne Deus, cujus cunas veneratus Eous?' IV. A testimonio divino, per novam stellam exhibito, illis in verbis: 'Quis tam pennatus nuncius?' illustrato 1. a contractis similibus ibi: 'rapidoque simillimus austro.' 2. ab effectorum enumeratione. 'Auroræ populos et ultima Bactra Attigit.' Illuxisse diem nativitatis Christi innuit: Chaldæum Astrologum terruit: reliqua sidera cedere coëgit. Ubi ἐπεξήγησις per distributionem efficientium est: cedere Anguem: fugere leonem: contrahere pedes cancrum: domitum mugire Taurum: Capricornum villis marcescere: labi hinc pulsum Aquarium: inde Sagittarium, et Geminos: Virginem amatores prodere: alios ignes, sive stellas, novum Luciferum timere: Solem hærere, et jamjam futurum sentire excidium. V. Ab adjunctorum distributione: 1. omnipotentiæ, et virtutis vivificandæ: cujus ἀπόδειξις ab Effectorum recensione: cælo visus, et humi inventus Rex, atque Deus utrumque naturæ regimen moderatur. Tumulo inferna refringit regna: resurgere secum jubet sepultos. 2. omnipræsentiæ pariter per Effecta: cælum habitat, terris intervenit: abdita rumpit tartara, Deus est, qui totus ubique est. VI. Προλήψει, informatum est hac ratione: Fortassis sua Magos mens fefellit. ἀνθυποφορὰ ab inficiatione per effectum: Dona sua neutiquam fortuitis casibus, nec sub cæco honore votum dedicarunt. VII. Ab adjuncto absurdo per contraria: Si tantum mortalis erat, nec summa potestas ille, quem muneribus Magi sunt et adorationis cultu venerati, ἄτοπον certe, nec tantum, sed impium est illorum factum. At vere ἄλογος sit et impius necesse est, qui impietatis illud absurditatisque insimulat. Proinde omni est exceptione et majus et verius, quod fuerit ab æterno, in æternum sit et maneat Deus Christus. EPILOGUS. A μεταβάσει brevem ἀνακεφαλαίωσιν eorum infert, quæ dixit ultimis versibus: 'Sed jam tolle Magos, thus, aurum, myrrea dona, Quæ verum docuere Deum,' &c.

EXPOSITIO PHILOLOGICA.

594 *Promite secretos fastos, date, pandite librum*] Est in hoc versu Synonymia, qua decenter surgit, et crescit oratio. Fastos dictos Isidorus putat Orig. VI. 8. a fascibus, quod est potestatibus, quod essent libri in quibus Reges vel Consules scribebantur. Cornelio Vitellio in Face Crit. Jani Gruteri tom. I. fol. 647. 'Fasti sunt tabellæ, ubi festi profestique dies, in quibus siderum signorumque ortus et occasus, qui fiunt, notabantur, quos nunc Calendaria dicunt.' Philippus Beroaldus in Servium ibid. fol. 268. Antiqui Fastus etiam pro annalibus et libris in quarta declinat. nonnunquam dicere solebant. Varro in ἐφημ. Cæsar Fastus correxit. Adi Suetonium in Cæsare cap. IV. ubi Fastos. Columella in X. 'Sequor nunc Eudoxi et Metonis fastus Astrologorum.' Et apud Horatium duplex scriptum invenitur, fastos et fastus. Et ut autor est Prisc. lib. VI. eadem forma fastus, vel fasti, qua senatus vel senati in quarta et secunda declinatione dicitur. Locus Horatii Od. III. 17. 'Et nepotum Per memores genus omne fastos.' Sive *fastus* sive *fastos* legas, addit Lambinus, nihil refert, ut recte annotat Muretus. Hinc ad Codicem divinorum oraculorum, ut mihi qui-

dem videtur, venuste transferuntur. Nonnulli legunt *futus*. Ita Paulinus Episcopus Nolanus ad Nicetam Stroph. LXII. 'Ad tuos fatus Scytha mitigatur, Et sui discors fera te magistro Pectora ponit.'

595 *Evomuit*] I.e. Effudit: duriuscula, et ad quas facta est non sat rebus digna tralatio. Quæ facere aliquem ægrum solent, si possunt, evomuntur. Donatus ad Terent. in Adelph. III. 4. 'Evomam: utpote quæ me ægrum faciunt, quibus me relevabo, cum languor ille egestus sit. Nam Evomam hoc translatione significat.'

Esaias] Christi patruelis, Esaiæ v. 1. id enim eo loco positum nomen דוך signare, absque omni dubio est, Neander in præfat. Apocryphorum, quanquam LXX. ἠγαπημένον reddiderint. Floruit anno mundi conditi 3190. ut Bucholcerus in Chronologia fol. 390. vel, ut Buntingus fol. 61. habet, 3166. annis ante Christi nativitatem 781. vel 800. si Butingi computationem admittimus, sub quatuor potissimum regibus, Uria, Jothamo, Acha, et Ezechia annis 60. aut 80. amplius. Adde Chronologiam Nicephori a Camerario editam fol. 26. et 87. De hoc ita D. Augustinus de Civ. Dei XVIII. 29. 'Esaias de Christo et Ecclesia multo plura, quam cæteri, prophetavit, ita ut a quibusdam Evangelista quam propheta potius diceretur.' Hieronymus ad Paulam, et Eustochium, 'Esaiam nobilem fuisse virum' scribit, 'disertum et urbanæ eloquentiæ, nec habentem quicquam in eloquio rusticitatis admistum, nec eum tam Prophetam dicendum, quam Evangelistam.' Idem adversus Rufinum tom. III. fol. 103. 'quem magis Evangelistam, quam Prophetam dixi.' Nonno in Johan. I. 78. est θέσκελος, vs. 89. πολύϊδρις. 'Serratum a Manasse rege Juda, socero ejus, Hebræi ferunt, serra lignea,' inquit L. Vives ad illud D. Augustini. Quod Neander in glossa marginali ad Protevangelium S. Jacobi fol. 389. ex Postello ita memorat: 'Cum rex impius vellet Esaiam apprehendere; quod blasphema dicere videretur, dum ait: Deum se vidisse de facie ad faciem: rogavit Esaias Dominum, ut illi proxima aperiretur cedrus, in qua delitesceret. Cum vero non amplius apparuisset, rex jussit medium cedri truncum secari, et sic una delitescens Esaias sectus est.'

Spirante Deo] Non enim habet nisi Spiritum Sanctum S. Scriptura autorem: ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι, 2 Pet. I. 21. Hoc est, quod toties in Prophetarum oraculis legimus דְּבַר יְהוָה 'verbum Domini,' Esai. I. 10. Jerem. I. 4. Ezech. I. 3. alibi. Ideo Paulo S. Scriptura est θεόπνευστος, 2 ad Tim. III. 16. λόγος σωτηρίας, Act. XIII. 26. δύναμις θεοῦ εἰς σωτηρίαν, Rom. I. 16. Petro ῥήματα τῆς ζωῆς αἰωνίου, Joh. VI. 69. Jacobo λόγος ἀληθείας, I. 18. λόγος ἔμφυτος ὁ δυνάμενος σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ibid. 21.

596 *Calamique revolvere sulcos*] Ab agricultura ad scripturam tralatio. Nam, si Varronem audis de R. R. I. 29. 'Qua aratrum vomere lacunam striam fecit, sulcus vocatur.' Sin vero Nonium cap. VI. 'Sulcus omne, quicquid in longitudine aculeatum est, dici potest, veterum autoritate doctorum.' Quo significatu non potest non hoc loco esse proprium. Eodem schemate extat idem περὶ στεφ. Hymno IX. 52. 'Qua parte aratis cæra sulcis scribitur.' Traducit et ad novam hujus Festi stellam Cathemer. XII. 55. 'Qua stella sulcum traxerat.' Ut et Juvencus I. 246. 'Ecce viæ medio stellam præcurrere cernunt Sulcantem flammis auras.' Qui et quam frequenter de re nautica cum alia, tum et hoc rei rusticæ verbum usurpetur, Weitzius observat in Notis ad Trist. lib. I. Eleg. II. 76.

598 *Dum rutilos apices summissus*

adoro] Modificatus sermo: Per apices rutilos novam stellam; per stellam vero Christum ipsum intelligit. Sic Cathemer. Hymn. XII. 17. 'Hoc sidus æternum manet, Hæc stella nunquam mergitur: Nec nubis occursu abdita Obumbrat obductam facem.' Ubi Erasmus addit: 'Sidus appellat Christum, secum trahentem sua membra.'

599 *Dum lacrimans veneror*] Eodem lacrimarum affectu oraverunt Tobias, Tob. III. 2. Divus Hieronymus, Marullus, II. 12. Anna, Helcanæ uxor, 1 Reg. I. 10. 'Sit enim orantibus sermo, et precatio cum disciplina, quietem continens, et pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare. Placendum est divinis oculis, et habitu corporis et modo vocis;' Cyprian. de orat. Dom. Serm. VI. fol. 230. 'His,' inquit Divus Augustinus tom. IV. de cura pro mortuis fol. 884. 'magis seipsum excitat homo ad orandum gemendumque humilius et ferventius. Et nescio quomodo hi motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente, non possunt; eisdem rursus exterius visibiliter factis ille interior invisibilis, qui eos fecit, augetur.' De ejusmodi adorationis disciplina præclare D. Chrysostomus homil. VI. in Matth. inquit: οὐδὲν οὕτως συγκολλᾷ, καὶ ἑνοῖ τῷ θεῷ, ὡς τὰ τοιαῦτα δάκρυα, 'nihil ita conglutinat atque unit Deo, ut illæ lacrimæ, quas et peccati dolor, et amor virtutum effundit.' Et Divus Augustinus tom. X. de Temp. Serm. CCXXV. 'Oratio Justi clavis est cæli: ascendit precatio, et descendit Dei miseratio. Licet alta sit terra, altum cælum; audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum, fletus citius audit quam voces.'

600 *Gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum*] Præ gaudio flevisse leguntur Jacobus in Mesopotamiam profectus ad consobrinæ suæ Rachelis conspectum, Genes. XXIX. 12. Esavus ex Mesopotamia redeuntis fratris Jacobi collum complexu invadens, Genes. XXXIII. 4. Josephus sese fratribus suis post longas ambages agnoscendum præbens, Genes. XLV. 14. Raguel Tobiam juniorem cognoscens, Tobiæ VII. 6. Ptolomæus Philadelphus missis ad se LXX. interpretibus, et faustissima ab his facta ipsi acclamatione, apud Joseph. ἀρχαιολογ. XII. 2. fol. mihi 323. Populus Judæorum, Esthræ III. 13. Tota castra, Marc. Minutio equitum magistro, ex hostium manibus virtute Qu. Fabii Maximi Dictatoris erepto, apud Plut. in Fab. Æson, reverso ex Chironis Centauri schola Jasone filio, apud quem viginti annos fuerat; de quo sic Pindarus Pyth. IV. Τὸν μὲν εἰσελ-θόντ' ἔγνων ὀφθαλμοὶ πατρός. Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν Δάκρυα περὶ ψυχὰν ἐπεὶ Γέθησεν ἐξαίρετον Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν. Syrus apud comicum de Demea, Adelph. IV. 1. 'Homini illico lacrymæ cadunt, Quasi puero, gaudio.' At vero ἐναντιοφανὲς videtur, flere simul, et gaudere: nam secundum Nazianzenum de humana natura vs. 13. νόος εὖτε πυκασθῇ Ἄλγεσιν, οὐκ ἐθέλει τέρψιος ἀντιάειν. 'Mens doloribus oppressa voluptates repudiat.' Sed videtur tantum. Xenophontem audi lib. VII. Histor. Græcæ fol. 485. οὕτω κοινόν τι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι, 'lætitiæ et tristitudini commune quid sunt lacrymæ.' Ecqui vero fieri possit, Rhodiginus Antiq. Lect. XII. 4. disquirit; 'Cur,' ex Alexandro inquiens, 'mœrentes, et lætius ridentes lacrimantur? mœrentes utique meatuum sive pororum densitate extrudunt, quod in ipsis est humectatum.' ἡ γὰρ λύπη ψύξιν, καὶ πύκνωσιν ἐργάζεται τῶν πόρων, 'tristitia frigiditatem facit et pororum densitatem. Gaudentes vero ratione diversa, raritate atque laxitate eorundem humida effundunt.'

601 *Quam dixerat iste Affore versiculus*] Esai. VII. 14. Veteres singulos libros Biblicos in τίτλους, singulos τίτλους in sua κεφάλαια ita distinguebant, ut lectorem ea divisio multum posset adjuvare. Parte autem majores vocabant τίτλους, minores κεφάλαια, contra quam hodie nos facimus. Quare etiam in numero κεφαλαίων magna diversitas. Nos hodie Matthæi Evangelium dividimus in capita XXVIII. illi in κεφάλαια CCCLV. τίτλους autem LXVIII. Unde apparet, id fere κεφάλαιον fuisse illis, quod nobis hodie versiculus. Numerum τῶν τίτλων καὶ κεφαλαίων in singulis Evangelistis observatum ex Suida intelligere est, sub nominibus Matthæi, Marci, Lucæ, et Johannis Evangelistarum. Adde Casauboni notas in Matth. cap. I.

602 *Sponso, pacti cui cura pudoris*] Quod qua ratione fuerit factum, in Protevangelio Sanct. Jacobi videre est, editionis Neandrinæ fol. 369. 'Postquam duodecim annorum facta esset in templo Maria, et vero sacerdotum concilium, eccui potissimum in custodiam tradi deberet, dubitaret, jussus summus sacerdos Zacharias fuit, Deum deprecaretur, ut, cui tradi vellet, manifestaret. Hic de subito astitit Angelus Domini Zachariæ, inquiens : Exi, et convoca viduos populi, et adferant singuli virgam, et cui ostenderit Deus signum, hujus erit uxor in custodiam. Ultimam autem virgam accepit Joseph, et ecce columba exiit de virga, et volavit in caput Joseph, et dixit sacerdos Josepho : σὺ κεκλήρωσαι τὴν παρθένον παραλαβεῖν εἰς τήρησιν αὐτῷ : tu es sorte divina electus, ut accipias virginem Domini in custodiam.'

606 *Versumque vetustis Obscurum seclis*] Vere obscurum. Cum enim Simeon Lucæ XXII. 28. ex LXX. Collegio unus ad illum in Bibliorum versione pervenisset, vertissetque, dubius interim, essetne ex ipso sensu et significatione facta interpretatio, apparuisse ipsi Angelus scribitur, a quo non solum probata fuerit versio, verum etiam data promissio, 'mortem ipsum non visurum, priusquam Christum illum Domini vidisset.' Vide Apophthegmata veterum Hebræorum in Hebræa Neandri Grammat. fol. 216. D. Saccum Conc. II. Festi Purificat. Mariæ fol. 1169.

608 *Eous*] Uni voci gemina Synecdoche inest, generis nimirum et speciei : illa eous pro Mago : hac singularis pro plurali, 'Eous' pro eois. Est autem Eous origine Græcum, ab αὔω deductum, si Etymologo credimus, quod est λάμπω, fulgeo, sive splendeo : quanquam Eustath. Iliad. XIII. fol. 757. lib. IV. velit ἠὼς Ionicæ, ἕως Atticæ, ἀὼς Doricæ, αὔως Æolicæ esse Dialecti. Et apud Græcos et Latinos scriptores Orientem significat, ut est apud Homerum Iliad. XII. 251. Ovid. Fast. III. 877. Ex Servio hos Cinnæ versus, Notis ad Horat. Carm. II. 9. Lamb. adfert : 'Te matutinus flentem conspexit Eous : Et flentem vidit paulo post Hesperus idem.' Quanquam pro Lucifero Eoum hic accipi Forum Rom. velit. Hos Orientales vocat scriptura, Matth. II. 1. Magos : quos Chrysostom. Hom. VI. in Matth. τοὺς Πέρσας τοὺς βαρβάρους. Homil. VII. βαρβάρους ἄνδρας appellat. Petrus Comestor, autor Histor. scholasticæ, sine ratione, sine veris testimoniis, tres venisse Magos prodidit, quorum nomina fuerint, Caspar, Melchior, Balthasar. Vide gloss. marginal. Neandri ad Protevangel. Sancti Jacobi fol. 387. Magos Mantuanus ita describit lib. I. Fast. cap. V. vs. 19. 'Ille penes Persas magus est, qui sidera norit, Qui sciat herbarum vires, cultumque Deorum.' Anonym. quidam in Sapphicis : 'veniunt Eoi Principes.' Sedul. II. 24. 'Eoi venere Magi.' Rustic. Helpidius de Benef. Christi vs. 81. 'Gens Chaldæa.' Juvencus I. 226. 'Gens est Eoi Phæbo orto proxima regni, Astrorum sollers

ortus obitusque notare. Hujus primores nomen tenuere Magorum.' Apuleius in Apolog. 'Persarum lingua Magus est, qui nostra Sacerdos.' Aliarum quoque Gentium hi Magi dicebantur, inquit Clariss. JC. Scipio Gentilis ad hunc Apuleii locum fol. 147. Lucian. in Longævis: οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βακτρίοις.

609 *Lancibus auratis*] I. e. Patinis. ὑποτυπώσει, ceu tabula picta, quomodo obtulerint munera, ostendit, in guldenen Schalen. Fuerunt autem inter alia etiam lances, vasa, sacrificiis dicata: ut in illo Virg. Georg. I. 192. 'Laticis, qualem pateris libamus et auro: Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.' Pampinatæ lances, pateræ hederatæ. et disci corymbiati qui sint, obiter disce a Turneb. Advers. XIV. 20. Tisch und Schussel mit laubwerck gemahlet, gezieret, gestochen, und gegossen, quod ex antecedentibus colligis, cum inquit: 'Cælatum poculum, hederæ corymbis et vitis pampinis inter se mutuo nexu implicatis.'

Regalia fercula] Qualia fuerint, et quid significarint, exponunt Divus Chrysostomus Homil. VIII. in Matth. fol. 73. οἱ δὲ οὐ μόνον προσκυνοῦσιν ἀλλὰ καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν δῶρα προσάγουσι. καὶ δῶρα οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὡς θεῷ. ὁ γὰρ λιβανωτὸς καὶ σμύρνα τούτου σύμβολον ἦν Divus Augustinus tom. X. de Temp. Sermon. XXX. in Epiphan. Serm. I. 'In eo, quod tria offeruntur, Trinitas intelligitur: in eo vero, quod tres sunt et singuli singula offerunt, in Trinitate unitas declaratur: per aurum rex ostenditur: Deus in thure dignoscitur: per myrrham, quæ condiendis est apta corporibus, sepultura crucifigendi hominis prædicatur:' Oracula Sibyll. lib. I. fol. 121. Τούτῳ προσκομίσουσ' ἱερεῖς χρυσὸν προφέροντες Σμύρναν, ἀτὰρ λίβανον, καὶ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει: 'Illi libabunt aurum, myrrhamque ferentes, Thusque sacerdotes: hæc omnia namque patrabit:' Paulinus, Natali Sexto Felicis, vs. 47. 'Mystica dona ferentes Suppliciter videre Magi:' Sedul. II. 95. 'Aurea nascenti fuderunt munera Regi, Thura dedere Deo, myrrham tribuere sepulto:' Rustic. Helpid. in Carm. de Christi benef. vs. 85. 'Dat munera Regi Divitias, dat thura Deo, myrrhamque sepulcro:' Mant. Fast. V. 25. 'Corripuere viam, Regi tria dona ferentes: Hæc tria sunt aurum fulgens, regale metallum, Thus redolens, quo festa solet decorare sacerdos, Myrrhaque, qua tumulo tradenda cadavera iungant:' Author Cathemer. Hymn. XII. 62. 'Magi Eoa promunt munera Stratique votis offerunt Thus, myrrham, et aurum regium.'

Supplex] D. Basil. Seleuciens. Orat. in infant. ab Herod. occisos: ὥστε καὶ τὸ παιδίον ἰδεῖν, καὶ βασιλεῖ πρέπουσαν τῷ τεχθέντι ἀναθεῖναι τιμήν. Nazianz. περὶ ἀρχῶν vs. 104. Δωροφόροι δ' ἄρ' ἔβαν καὶ γούνατ' ἔκαμψαν. Juvencus, I. 255. 'At postquam puerum videre sub ubere matris, Dejecti prono texerunt corpore terram, Summissique simul.'

610 *Pannis puerilibus offert*] I. e. puero, per Meton. subjecti pro adjuncto, sive continentis pro contento. Panni illi Evangelistæ Lucæ sunt τὰ σπάργανα cap. II. 7. inquit enim: ἐσπαργάνωσεν, ad verbum sonat 'infasciavit,' i. e. fasciis involvit, ne quis imaginetur pannos laceros aut mendicorum. Nam ut parentibus Jesu tenuitatem ac paupertatem libenter tribuimus, ita sordes, ac mendicitatem procul amovemus. Habet et paupertas suam mundiciem: nam quo minus in conclavi pepererit Maria, non paupertas obstitit, sed diversantium turba. Alioqui si Christo tan-

topere placuisset mendicitas, ut quidam putant, in Ptochodochio nasci poterat. Erasm. ad d. l. Evang. Quod nonnulli prædicatores notent, qui Linguarum imperiti, nescio quam ex hoc verbo squalidas et sordidas, alte Hadern und zerrissene Lumpen, fingunt fascias, quæ in publico vix possunt sine rubore nominari. Juvenc. Histor. Evang. I. 157. 'Leni pannoso tegmine fotu Texit.' Sedul. Oper. Pasch. II. 59. 'Exiguis habuit velamina pannis.' Fortunatus hymno de Cruce Domini, vs. 15. 'Membra pannis involuta alligat, Et pedes, manusque, et crura Stricta cingit fascia.' D. Chrysost. Hom. in Matth. f. 66. Ὥστε προσκυνῆσαι τὸν ἐν σπαργάνοις καὶ φάτνῃ κείμενον. ibidem paulo inferius: Πολλὴν κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν διατρίβοντες χρόνον οὐκ ἂν ἐν σπαργάνοις εἶδον αὐτὸν παραγενόμενον. Adde et Augustini illud, tom. X. Serm. I. 'Magi veniunt ad Deum natum: immo ducuntur, positum in præsepio vident, nec apud sensus eorum humilitas nativitatis reverentiam divinitatis imminuit, adorant corporibus, honorant muneribus, venerantur officiis: oculis hominem vident, et Deum obsequiis confitentur.'

611 *Quis tam pennatus nuncius*] I. e. stella radiis suis, ceu pinnis scintillans, μεταφορικῶς. De hac stella ita D. Chrysostom. Hom. VI. in Matth. f. 58. Οὐ τῶν πολλῶν εἷς ὁ ἀστὴρ οὗτος ἦν· μᾶλλον δ' οὐδὲ ἀστὴρ, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ· ἀλλὰ δύναμίς τις ἀόρατος εἰς ταύτην μετασχηματισθεῖσα τὴν ὄψιν: 'Non erat hæc stella de pluribus una, imo, ut ego arbitror, nec stella quidem; sed quædam invisibilis virtus, in specie sideris figurata.' Idque demonstrat D. Chrysost. primum ab ipso itinere sive motu, quo a Septentrione in Meridiem ferebatur, cum cætera astra ab Oriente volvi omnia in Occidentem videamus. Deinde a tempore: neque enim nocte, sed lucente prorsus die ac Sole, quem proprio quodam fulgore superabat, cernebatur. Tertio ab interpolatione lucendi: nunc occultabatur, nunc toto vultu radiabat: ὅπερ οὐκ ἔστιν ἄστρου κινήσεως, ἀλλὰ δυνάμεώς τινος λογικωτάτης, 'quod non est sideris motus: sed virtutis plenissime rationis.' Quarto a loco: non in excelso constituta cæli; sed in inferiore aëris parte apparebat, ὑψηλὸν ἐκεῖνο ἀφεὶς κάτω κατέβη, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἔστη κεφαλῆς τοῦ παιδίου: 'sublime relinquens ad inferiora venit, superque ipsum fere caput pueri constitit.' D. August. tom. X. Serm. II. in hoc Fest. Stellam hanc nuncupat 'cælum loquens.' Serm. III. 'magnificam cæli linguam,' Serm. VI. suavissime, ut omnia dicit: 'Eo nascente lux nova est in stella revelata, quo moriente lux antiqua est in Sole velata; eo nascento, superi novo honore claruerunt; quo moriente, inferi novo tremore tremuerunt.' Victor Episc. Pictaviensis in Carm. de Christo vs. 10. 'Astrum insigne movetur In cælo fulgens.' Mant. l. I. Fast. c. V. vs. 4. 'Gentes ad sidera versis Attonitæ stabant oculis, solemque putabant Adventasse novum, qui non, quia nocte dieque Spargebat late radios, occumberet unquam: Stella novo fulgore ardens veniebat ab ortu.' Apparuit autem hæc stella in gentium conversionem, Judæorum vero eversionem. Audi rursus Chrysostom. Homil. VII. in Matth. fol. 67. 'Fuit utrumque mirandum, et quod Magi adorarent puerum, et quod eos ad adorandum stella perduceret, quæ certe sunt talia, ut etiam lapideas mentes ad lumen Dei omnino attrahere queant. Si Magi dixissent, a Prophetis se hoc accepisse, aut quod Angeli illis peculiariter essent locuti, utique illis fides non fuisset habita. Nunc vero cum stella supreme rutilet, etiam impudentissimis os obturatur.' August. ibid. Serm. II. 'Hæc Magorum illuminatio magnum testimonium cæcitatis extitit Judæorum. In

terra eorum isti requirebant, quod illi in sua non agnoscebant. Apud eos infantem isti invenerunt, quem illi apud se negaverunt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christum nondum verba promentem adoraverunt, ubi cives illi juvenem miracula facientem crucifixerunt; isti in parvis membris Deum adoraverunt, illi in magnis factis nec tanquam homini pepercerunt; quasi plus fuerit videre novam stellam in ejus nativitate fulgentem; quam Solem ejus in morte lugentem.'

612 *Ultima Bactra attigit*] Ex Maro. Æn. VIII. 687. 'Et ultima secum Bactra vehit.' Est autem Bactrum sive Bactra et regionis et urbis nomen, de quo ita Strabo l. XI. f. 356. Τὰ Βάκτρα, ἥνπερ Ζαριάσπαν καλοῦσιν. Plin. VI. 16. 'Bactri, quorum oppidum Zariaspe, quod postea Bactrum a flumine appellatum est.' Idem XXXI. 7. 'In Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Adrios sale æstuat.' Et paulo inferius: 'Præterea apud Bactros amnis Ochus et Oxus ex appositis montibus deferunt salis ramenta.' Adde Solinum Polyhist. c. LXII. De Bactrianis memoria dignum illud ex Onesicrito refert Strabo ibid. l. XXXIII. Τοὺς ἀπειρηκότας διὰ νόσον ἢ γῆρας ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν ἐπίτηδες πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιστὰς καλοῦσι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ, 'Eos, qui senio confecti sunt aut morbo, vivos,' ait, 'projici canibus dedita opera ad hoc nutritis, quos sua lingua Entaphistas, quasi vespillones vocant.' Quem locum in Notis suis clariss. Galliæ ocellus, sic Hæschelius Casaubonum vocat, ita illuminat; 'scribo, inquiens, ἐνταφιαστάς. Ratio nominis est perspicua: ἐνταφιάζειν est corpus ad sepulturam componere. Perinde ergo est, ut si quis libitinarios istos quis dicat.' Glossar. ἐνταφιαστής, pollinctor. Basilius Seleuciens. Episc. Orat. II. in David. f. 133. l. VI. de Goliadi eminationibus: τὰς τῶν κυνῶν γαστέρας τάφον αὐτῷ ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος, 'facturum isti canum ventrem sepulcrum,' eminabatur. Atque ut e Latinis scriptorib. non-neminem addam, M. Tull. l. I. Tusc. narrat, 'Hyrcanos studiosissime canes alere, et pro sua quenque facultate parare, a quibus lanietur, eamque illis optimam censere sepulturam.' Ut canes illi sepulchrales fuerint appellati, ac super eadem re jocum Diogenis aliaque non injucunda vide, si lubet, apud Tyraquell. Geneal. III. 2. Item Adagium τάφος ἔμψυχος apud Eustath. in Iliad. XII. f. 564. l. 41. Ultima autem Bactra, non quantum ad fines spectat orbis terrarum; sed ultima imperii Antoniani. Constat enim Bactrianos post se habere gentes innumeras ex Servii notis super d. l. Virgilii, f. 1356. Adi et ad Mantuanum l. I. Fast. c. V. vs. 7. ubi ejusmodi motus illius stellæ descriptio: 'Stella novo fulgore ardens veniebat ab ortu Trans Tigrim, trans Euphratem Babylona volando Vidit, et Armenios dextra levaque relinquens Thuriferos Arabes, Syriæ bipatentibus alis Ingruit.'

613 *Lactantibus horis*] Ponitur hora κατὰ συνεκδοχὴν pro die. Sic Maro Georg. I. 425. 'Nunquam te crastina fallet Hora.' Bersmanno Dies postera συνεκδοχικῶς; quanquam Servius eo loci f. 189. malit ὑπερβολὴν, quasi dicat, nec hora quidem te decipiet.

617 *Diriguit*] I. e. stupuit rei novitate; imitatione Maron. Æn. III. 259. 'At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit: cecidere animi.'

Pernox Astrologus] I. e. Magus συνεκδοχ. Juvenc. I. 227. 'Ille penes Persas Magus est, qui sidera norit.' Pernox autem, quia non tam de die est, quam nocte illis philosophandum, qui astra legit. Seneca Med. vs. 787. 'Trivia pernox.' Hippolyt. vs. 747. 'Curru properante pernox Exerit vultus rubicunda Phœbe.' Chaldæi olim nuncupabantur et Genethliaci Au-

gustini temporibus, sicuti scribit ipse l. I. de Doct. Christ. et l. IV. Confess. et in libello de Nat. Dæmon. ‘ Mathematici et Planetarii nunc Astrologi passim vocantur. Rhodig. XIV. 9. D. Chrysost. hom. VI. in Matth. ita de Astrologo : 'Αστρονομίας οὐκ ἔργον ἐστὶν, ἀπὸ τῶν ἀστρῶν ἰδέναι τοὺς τικτομένους, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ὥρας τῶν τικτομένων προαναφωνεῖν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὥς φασιν : ‘ Istud ad Astronomiæ artem non spectat, ut eos, qui nascuntur, ex stellis cognoscat, sed ut ex hora punctoque nascentium, ea, quæ illis sunt eventura, prædicat.' Hujus si verum spectes usum, secundum Platonis Epinomid. fol. 704. σοφώτατόν τι : sin vero superstitionem et abusum cernas, ridicula et inanis, D. August. Confess. II. 6. D. Basil. in Hexaëm. ‘ occupatissima vanitas ;' Ambros. ‘ inutilis et impossibilis' Hexaëm. IV. 4. Chrysost. Homil. VI. in Matth. ‘ vanissima officina.' Cæl. Rhod. IX. 20. ‘ Magiæ clavis.' Conjunge Agell. XIV. 1. Plin. XXX. 1. Scipion. Gentil. in Apul. Apolog. Not. num. 356. Peucer. de Divinat. f. 644.

618 *Cessisse Anguem, fugisse Leonem*] Fingit Poëta perquam apposite, reliqua sidera huic novæ stellæ cessisse omnia. ‘ Nulla est enim gloria,' inquit Erasm. super Hymn. XII. καθημερ. 29. ‘ sive Prophetas et Patriarchas conferas, sive angelos, sive quicquid est in terris magnificum, quod Christi gloria non obscuretur.' conjunge ex adducto jam Hymno vs. 25. &c. ‘ Sol unde sumit januam, Cernunt periti interpretes Regale vexillum Magi : Quod, ut refulsit, cæteri Cessere signorum globi, Nec pulcer est ausus suam Conferre formam lucifer. Quis iste tantus, inquiunt, Regnator, astris imperans, Quem sic tremunt cœlestia ?'

Anguem] Serpentem Ophiuchi intelligit, qui asterismus in plaga Boreali est, secundum sphæricos, decimusquartus. ‘ Stellis,' ut Paling. ait lib. XI. ‘ viginti clara duabus.' Manil. lib. I. ‘ Serpentem magnis Ophiuchus numine signis Dividit, et toto mergentem corpore corpus Explicat, et notos sinuataque terga per orbes Expedit, effusis per laxa volumina palmis. Respicit ille tamen molli cervice reflexus.'

Leonem] Leo asterismus in Zodiaco est quintus, de quo idem Poëta : ‘ Bis denas stellas retinet minus una.' Hujus μερίδας Sol attingit prid. Iduum Julii, vel præterpropter, atque æstum ciere assuevit haud mediocrem. Quo Manil. lib. V. pertinet : ‘ Cum vero in vastos surgit Nemeæus hiatus, Exoriturque canis, latratque canicula flammans, Et rabit igne suo, geminatque incendia Solis : Quo subdente facem terris, radiosque movente Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum Sortitur, languetque suis Neptunus in undis, Et viridis nemori sanguis decedit et herbis.' Et Horat. Od. III. 20. ‘ Jam Procyon furit, Et stella vesani leonis, Sole dies referente siccos.' Nemeæus dicitur a Nemea silva, inter Cleonas et Phliuntem Corinthi, ubi ab Hercule occisum fabulantur, Strabo l. VIII. f. 260. Paus. 'Εν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται τοῦ λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίους πέντεκου καὶ δέκα, ἐν δ' αὐτῷ Νεμείου τοῦ Διὸς ναός ἐστι. Idem interdum a Poëtis Bembinata vocatur, a Panyasi Halycarnaseo, cujus mentio apud Pausan. et Athenæum, Δέρμα τε θήρειον Βεμβινήταο λέοντος.

619 *Contraxisse pedes lateris*] Videtur Maronem expressisse Georg. I. non procul a principio : ‘ Ipse tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius.' Idcirco autem manco ordine, quod vacuefecerit Cancer illam μερίδα, e qua pedes fingitur contraxisse.

Cancrum] Cancer asterismus in eodem quartus ; cujus stellas Palingen. inibi numerat hoc metro : ‘ Bis-

que novem flammis cælestis carcinus ardet: Binæ insunt dorso, quæ Asini, et Præsepe vocantur.' Macrob. Sat. I. 17. 'Cancer in æstivo Tropico est, in quo meante Sole radii temperatam nostram non eminus, sed superne demissi rectis fulgoribus lustrant.' Ovid. Met. x. 126. 'Solisque vapore Concava litorei fervebant brachia Cancri.' Manil. lib. I. ita uno versu conjungit Leonem et Virginem: 'Geminos Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.'

620 *Domitum mugire Juvencum*] I. e. Taurum, secundum in Solis orbita signum. Unde Virg. Georg. I. 'Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.' Hunc locum tibi Macrobii Comment. in Somn. Scipion. c. XVIII. aperit. Paling. d. l. 'Taurus habet stellas viginti unamque; sed harum Septem, quæ ipsius postrema in parte renident Vergiliæ, nec non Athlantides appellantur. Sunt totidem in capite, atque Hyades dicuntur ab imbri.' Hujus positum ita depingit Manil. l. I. 'Aurato princeps Aries in vellere fulgens Respicit admirans aversum surgere Taurum Summisso vultu.' 'Est enim,' inquit inclytus ille Scaliger, 'ingeniculatus et tanquam bos humi procumbens; unde et interpres Ptolomæi κυρτὸν vocat, Lucanus curvatum: 'Nisi poplite lasso Ultima curvati procederet ungula Tauri.' Ideo πεττηὸς Arato dicitur; et alibi Manilio flexus, item nixus.

621 *Sidus et Hircinum*] Κατὰ περίφρασιν *Capricornum* intelligit, decimum in circulo solari δωδεκατημόριον. Item Paling. hujus stellas hoc carmine comprehendit: 'Viginti Ægoceros stellis nitet atque duabus.' Manil. ibid. 'Venit angusto Capricornus sidere flexus.' Idem inf. 'Ast angusta fovet Capricorni sidera Vesta.' Macrob. l. eod. c. XII. 'Duo Tropica Capricornus, et Cancer. Has Solis portas Physici vocaverunt, quia in utraque obviante solstitio ulterius Solis inhibetur accessio, et fit ei regressus ad zonæ viam, cujus terminos nunquam relinquit.' Vide quæ inibi de animæ in terra e cælo meatu, et e terris in cælum remeatu ejusdem per has portas fabulatur. Conjunge Cæl. Rhodig. xv. 23.

622 *Puer Hydrius*] Id est, Aquarius, eadem περιφράσει, Capricornum proxime sequens. Manil. ibid. 'Post hunc inflexum defundit Aquarius urnam:' Paling. dicto sæpe loco: 'Sex et viginti facibus spectabilis Hydra est.'

Sagittæ] Sagittarius; Meton. adjuncti pro subjecto; nonum Zodiaci signum, Scorpium proxime excipiens: de quo ita Paling. XXII. 'Quindenis etiam facibus splendere videtur Arcitenens.' Manil. ibid. 'In cujus caudam contento dirigit arcu Mixtus equo, volucrem missurus jamque sagittam.'

623 *Palantes geminos*] Cum dixerit autor, fuga geminos tum separatos, recte palare dixit. Gemini tertiam stationem tenent in Solis via. Paling. ibid. 'Tyndaridæ fratres denis octoque favillis Splendescunt: alter denas, alter tenet octo.' Macrob. Somn. Scip. I. 18. 'Constat, Solem tribus signis peractis, Ariete, Tauro, et Geminis, ad medietatem hemisphærii rediisse.'

Improba virgo] Sextum signum in Ecliptica, spicam habens in manu. Paling. inibi: 'Virgo tenens spicam, micat astris octo decemque.' Macrob. Sat. I. 21. 'Virgo, quæ manu aristam refert, quid aliud, quam δύναμις ἡλιακή, quæ fructibus curat? et ideo Justicia creditur, quæ sola facit nascentes fructus ad hominum usus pervenire.' Improba ideo, quod prodere amatores fingitur.

624 *In fornice mundi*] Sub fornice mundi, i. e. sub cælo. Fornix autem, quodcunque opus concameratum est. Rhod. xv. 21. sunt in fornicibus lapilli, nomine umbilici, qui in medio

collocati quodam quasi concentu et ordine, omnem fornicis faciem servant immotam; his comparari mundum posse scribit Aristot. Est etiam appellatus 'fornix, ubi prostitutæ pudicitiæ mulieres erant, a locis arcuatis,' inquit Isidorus. Unde et fornicariæ mulieres in autoribus Ecclesiasticis. Turneb. Adv. I. 5.

627 *Excidium sentit jamjamque futurum*] Alludit Poëta ad deliquium Solis, quod passus est, Christo in cruce patiente, Luc. XXIII. 45. De quo apud Suidam Dionysius in Epist. ad Polycarp de Apollophane Sophista, in Dionysio. August. de Civ. Dei, III. 15. Lucas Gauricus in lib. ea de Eclipsi scripto, quem citat Neander in Catech. f. 417.

633 *Cælo visus*] Testimonio Stephani Protomartyris exclamantis: Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. Act. VII. 56.

Humique Inventus Rex atque Deus] 'Unius enim naturæ cum Deo Patre est, æqualiterque cum eo sempiternus atque immensus; æqualiter immortalis et incommutabilis; æqualiter invisibilis, et inenarrabilis; æqualiter bonus et justus; æqualiter miserator et misericors; patiens et multum misericors, et verax; æqualiter fortis et suavis; æqualiter sapiens et omnipotens,' inquit Divus Augustinus de Fid. l. ad Petrum Diacon. tom. III. f. 216.

635 *Tumuloque inferna refringens*] 'Quomodo enim aliter accipiendum sit, quod dictum est: Quem Deus suscitavit ex mortuis, solutis doloribus inferni, quia non poterat teneri ab eis, nisi ut quorundam dolores apud inferos eum solvisse accipiamus,' Idem l. I. de Gen. c. XXXIV.

636 *Resurgentes secum jubet ire sepultos*] Matth. XXVII. 53. Ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Id D. Chrysost. ait in Matth. Hom. LXXXVIII. super hæc verba, τῆς ἐσομένης ἀναστάσεως σημεῖον, 'futuræ resurrectionis signum fuisse.'

637 *Cœlum habitat, terris intervenit, abdita rumpit*] Nam secundum D. August. de Temp. Serm. I. in hoc Festo: 'Videbatur quidem in præsepio, sed dominabatur in cælo: intra corpusculum erat, sed intra se continebat omnia. Natus quidem ex matre fuerat, sed matrem suam ipse creaverat. Et ideo se Magi humiliabant, quia ipsi astra famulari cernebant. Deum esse cognoverant, cui cælestia serviebant.' Inibi in Festo Ascens. Serm. IV. 'In carne ad nos processit, et a Patre non recessit.'

706 *Deus est, qui totus ubique*] 'Non enim, quia dicimus Deum esse et in cælo et in terra; ipse quippe ait per Prophetam: Cælum et terram ego impleo; aliam partem dicturi sumus eum in cælo habere, et in terra aliam: sed totus in cælo est, totus in terra, non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest.' Idem de Civ. Dei XXII. 29. Gratia cujus certum et indubitatum est, ut fuit hactenus, sic deinceps quoque ipsum nobiscum for contra omnium hostium insultus præsentem, et adversa quæque suæ omnipotentiæ dextra amoliturum, qui benedictus et in hoc est, et in illo per omnes sæculorum myriadas benedicendus.

M. JOANNIS WEITZII

NOTÆ

AD PRUDENTIUM,

EX OPTIMIS QUIBUSQUE COLLECTÆ SCRIPTORIBUS.

CATHEMERINON LIB.

Καθημερινὸν est diurnarum rerum opus. Sunt enim odæ ex vario metrorum genere, a matutino ad vesperum crepusculum. Fabric.

Ad Prœm. 7 *Ætas prima*] Anton. Benbellona in Suscitab. Princip. partis I. c. V. pag. 37.

11 *Luxus petulans*] Pindar. Olymp. XIII. *Ὕβριν, κόρου ματέρα θρασύμυθον* nuncupat. Quo trahendum hoc Plut. Quæst. Rom. LXXI. *Διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ἄνθρωποι, ὥς που καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε· Σὺ δὲ σφαδάζεις, πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ, Γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης.*

12 *Nequitiæ sordibus*] Nazianz. in II. Stiliteut. *κακίας βορβόρου γέμοντι,* 'cæno nequitiæ referto.' Inf. Hym. VI. 53. 'Qui coinquinatum vitiis cor impiavit.' Psychom. vs. 890. 'Cor vitiorum stercore sordet.' Ibi vide quæ noto.

22 *Vita volans*] Nazianz. de vitæ viis: *Πάντα μόγος θνητῶν· τἀνθάδε πάντα γέλως, Χνοῦς, σκιὰ, φάσμα, δρόσος, πνοὴ, πτερὸν, ἀτμὶς, ὄνειρος.* Columb. ad Seth. II. 33. 'Hæc, dum vita volat, vigili qui mente retractat.'

23 *Inrepsit canicies*] Theocrit. Idyll. XIV. 69. *Καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει Λευκαίνων ὁ χρόνος.*

24 *Me Saliæ*] Salia Flavius Consul Romanus fuit cum Fl. Philippo; quibus Coss. nascitur Prudentius anno a nato Christo CCCL. Fabric.

28 *Numquid talia proderunt*] Manil. lib. IV. 'Nascentes morimur, finisque ab origine pendet: Tunc et opes et regna fluunt, et sæpius orta Paupertas, artesque datæ, moresque creati, Et vitia, et clades, damna et compendia rerum.'

31 *Dicendum mihi*] I. e. Dicere mihi aliquis debeat. Matthias Bergius P. P. olim Altorfii.

34 *Atquin fine*] Vide Cyprian. Serm. V. de lapsis.

Hymn. I. Clemens Constit. Apost. VIII. 34. inter traditiones Apostolicas, Episcopo et Clero servandas, hanc refert: 'Precationes facite mane, hora tertia, ac sexta, et nona, et vespere, atque ad gallicantum. Mane gratias agentes, quod illuminarit nos, nocte sublata et reddita die. Tertia, quod ea hora Pilatus judicium adversus Dominum pronunciarit. Sexta, quod ea hora in crucem actus sit. Nona, quod tum omnia mota et tremefacta sint, Domino crucifixo: quia horrerent audaciam impiorum Judæorum, et contumeliam Domini ferre non possent. Vespere, quod noctem dederit ad requiescendum a laboribus diurnis. Ad gallicantum, quod ea hora nunciet adven-

tum diei ad faciendum opera lucis.' Vide Leonhard. Lessium de Justitia et Jure II. 37. Dubitat. VIII.

1 *Ales diei nuncius*] Theocrit. Idyll. XVIII. 56. Ἐς ὄρθρον ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς Ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ, ἀνασχὼν εὔτριχα δειρήν. Maccab. III. Ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκέκραγεν ὄρθριος. Hinc ὀρθροβόας dicitur apud Athenæum l. III. ἠῷος ab Antipatro l. VII. Epigram. ὄρθριος a Theoc. Idyll. VII. 122. ἐγερσιβόητος a Nonno c. XIII. in Joh. Nazian. somnio de Anastasiæ Eccles. v. XLVII. ἐκ δέ μοι ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων ἐτίναξε γῆρυς ἀλεκτρυόνων. Cl. Hæschel ad Phrynich. pag. 110. Basil. M. homilia VIII. hexaëm. p. 38. Πῶς μὲν ἐπ' ἔργα σε διεγείρει ὁ σύνοικος ὄρνις, ὀξείᾳ τῇ φωνῇ ἐμβοῶν καὶ καταμηνύων πόῤῥωθεν ἔτι τὸν ἥλιον προσελαύνοντα, ὁδοιπόροις συνδιορθροίζων, γεωργοὺς δὲ ἐξάγων πρὸς ἀμητόν. Vide Plin. X. 21. Cic. de Divinat. Ovid. Fast. I. 455. et II. 767. Met. XI. 599. Fabulam de vidua et ancillis, quas ad gallorum cantus excitare ad opera consueverat, Cæl. Rhodig. XVI. 13. Muret. Var. Lect. XVI. 18. Lubet addere quædam ex hymno D. Ambrosii: 'Præco diei jam sonat, Noctis profundæ pervigil, Nocturna lux viantibus A nocte noctem segregans. Hoc excitatus Lucifer Solvit polum caligine: Hoc omnis errorum chorus Viam nocendi deserit. Hoc nauta vires colligit, Pontique mitescunt freta: Hoc ipsa petra Ecclesiæ Canente culpam diluit. Surgamus ergo strenue, Gallus jacentes excitat, Et somnolentos increpat: Gallus negantes arguit. Gallo canente spes redit, Ægris salus refunditur: Mucro latronis conditur, Lapsis fides revertitur,' &c.

21 *Ut cum coruscis flatibus Aurora cælum sparserit*] Dracont. Hexaëmer. vs. 492. 'Roscida puniceum spargens aurora ruborem, Ducit ubique diem.' Nonn. Dionys. XVIII. 166. Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοδέοις ἀμαρύγμασιν ἄγγελος ἠοῦς ἀκροφανὴς ἐχάραξε λιπόσκιον ὄρθρος ὁμίχλην. Et XXII. 136. Ἀλλ' ὅτε χιονόπεζα χαραξομένη ζόφον ἠὼς Ὄρθρον ἀμεργομένην δροσερῇ πορφύρετο πέτρῃ.

26 *Somnus Est forma mortis perpetis*] Frequenter apud scriptores Mors somno æquiparatur. Ovid. Amor. II. 9. 'Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?' Anaxagoras apud Stob. Serm. CCLXXI. Δύο διδασκαλίας εἶναι οἴμαι θανάτου, τόν τε πρὸ τοῦ γενέσθαι χρόνον, καὶ τὸν ὕπνον. Et Serm. CCLXXII. Gorgias Leontinus moriturus dixisse scribitur: Ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τἀδελφῷ. Plato in Phædone: Τί οὖν, ἔφη, τῷ ζῇν ἐστί τι ἐναντίον, ὥσπερ τῷ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν; πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. τί; τὸ τεθνάναι, ἔφη. Homer. Il. XIV. 'mortis fratrem' appellat: Ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Seneca Herc. Fur. 'Frater duræ languide mortis.' Virgil. Æn. VI. 'Tum consanguineus lethi sopor.' Orpheus 'somni sororem,' Coluthus συνέμπορον θανάτοιο, 'mortis speculum' vocat Tertullian. lib. de anima c. XLII. 'Nihil itaque videtis,' ait Cic. de senect. 'morti esse tam simile, quam somnum.' Qui itidem Tusc. Quæst. I. nuncupat 'mortis imaginem, quam quotidie induimus.' Anneus Boëtius lib. de Morib. 'Stultum est somno delectari, et quasi mortem moliri: cum somnus assiduus sit mortis imitatio.' Pausan. in Lacon. inter reliquas statuas ponit ὕπνου καὶ θανάτου καὶ σφᾶς ἀδελφοὺς εἶναι κατὰ τὰ ἔπη ἐν Ἰλιάδι ἥγηνται. vide Plut. de Placit. Phil. v. 24. Aristot. de generat. animal. v. 1. D. Augustin. alicubi, 'Ista,' inquit, 'mors dormientium sæpe dicitur in Scriptura, propter futuram resurrectionem, velut evigilationem. Et lectus, in quo Sancti obdormientes, fessi secularibus præliis, requiescunt, Christus est.' Inquit Ambros. lib. de Isaac et anima c. v. 'In hoc lecto requievit Isaac et Jacob. In hoc lecto recubans archisynagogæ

filia surrexit a morte. In hoc lecto jacens viduæ defunctus, mortis vincula, Christi vocatus voce, dissolvit.' Infra Hymn. x. 56. Chrysost. in Matth. homil. xxxii. p. 305. Natal. Com. iii. 13. Joh. Talenton rerum recondit, ii. 3.

37 *Ferunt vagantes Dæmonas*] Ambros. Hexaëm. v. 24. Strigenit. in Gallicinio; quo loci in præfat. notabilia exempla adfert, quibus hic locus insignite illustrari potest.

62 *Linguæ lubrico*] Εὐόλισθον γὰρ τῆς γλώσσης ὄργανον, καὶ μέγιστον παρέχει τοῖς ἀμελοῦσι κίνδυνον: ut præclare scribit Agapetus in Scheda Regia § 54.

81 *Jesum ciamus vocibus*] Basil. M. ad Gregor. Nazianz. Τί οὖν μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι, εὐθὺ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντα, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς διαλάμψαντος ἐπ' ἔργα τραπόμενον, πανταχοῦ αὐτῷ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις ὥσπερ ἅλατι παραρτύειν τὰς ἐργασίας. τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται.

93 *Aurum, voluptas, gaudium*] Severus Imp. apud Spartian. 'Omnia,' inquit, 'fui, et nihil expedit.' Et sapientissimus regum Salomon super humanarum rerum vanitate integrum libellum divinitus plane et θεοπνεύστως composuit. Hinc Seneca: 'Omnia ista, in quæ fortuna dominium exercet, sua sunt, sicut pecuniæ, honores; imbecilla sunt, fluida; mortalia sunt et passiones incertæ.' Vide περὶ στεφ. viii. 97. Boëth. l. ii. prosa et met. iii. Et Pindar. Pyth. viii. Ἐν δ' ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω δὲ καὶ πίτνει χαμαί, ἀποτρόπῳ γνώμᾳ σεσεισμένον. Ἐπάμεροι. τί δὲ τίς, τί δ' οὔ τις; Σκιᾶς ὄναρ, ἄνθρωποι. Macar. Homil. xv. Ὅλος ὁ κόσμος ὁ γήϊνος, καὶ οἱ θησαυροὶ τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ δόξα, καὶ οἱ τῆς σοφίας λόγοι, ἐν φαντασίᾳ τινί εἰσι, μὴ ἔχοντα στερεὰν βάσιν, ἀλλὰ παρερχόμενα.

94 *Opes*] Nazianz. in Carm. p. 1. ait opes possidere idem esse, ἢ σκιὴν ἐν χείρεσσιν ἔχειν, ἢ ἀχλὺν ἀφάσσειν. Τοίη γὰρ μερόπων γενεὴ, τοῖος δὲ καὶ ὄλβος, Ὄλβος ἀφαυροτάτοισιν ὁμοῖος ἴχνεσι νηὸς, Πρόσθε χαρασσομένοισι καὶ ἀλλυμένοισιν ὄπισθεν. Basil. M. p. 123. ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει, &c. Confer epist. D. Amphilochii de studiis recte formandis vs. 21. Chrysost. super c. ii. Joh. p. 114. et seq.

96 *Nil sunt omnia*] Chrysost. Homil. lxxvii. super Matth. Πάντα ὄναρ καὶ σκιὰ, καὶ διήγημα ψιλὸν καὶ γραφή. μᾶλλον δὲ οὐδὲ γραφή. τὴν μὲν γραφὴν κἂν ἐν εἰκόνι ὁρῶμεν. νυνὶ δὲ, τὰ μὲν τῆς τιμῆς, καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ τῆς περιφανείας, μέχρι σκιᾶς καὶ ῥημάτων.

Hymn. ii. 1 *Nox et tenebræ*] Confer Ambros. Hexaëm. iv. 1.

7 *Rebusque jam color redit*] 'Namque dies varie rerum discriminat oras:' ut ait Hilar. Hexaëm. vs. 60.

13 *Tunc non licebit claudere*] Videlicet, οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον. τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ. Αὐτός ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτης. Epicharm. apud Clement. Alexand. Strom. v. V. N. ad Dracont. vs. 15. et i. Trist. 2. 97.

17 *Fur ante lucem*] Euripid. Iphig. Κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς. Max. Tyr. Dissert. ix. p. 57. Φεύγων ἥλιον, διώκων νύκτα καὶ ὀμίχλην, ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δὲ ἀγαθήν. ὁ μὲν ποιμένι ἔοικεν, ὁ δὲ κλέπτῃ ἔοικεν, καὶ λανθάνειν εὔχεται. οἶδε γὰρ τὸ κακὸν, ὃ δρᾷ· ἀλλὰ εἰδὼς, ὑφ' ἡδονῆς ἕλκεται. Catull. 'Nocte latent fures.' Johan. Climax sive Scholasticus: βδελύττεται ἥλιον κλέπτης. Hinc Horat. Ep. i. 16. 'Pulchra Laverna Da mihi fallere; da justum sanctumque tueri. Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.' Huc refer illud Cypriani l. i. Epist. iii. p. 12. 'Atque hæc est vere dementia, non cogitare nec scire, quod mendacia diu non fallant; noctem tamdiu esse, quamdiu illucescat dies; clarificato autem die et

sole oborto, luci tenebras et caliginem cedere, et, quæ grassabantur per noctem, latrocinia cessare.' Soph. Antig. Φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς Τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων. Vide Nonium c. I. n. 250. Zehner. similit. Biblic. c. CXV.

21 *Versuta fraus et callida amat tenebris*] Concinne et vere Julius Bassus apud Senecam l. VII. Controvers. 6. 'Minore licentia, quæ non videmus, agimus. Et quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est.' Romani maximus autor eloquii inquit: 'Omnia recte facta in luce se collocari volunt,' i. e. appetunt sciri. Chrysost. Homil. XVIII. sup. v. Ephes. Οὐδεὶς γὰρ τὸν ἄληπτον κρύπτει βίον. Τὰ δὲ κρυπτόμενα διὰ τὸ ἐσκοτίσθαι κρύπτεται. M. Minuc. Felix, Octav. 'Cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint.' Et rursus: 'Sic extincto et everso lumine conscio, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis.' Apud Cyprianum in lib. de Bono Pudicitiæ p. 491. 'Non ulla latebrarum, et sine ullo conscio, quæ tuta quibusdam putatur occasio, quæ maxima vis est admittendi sceleris, cum deliberationibus occurrit impunitas.' Nonnus in Johan. cap. III. Ἄξια νυκτὸς ἔχων, στυγέει φάος. Et Philo lib. περὶ ὀνείρων· Νυκτὸς ἄξιον τὸ κακόν. Vide Plat. in Phileb. ubi egregium habet hanc in rem locum. Tertull. Apol. c. I. Augustin. de Civ. Dei cap. XVIII. et XIX. Senecam Hippol. vs. 528. Gruter. Susp. III. 4. Ovid. Met. II. 594. Zehner. cent. III. sac. 72. Comment. Terent. Hecyra IV. 1. p. 654. et p. 364. Ambros. de Abraham Patriarc. I. 2. 'Latere, criminosæ conscientiæ est.'

23 *Aptamque noctem turpibus adulter*] Seneca lib. VII. Controvers. v. 'Nox placet sceleri, prorsus adulteri tempus. Quo mihi lumen? tantum admissuro nefas optanda nox est.' Ambros. de Cain et Abel. II. 8. 'Latro diem refugit, quasi criminis testem. Lucem adulter quasi erubescit adulterii conscientia.' Statius Thebaid. I. 250. de Cadmo incestuoso: 'Meruere tuæ, meruere tenebræ Ultorem sperare Jovem.' Et notum illud: 'Celari vult sua furta Venus.' Scholiast. Theocriti: Ἐπειδὴ σιγηλή ἐστιν ἡ νύξ, δεῖ δὲ τοῖς κλεπτομένοις ἔρωσι σιγῆς καὶ νυκτός. Μένανδρος, Ὦ νύξ, σοῦ γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτη.

36 *Vultu colorant serio*] I. e. Fucis illinunt et cerussa incrustant; ceu ut loquitur Sophocl. Ἐν κακοῖσί τις Ἀλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλει. Justin. Mart. Apolog. I. Ἡ κακία πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ διὰ μιμήσεως φθαρτῶν περιβαλλομένη, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα.

41 *Illum forensis gloria*] Seneca de brevitate vitæ c. II.

69 *Qui tetram picem Candore tinguis lacteo*] Proculdubio respexit autor ad illa Ovid. Pont. III. 3. 'Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor; Nec, quod erat candens, fit terebinthus ebur.' Pindar. apud Clement. Alexandr. v. Stromat. et Theoretum lib. VI. Θεῷ δὲ δυνατὸν ἐκ μελαίνας νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος, κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι καθαρὸν ἀμέρας σέλας. Vide Isai. I. 18.

73 *Sub nocte Jacob*] Genes. XXXII. Philo περὶ τῶν μετονομαζομ. fol. 14. et Hæschel. in notis p. 224. et 226. Ambros. de Jacob et vita beata II. 7. Theodolus Episc. in Ecloga: 'Congressus Domino Jacob luctamine longo Nervos amisit femoris, dum cedere nescit: Quam plagam veluti gemit evenisse parenti, Non comedit nervum successio tota nepotum.'

81 *Inguen, pars corporis vilior*] Ovid. Fast. IV. et in Ibin vs. 456. 'vilia membra' appellat.

84 *Diram fovet libidinem*] Vide Virg. Æn. VII. 15.

87 *Si forte non cedat Deo*] Pindar. Pyth. II. Χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. Olymp. IX. Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν χωρὶς ἀθανάτων. V. N. I. Pont. I. 26. et Rittershus. ad Oppian. Halieut. II. 13.

97 *Hæc lux*] In templo Imperialis Gelhusæ Christus fundere querelas his versibus legitur: 'Sum lux, nemo cupit talem cognoscere lucem. Sum via, nostra tamen sequitur vestigia nemo. Sum pius et placidus, nemo audet fidere nobis. Sum rerum cælique potens, me nemo veretur.' Meminit præclarissimus ille Neander in Orbis terræ Explicat. part. I. p. 185.

105 *Speculator adstat desuper*] Pie Plaut. Captiv. II. 2. 'Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque et videt.' Quod ex Sophoclis Electra vs. 174. expressum videtur: Ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ὃς ἐφορᾷ πάντα. Ovid. Met. XIII. 70. 'Aspiciunt oculis Superi mortalia justis.' Silius l. XV. 'Quæcunque capesses, Testes factorum stare arbitrabere Divos.' Euripid. Phryxo: Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν. Juvenc. l. I. 'Nil absente Deo loquimur: nil abdita clausum Pectoris antra tegunt: cernit Deus omnia præsens.' In Constitut. Imper. Leonis, et Alexandri de Judicib. 'Seu forte nos effugerit, pervigilem tamen et insomnem oculum, cui nihil non quamlibet occultum, patere potest, effugere non poterit.' Basil. M. p. 87. Ὅπου περ ἂν βαδίζῃς, ὅτι περ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ θεοῦ ὀφθαλμόν. Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ οὐ πύλαι ἀνοίγονται, οὐ παραπετάσματα συνάγονται. ἕτοιμόν ἐστιν εἰς θέαν τὸ κατοικητήριον τοῦ θεοῦ. πάντας ἐφορᾷ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· οὐδὲ εἷς διαφεύγει αὐτοῦ τὴν θέαν. οὐ σκότος, οὐ τοῖχοι παρακαλύπτοντες, οὐδὲν ἐμπόδιόν ἐστιν ὀφθαλμοῖς θεοῦ. Vide elegantissime hac de re D. Ambros. Offic. I. 14. Dracont. vs. 15. Rittershus. ad Oppian. Halieut. II. 8. Boëth. Met. V. 2. Plut. in Sympos. Sept. Sapient. Οὐκ ἔστιν εἷς τῆς δίκης ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ πᾶσιν ἐπισκοπεῖ κύκλῳ τὰ πραττόμενα περὶ γῆν καὶ θάλασσαν. Apud Achæos, teste Hesychio, Ζεὺς πανόπτης fuit cultus. Thaletis dictum refert Cic. de LL. II. 'Homines existimare oportet, Deos omnia cernere.'

HYMN. III. 9 *Nominis et sub honore*] D. Hieron. in Reg. Monach. p. 173. b. 'Nec cibi ante sumantur, nisi oratione præmissa. Nec recedatur a mensa, nisi referantur gratiæ creatori.' Et Basil. M. præceptum religiosissimum est ex epist. ad Gregor. εὐχαὶ πρὸ τροφῆς, &c. 'Antequam corpus cibo reficimus, preces concipiendæ sunt pro dignitate divinorum munerum, tum eorum quæ in præsens nobis tribuuntur, tum eorum quæ in posterum tribuentur. Curatis corporibus rursum preces fiant, quibus et ob accepta beneficia gratias agamus, et promissa nobis a Deo flagitemus.'

16 *Fercula nostra Deum sapiant*] Bernhard. Epist. II. 2. 'Nec sit vel hora convivii gratiæ cælestis immunis. Sonet Psalmus convivium sobrium, (ut tibi tenax memoria est,) vox sonora; aggredere hoc munus ex more. Magis charissimos pasces, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aures religiosa dulcedo.' Et D. August. ad Monachas Epist. CIX. 'Cum accedis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite. Nec solæ fauces sumant cibum, sed et aures percipiant Dei verbum.'

19 *Quod sumus aut agimus*] Justin. Mart. de recta confess. Ὦ καὶ θύομεν διηνεκῶς θυσίαν αἰνέσεως, καὶ σπένδομεν δεήσεις εἰλικρινεῖς, καὶ θύομεν εὐωδίαν πράξεων, αὐτὸν ἑαυτοῖς ἀναστρέφοντες, αὐτὸν ἀναπνέοντες, αὐτὸν λογιζόμενοι, αὐτῷ προσανέχοντες, αὐτὸν ἐν πᾶσιν ὑμνοῦντες, τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ χο-

ῥηγὸν τῆς ἀνωτάτω βασιλείας.

34 *Quam data munera si recinat*] Basil. M. homilia περὶ εὐχαριστίας p. 142. Et in Julittam Martyrem pag. 147.

36 *Ipse homini quia cuncta dedit*] Basil. M. ibid. in Julittam p. 149. Τροφὰς ἐκ τῆς γῆς (θεὸς) ἀνίησι. βοσκημάτων ἡμῖν ὑπηρεσίαν δέδωκε. δι' ἡμᾶς ὄμβροι. δι' ἡμᾶς ἥλιος. ἡ ὀρεινὴ, ἡ πεδιάσιμος, ἡμῶν ἕνεκεν διακεκόσμηται, ἀποφυγὰς ἡμῖν πρὸς τὰς ἐκ τῶν ὀρῶν ἀκρότητας εὐτρεπίζουσα. δι' ἡμᾶς ποταμοὶ ῥέουσι. δι' ἡμᾶς βρύουσιν αἱ πηγαί. ἡ θάλασσα ἡμῖν ἀνεῖται πρὸς ἐμπορίαν. οἱ ἐκ μετάλλων πλοῦτοι, αἱ πανταχόθεν ἀπολαύσεις, πάσης τῆς κτίσεως δορυφορούσης ἡμῖν, διὰ τὴν πλουσίαν καὶ ἄφθονον εἰς ἡμᾶς χάριν τοῦ εὐεργέτου. καὶ τί δεῖ τὰ μικρὰ λέγειν; δι' ἡμᾶς θεὸς ἐν ἀνθρώποις. vide reliqua: ut et Theodoret. l. vi. Græc. affect.

43 *Illita glutine*] Manil. lib. v. 'Ipse quoque aërios populos, cæloque dicatum, Alituumque genus, studium censusque vocabit. Mille fluent artes; aut bellum indicere mundo, Et medios inter volucrem prensare meatus, Aut nidis damnare suis, ramove sedentem, Pascentemve super surgentia ducere lina.'

46 *Ecce per æquora*] Manil. ibid. 'Sunt, quibus in ponto studium est cepisse ferarum Diversas facies, et cæco mersa profundo Sternere littoreis monstrorum corpora arenis, Horrendumque fretis in bella lacessere pontum, Et colare vagos inductis retibus amnes: Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas. Luxuriæ quia terra parum, fastidiet orbem Venter, et ipse gulam Nereus ex æquore pascet.'

63 *Nos oleris coma*] D. Hieron. tom. i. Epist. xviii. 'Ibi cibarius panis, et olus nostris manibus irrigatum, et lac, deliciæ rusticanæ, viles quidem, sed innocentes cibos præbent.' Ad quæ verba hunc Erasmus locum adducit.

73 *Hæc opifex apis*] Basil. M. Hexaëm. Homil. viii. Nazianzen. εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, pag. 260. Ἄρτι μὲν ἡ φιλεργὸς μέλισσα τὸ πτερὸν ἑλκύσασα, καὶ τῶν σίμβλων ἐπαναστᾶσα, τὴν ἑαυτῆς σοφίαν ἐπιδείκνυται, καὶ λειμῶνας ἐφίπταται, καὶ συλᾷ τὰ ἄνθη. καὶ ἡ μὲν πονεῖ τὰ κηρία, τὰς ἑξαγώνους καὶ ἀντιθέτους σύριγγας ἐξυφαίνουσα, καὶ τὰς εὐθείας ταῖς γωνίαις ἐπαλλάττουσα. ἔργον ὁμοῦ κάλλους καὶ ἀσφαλείας. ἡ δὲ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται καὶ γεωργεῖ τῷ ξενίζοντι καρπὸν γλυκὺν καὶ ἀνήροτον, &c.

75 *Nexilis inscia conjugii*] Quintil. Declam. xiii.

81 *Quæ veterum tuba*] Pindar. Nem. vi. Πλατεῖαι πάντοθεν λογίοισιν ἐντὶ πρόσοδοι θεὸν εὐκλέα κοσμεῖν.

98 *Effigiem meditata suam*] Basil. M. Hexaëm. Homil. x. et xi. Ambros. Hexaëm. vi. cap. 7. et 8. Cl. Alexand. Protrept. ad Græc. pag. 18. lin. 12. et ibid. p. 28. lin. 5. Basil. Seleuc. Orat. i.

101 *Tunc per amœna virecta*] Basil. M. de Paradiso p. 643. Dracont. Hexaëm. vs. 232. Ambros. Epist. vi. 42.

105 *Quadrifluo amne*] V. N. ad Dracont. Hexaëm. vs. 63. Philon. lib. i. Legis allegor. Alcim. i. 260.

109 *Carpere poma veto*] Ambros. Epist. vi. 42. Cyprian. de Ligno vitæ, Greg. Nyssen. lib. de opificio hominis, p. 206.

119 *Tegmina suta parant*] Ambros. lib. de Paradiso cap. xiii. Zehner. cent. iv. adag. sac. ii. Vide et Basil. M. p. 165. et 216.

132 *Posteritas ruit in facinus*] Alcimus Avitus: 'Eva sese pariter comitemque fefellit, et nondum natam percussit vulnere prolem.' Et Sedul. 'Unius ob meritum cuncti periere minores.' Refer huc illud Horatii Carm. iii. 6. 'Damnosa quid non imminuit dies? Ætas parentum, pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.'

135 *Impia crimina morte luit*] Ambros. de Paradiso cap. ix. Et alias,

quod dicit in Apoth. 'Peccati sæva satelles Pœna.' Et Plato v. de LL. Τιμωρία δ' ἀδικίας πάσης ἀκόλουθος. Horat. Carm. III. 2. 'Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.' Confer Richter. Axiom. Polit. c. CCCII. 'Nec enim crimen quisquam in pectore gestat, qui non idem Nemesim in tergo. Culpæ enim comes justissime pœna semper est.' Lips. de Constant. II. 13. et 16.

174 *Neu piger immodicis dapibus Viscera tensa gravet*] Sicut enim scribit Chrysost. super Acta Apost. Homil. XXXV. Τοῦ γὰρ τρυφῶντος τὸ σῶμα ἔκλυτον καὶ πεπλαδηκός. ἔπειτα καὶ αἱ τοῦ σώματος αἰσθήσεις οὐκ εἰσὶν εἰλικρινεῖς οὐδὲ ὑγιεῖς, ἀλλὰ χαῦναι καὶ μαλακαί. τούτων δὲ οὐκ οὐσῶν, οὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡδονὴ φαίνεται, &c. Et paulo post: Τίνι δὲ οὐκ ἔστιν ἀηδὴς ἄνθρωπος πολυσαρκίαν ἀσκῶν, φώκης δίκην συρόμενος; &c. Et mox: Αὐτὸς δὲ καθάπερ οἱ χοῖροι εὐθέως ἀπὸ πρωῒ ἐπὶ βοσκὴν ἔξεισι τῆς γαστρὸς, ζητῶν πῶς τράπεζαν πολυτελῆ κατασκευάσει. Item: ἀνίσταται διατεινόμενος, καθάπερ ὄντως ὗς πιαινόμενος, &c. Basil. M. homil. de jejun. pag. 135. Βαρουμένη γαστὴρ οὐχ ὅπως πρὸς δρόμον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ὕπνον ἐπιτηδεία, διότι καταθλιβομένη τῷ πλήθει, οὐδὲ ἠρεμεῖν συγχωρεῖται, ἀλλ' ἀναγκάζεται πολλὰς ποιεῖσθαι τὰς περιστροφὰς ἐφ' ἑκάτερα.

186 *Vigor igneolus Non moritur*] Basil. Seleuc. Orat. in Publicanum et Pharisæum: τὴν φύσιν ἀθάνατος ἡ ψυχή. Ovid. Met. XV. 185. 'Morte carent animæ.' V. N. ad Dracont. Hexaëm. vs. 552. Et inf. περὶ στεφ. X. 471. Ambros. de Cain. II. 10.

196 *Credo equidem, neque vana fides*] Virg. Æn. IV. 12. 'Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.' Et Æn. VI. 859. 'Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.'

HYMN. IV. 2 *Quem lex corporis imbecilla poscit*] Chrysost. in Matth. Homil. XLV. pag. 415. Τὸ πλέον τοῦ δέοντος, οὐκ ἔτι τροφὴ, ἀλλὰ λύμη μόνον, &c. Et in 1 Timoth. v. Homil. XIV. pag. 1592. Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ τὸ πλέον τῆς τρυφῆς, ἢ κόπρου πλεονασμός. ἔχει γὰρ ἡ φύσις μέτρα, καὶ τὸ πλέον ἐκείνων οὐκέτι γίνεται τροφὴ, ἀλλὰ λύμη καὶ κόπρος πλείων. θρέψον τὸ σῶμα, μὴ ἀποκτείνῃς, &c. Nazianzen. in Baptisma pag. 238. ὑπερβάλλουσα τροφὴ σώματι πολέμιος. Vide Chrysost. super Acta Apost. Homil. XXVII. pag. 643. D. Hieron. in regulis monach. c. XXXV. et XXXVI.

4 *Qui Cherubim sedile sacrum*] D. Hieron. tom. II. p. 55. a.

8 *Expers principii*] Inf. περὶ στεφ. X. 316. Unde a Sibylla, teste Lactantio I. 7. appellatur αὐτοφυὴς, ἀμήτωρ, αὐτογενὴς, ἀγέννητος, ἀπείητος. Vide Ephes. I. 5. Johann. XVII. 5.

13 *Omne quod sumus*] Act. XVII. 28. Hinc Oppian. Halieut. v. 7. homines appellat ἀντωπὸν μακάρεσσι γένος.

31 *Parcis victibus expedita corda*] Egregie ut omnia Chrysost. in Epist. ad Timoth. 1. cap. v. Homil. XIV. Καθάπερ ἡ συνεχὴς συννέφεια καὶ δασεκὴς οὐκ ἀφίησι τὴν ἀκτῖνα διαλάμψαι ποτέ· οὕτως οἱ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ οἴνου ἀτμοὶ, καθάπερ τινὰ σκόπελον, τὸν ἐγκέφαλον ἀπολαβόντες, καὶ πυκνὸν ἐκεῖ στήσαντες νέφος, τὸ λογικὸν οὐκ ἀφιᾶσιν ἐκταθῆναί ποτε, ἐν πολλῇ σκοτομήνῃ κατέχοντες τὸν ταῦτα παθόντα. Et paulo post: Ὅσῳ ἂν τὸ σῶμα λιπαίνηται καὶ παχύνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ψυχὴ κατισχνοῦται, καὶ ἀσθενεστέρα γίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον θάπτεται. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς κόρης τῶν ὀφθαλμῶν, ἂν μὲν τοὺς ἔξωθεν ἐπικειμένους χιτωνίσκους ἐργάσῃ παχεῖς, οὐκ ἰσχύει τὸ διορατικὸν ἀφεῖναι καὶ ἀτενίσαι, τῆς ἀκτῖνος ἐκκρουομένης ὑπὸ τῆς παχύτητος, καὶ σκότος γίνεται πολλάκις, οὕτως καὶ τὸ σῶμα, ἐπειδὰν λιπαίνηται, πολλὴν εἰκὸς τὴν παχύτητα περικεῖσθαι. Et rursus Hom. XLV. super Matth. f. 414. Ἡ τρυφὴ ἀμβλύνει τὰς αἰσθήσεις, καὶ σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ πηροῖ τὸν νοῦν ὀξὺ βλέποντα, &c. Vide utrobique plura, ut et super Act. Apostol. Homil. XXVII. pag. 645.

Cyprian. Epist. IV. 4. 'Sed et de victu parco et sobrio potu divinis dignationibus admonemur, scilicet ne vigore cælesti sublime jam pectus illecebra secularis enervet, vel ne largioribus epulis mens gravata minus ad preces orationis evigilet.' D. Hieron. in reg. Monach. tom. II. p. 178. a. 'Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Docet Æsopi fabula, plenum muris ventrem per angustum foramen egredi non valere.' Hinc Nazian. *Νοῦς λεπτὸς ὄγκον ἐκδιώκει γαστέρος.* 'Subtilis animus molem ventris defugit.' Vide Erasm. adag. 'Pinguis venter non gignit tenuem sensum:' *παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.* Hadr. Junius Cent. III. Adag. I. 'Anima sicca sapientissima;' ubi hunc Prudentii locum allegat. Senec. Epist. XCV. et CX. Basil. M. Homil. de Jejun. p. 135. et seq. et In ebrietatem p. 192. et seqq.

38 *Inter raucisonos situm leones*] Cyprian. de duplici martyrio: et Epist. IV. 6. Ambros. Epist. X. 82. D. Hieron. de muliere septies icta: 'Huc beati Danielis revocetur historia: juxta quem adulantibus caudis prædam suam leonum ora timuerunt.' Nazian. Homil. in Cyprianum pag. 110. Καὶ *ῥύεται (ὁ Χριστὸς) μὲν ἐκ λάκκου δίκαιον, λέουσι προτεθέντα βορὰν, καὶ χειρῶν ἐκτάσει τοὺς θῆρας νικήσαντα.* Basil. M. pag. 177. Εἶχε *δὲ καὶ ὁ Βαβυλώνιος λάκκος τὸν Ἰσραηλίτην νεανίσκον. αἰχμάλωτον μὲν τὴν συμφορὰν, ἐλεύθερον δὲ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ φρόνημα. καὶ τί τὰ παρ' ἐκείνων; οἱ μὲν λέοντες παρὰ φύσιν ἐνήστευον. ὁ δὲ τούτου τροφεὺς Ἀββακοὺμ ἐφέρετο δι' ἀέρος. κομίζοντος τοῦ ἀγγέλου μετὰ τῶν ὄψων τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἵνα μὴ λιμῷ πιεσθῇ δίκαιος, τοσαύτης ὑπερηνέχθη γῆς καὶ θαλάσσης ὁ προφήτης ἐν μικρῷ μορίῳ καιροῦ, ὅσην ἐκ τῆς Ἰουδαίας μέχρι Βαβυλῶνος ἠπλῶσθαι.*

46 *O semper pietas*] Joseph. Antiq. I. 'Divinitas auxilium favoris sui non in parvis solet ostendere, sed ubi spes humana deficit.' Ambros. de Joseph. Patriarc. cap. V. 'Visitat Deus et in carcere suos: et ideo ibi est plus auxilii, ubi est plus periculi.'

59 *Abbacum Propheta*] Alcim. lib. ad Fuscin. soror. vs. 748. Perer. in Daniel. lib. XVI. p. 953. Theodolus Episc. in Ecloga: 'In foveam missum non attigit ira leonum, Quamvis passa famem tutante Deo Danielem, Signatis foribus cui prandia detulit intus Abbacuc solo transvectus regna capillo.'

HYMN. V. 2 *Qui certis vicibus tempora*] Boëth. Met. IV. 6. 'Semper vicibus temporis æquis Vesper seras nunciat umbras, Revehitque diem Lucifer almum.'

7 *Incussu silicis lumina nos tamen*] Vide D. Hieron. tom. II. p. 68. de cereo paschali. P. Fabrum Semest. III. 2. p. 37.

31 *Moses nempe Deum spinifero in rubo*] Exod. III. Damasc. in Theogon. vs. 6. *Ἤνεγκε γαστὴρ ἡγιασμένη λόγον, Σαφῶς ἀφλέκτῳ ζωγραφουμένη βάτῳ, Μιγέντα μορφῇ τῇ βροτησίᾳ θεοῦ,* &c. Cosmas Hierosolymita in Pentecosten: *Ἄφλεκτος πυρὶ ἐν Σινᾶ προσομιλοῦσα βάτος, θεὸν ἐγνώρισε τῷ βραδυγλώσσῳ καὶ δυσήχῳ Μωσεῖ.* Et Theophanes in Deiparæ Annunciat. *Κατεμήνυσεν ἡ βάτος ἀκατάφλεκτος μείνασα δεξαμένη φλόγα κεχαριτωμένη πανύμνητε, τοῦ κατά σε μυστηρίου τὸ παράδοξον. μετὰ τόκον μενεῖς γὰρ ἁγνὴ ἀεὶ παρθένος.* Damascenus de Domini transfiguratione, ut et Cosmas in eandem festivitatem. August. de Trinitate II. 3. et Quæst. III. super Exodum, Hilar. lib. IV. de Trinitat. Ambros. de Fide I. 5. et Epist. X. 82. et lib. de Virginibus pag. 1. et Hexaëm. IV. 3. Alcim. V. 23. Justin. Martyr. contra Tryph. p. 220. Basil. M. Homil. in Mamantem mart. pag. 240. et Hexaëm. Homil. VI.

55 *Signaque bellica Prætendunt clara draconibus*] Infra *περὶ στεφ.* I. 35. Lips.

de Milit. Rom. lib. IV. Dial. V.

65 *Præbent rupta locum*] Damasceni et Cosmæ hymni plerique ab hoc miraculoso Dei facto exordium capessunt. Philo l. III. de vita Mosis.

90 *Latices novos fundit scissa silex*] Deut. VIII. 15. Num. XX. 11. Philo ἐν νόμ. ἀλληγ. Τοῦ ἐξαγαγόντος σοι ἐκ πέτρας ἀκροτόμου πηγὴν ὕδατος. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς, inquit Apost. 1 Cor. X. οὐ γὰρ ἡ τῆς πέτρας φύσις τὸ ὕδωρ ἠφίει φησὶν, ἀλλ' ἑτέρα τὶς πέτρα πνευματικὴ τὸ πᾶν εἰργάζετο, τουτέστιν, ὁ Χριστὸς ὁ παρὼν αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ πάντα θαυματουργῶν. Chrysost. super Apostoli verba. Basil. M. Homil. ἐν αὐχμῷ καὶ λιμῷ, p. 177. Ambros. l. de fide resurrect. c. XVI. Philo lib. I. de vita Mosis.

93 *Instar fellis aqua*] Exod. XV. 23. Sirac. XXXVIII. 5. Macar. Homil. XLVII. pag. 522. Tertull. lib. adv. Jud. 'Lignum passionis Christi, unde vita pendens a vobis credita non est. Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moses aquam amaram indulcavit, unde populus, qui siti peribat in eremo, bibendo revixit: sicut nos, qui de seculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur siti pereuntes, i. e. verbo divino propinati, ligno passionis Christi aquam baptismatis potantes, fide, quæ est in eum, reviximus, a qua fide Israël excidit.' Vide et Theodoret. Quæst. XXVI. in Exod. August. de Mirabil. Scripturæ I. 22. et Quæst. LVII. in Exod. Justin. Martyr. contra Tryphon. p. 244. Ambros. Serm. XXIV. et de Sacram. II. 4. Philo lib. de congressu quærendæ erudit. causa.

97 *Implet castra cibus*] V. N. Psychom. vs. 374.

Ninguidus] Exod. XVI. 'Ιδοὺ ἐγὼ ὕσω ὑμῖν ἄρτους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. τῷ γὰρ ὄντι, ait Philo lib. περὶ φυγάδων, τὴν αἰθέριον σοφίαν ὁ θεὸς ταῖς εὐφυέσι καὶ φιλοθεάμοσιν ἄνωθεν ἐπιψεκάζει διανοίαις. αἱ δὲ ἰδοῦσαι καὶ γευσάμεναι, σφόδρα ἡσθεῖσαι, ἔμαθον μὲν ὃ ἔπαθον, τὸ δὲ διαθὲν ἀγνοοῦσι. διὸ πυνθάνονται, τί ἐστὶ τοῦτο (τὸ γὰρ Μάννα ἑρμηνεύεται, τί τοῦτό ἐστι) ὃ μέλιτος γλυκύτερον, χιόνος δὲ λευκότερον εἶναι πέφυκε; διδαχθήσονται δὲ ὑπὸ τοῦ θεοπρόπου, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος, ὃν ἔδωκε κύριος αὐτοῖς φαγεῖν. τίς οὖν ὁ ἄρτος; εἶπε. τοῦτο, φησὶ, τὸ ῥῆμα, ὃ συνέταξε κύριος. ἡ θεία σύνταξις· αὕτη τὴν ὁρατικὴν ψυχὴν φωτίζει τε ὁμοῦ καὶ γλυκαίνει. φέγγος μὲν τὸ ἀληθείας ἀπαστράπτουσα, πειθοῖ τε ἀρετῇ γλυκείᾳ τοὺς διψῶντας καὶ πεινῶντας καλοκἀγαθίας ἀφηδύνουσα. Ambros. Epist. VIII. 62.

111 *Jactatasque animas mille laboribus*] Macar. Homil. XII. pag. 150. Οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ ἄνευ παθημάτων, καὶ τῆς τραχείας καὶ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, καὶ ἀναπαῆναι καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Matth. VII. Confer D. Hæschelii notas in Philon. opuscula p. 246.

113 *Illic purpureis*] Vide Basil. M. de Paradiso p. 643.

117 *Balsama*] V. N. ad Genes. Victorini I. 224.

118 *Raraque cinnama*] Victorin. Massil. vs. 219. 'Spirantia cinnama odores.'

133 *Marcent suppliciis*] Ferias esse Stygias, et tormentorum vacuitatem apud inferos, ea nocte, qua Christi celebratur a mortuis resurrectio, tradit hic autor. Id alibi non legitur; et videtur Hispanicum esse commentum. Fabric.

152 *Lucem, qua reliqua præmia cernimus*] Philo lib. περὶ μέθης: Αὐτίκα τῶν χρωμάτων ἀντιλαμβανόμεθα, πῶς; ἆρ' οὐ σὺν ἀέρι καὶ φωτὶ τοῖς ἐκτὸς καὶ τῷ κατ' αὐτὴν τὴν ὄψιν ὑγρῷ; Aristotel. de Animal. II. 7. V. N. ad Dracont. vs. 20.

153 *Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus*] Philo lib. περὶ τῶν μετονομαζ. Νοήσει γὰρ τὸ νοητὸν εἰκὸς μόνον καταλαμβάνεσθαι, πηγὴ δὲ τῆς καθαρωτάτης αὐγῆς, θεός ἐστιν. ὥσθ' ὅταν ἐπιφαίνηται ψυχῇ, τὰς ἀσκίους καὶ περιφανεστάτας ἀκτῖνας ἀνίσχει. Ibid. Τὸ δεχόμενον τὴν

θείαν φαντασίαν, τὸ τῆς ψυχῆς ἐστιν ὄμμα.

156 *Pacifici Chrismatis*] P. Faber Agonist. II. 22.

Hymn. VI. 10 *Redit et quietis hora*] De somni Vigiliarumque vicissitudine Gregor. Nyssen. de opificio hominis p. 132.

11 *Blandus sopor vicissim fessos relaxat artus*] Somnus non animi universi sed tantummodo sensuum cessatio est, ex evaporatione nata, qua corpus reficitur, tanquam stirpes salubri aliqua irrigatione. L. Vives. Ambros. Hymno ad Vesperas: 'Deus creator omnium, Polique rector, vestiens Diem decoro lumine, Noctem soporis gratia. Artus solutos ut quies Reddat laboris usus, Mentesque fessas allevet, Luctusque solvat anxios.' Themist. *Τῶν περὶ ἡμᾶς παθῶν ὁ ὕπνος ἥδιστον.* Conferendus cum his est Lucr. IV. 908. et seqq. Et inter reliqua scribit ibid. vs. 951. 'Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus, Debile fit corpus, languescunt omnia membra: Brachia palpebræque cadunt, poplitesque procumbunt..... Deinde cibum sequitur somnus; quia quæ facit aër, Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnes, Efficit: et multo sopor ille gravissimus extat, Quem satur aut lassus capias: quia plurima tum se Corpora conturbant, magno contusa labore.'

13 *Mens æstuans procellis*] Confer Notas I. Trist. 11. 9. et Gruter. Suspic. IV. 3.

15 *Bibit oblivialé poclum*] V. N. I. Ponto 2. 43. et ib. 11. 21.

18 *Lethea vis*] *Αὐτοκασίγνητος γὰρ ἔφυ Λήθης θανάτου τε*, secundum Orphei versum. Natal. Com. III. 14. Sup. hym. I. 26. et inf. hym. X. 56.

29 *Liber vagat per auras*] Lucr. IV. 761. 'Nec ratione alia, cum somnus membra profudit, Mens animi vigilat, nisi quod simulachra lacessunt Hæc eadem nostros animos, quæ quum vigilamus,' &c.

30 *Rapido vigore*] Pisides Hexaëm. vs. 1618. ait, *νοῦν ταχύδρομον φύσει.* Elegantissime de mentis velocitate Philo lib. *περὶ τῶν μετονομαζ.* *Τῇ γὰρ διανοίᾳ, φησὶν, εἶπεν· ἣν τῶν εἰς ποδώκειαν ἐπαινουμένων οὐδὲν ἂν ἰσχύσαι παραδραμεῖν· ἐπεὶ καὶ τὰς πτηνὰς φύσεις ἁπάσας ἔφθακεν. ἀφ' οὗ μοι δοκεῖ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν ὁ δοκιμώτατος, ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα, φάναι· δηλῶν τὸ τῆς ὀξύτητος τάχος κατ' ἐπίτασιν ὕστερον τοῦ πτεροῦ τὸ νόημα θεὶς. ἐπὶ πολλὰ γὰρ ἡ διάνοια ἐν ταὐτῷ πράγματι ὁμοῦ καὶ σώματι στείχει μετὰ ἀλέκτου φορᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ γῆς καὶ θαλάττης αὐτίκα πέρατα φθάνει, συναιροῦσα καὶ τέμνουσα τὰ ἄπειρα μεγέθη διὰ στόματος. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἀναπηδᾷ, ὡς δι' ἀέρος εἰς αἰθέρα ἀνέρχεσθαι, καὶ μόλις περὶ τὴν ἐσχάτην τῶν ἀπλανῶν ἀψῖδα ἵστασθαι. τὸ γὰρ ἔνθερμον καὶ διάπυρον, ἠρεμεῖν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ*, &c. V. N. IV. Trist. 2. 59. Maxim. Tyr. dissert. VI. sub finem. Franc. Nans. in Notis ad Johan. VI. 86. Macar. Homil. XLVI. Rittersh. ad Oppian. Halieut. V. 660. et quod Hæschel. ad d. l. Philonis annotat. Ambros. Hexaëm. VI. 8. Inf. Apoth. vs. 806.

41 *Sed sensa somniantum*] Adi Artemidor. cap. I. II. et seqq. et Onirocrit. Achmetis cap. II. Natal. Com. III. 14. Saresber. II. 14. 15. 16.

48 *Ambage fallit atra*] Tibull. 'Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, Et pavidas mentes vana timere jubent.' Inde Nonn. XV. 96. *ὀνείρους* appellat *νοοπλανέας*. Et XXXV. 252. *κλεψινόους*. Vide Sapient. V. 6. Sirac. XXXIV. Zehner. Cent. II. Adag. Sac. cap. XXIII.

49 *Quem rara culpa morum*] *Τῶν σπουδαίων σπουδαῖα καὶ τὰ ἐνύπνια*, Socrates inquiebat. Et Philo *περὶ ὀνείρων· Τῶν γὰρ τὸ καλὸν δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν νομιζόντων, καὶ τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις φαντασίας εἰλικρινεστέρας καὶ καθαρωτέρας ἐξ ἀνάγκης εἶναι συμβέβηκεν, ὥσπερ καὶ τὰς μεθ' ἡμέρας δοκιμωτέρας πράξεις.* Basil. M. pag. 90. *Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ καθ'*

ὕπνον φαντάσματα, τῆς μεθημερινῆς ἐννοίας ἐστὶν ἀπηχήματα. Et homil. in martyrem Julittam pag. 148. *Ἀλλὰ καὶ οἱ ὕπνοι αὐτοὶ, μελετήματα ἔστωσαν τῆς εὐσεβείας. πεφύκασι γάρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλὰ, ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια.*

57 *Hoc Patriarcha noster*] Genes. XL. Philo *περὶ ὀνείρων* pag. 130. et 169.

71 *Sociam tenere virgam*] P. Faber Agonist. I. 23.

80 *Nebulis remotis*] Juven. Sat. X. 'Pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa, remota Erroris nebula.'

126 *Te fontis et lavacri Rorem subisse*] Tit. III. 5. Heb. VI. 6. Nazianz. *εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα* p. 238. et seqq.

131 *Frontem locumque cordis Crucis figura signet*] Muret. Hymno in S. crucem, et Alfonsus Ciaccon. de signis Crucis. Cosmas Hierosol. in exaltatione Crucis. Chrysost. Homil. VIII. in Epist. ad Coloss. Lactant. IV. 27. Cyprian. Serm. de passione Domini. Gretzer. de Cruce. Leonard. Lessius de Justitia et Jure II. 44. dubitat. 5.

HYMN. VII. 10 *Obstrangulatæ mentis ingenium premat*] Ambros. lib. de Helia et Jejunio c. VIII. 'Jejunium sobrietas mentis est: hoc vigent sensus. Jejunium custodit disciplinam: luxuriam sequitur inopia.' Egregie Chrysost. super Matth. Homil. XLV. *Ἡ γαστὴρ καὶ τὸν ἐγκέφαλον πολλάκις αὐτὸν βιασθεῖσα ἀπόλλυσι καὶ διαφθείρει.*

11 *Hinc subjugatur luxus*] Ambros. l. d. 'Jejunium continentiæ magisterium est, pudicitiæ disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ,' &c. Ibid. c. III. 'Jejunium refectio animæ, cibus mentis est, culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis.' Idem Epist. X. 82. 'Ut redundantia ciborum ac temulentia etiam maturior ætas calescit; ita mitigatur juventutis ferocitas epularum parsimonia, irriguoque fontis; et exterior ignis aquæ infusione extinguitur. Non mirum si etiam interiora æstus corporis fluviali potu refrigerantur. Cibo enim flamma alitur ac deficit. Siquidem fœnum, stipula, lignum, oleum, aliaque hujusmodi, alimenta ignis sunt, quibus pascitur: ea si detrahas, vel non suggeras, etiam ignis sopitur. Similiter ergo vapor corporis cibo alitur aut minuitur; cibo excitatur, cibo solvitur. Luxuria igitur mater libidinis est.' Aster. Homil. de Jejun. apud Photium pag. 820. Leonard. Lessius, de Justitia et Jure IV. 2. dubitat. 10. Perer. in Danielem lib. I. pag. 88. et seqq. Divus Bernhardus lib. de modo bene vivendi, Serm. XXIV.

20 *Animusque pigris stertat ut præcordiis*] Hieronym. in reg. Monach. tom. II. et tom. I. ad Eustoch. fol. 64. 'Ilico mens repleta torpescit; et, irrigata corporis humore, spinas germinat libidinum.' Item: 'Nihil ita obruit animum, ut plenus venter et æstuans, et huc illuc se vertens, et in ructus et in crepitum ventorum efflatione respirans.' Et rursus: 'Per luxum et abundantiam copiarum animæ fortitudo mollescit, et ejus pudicitia constupratur.'

22 *Detersa ut intus emicet prudentia*] Nubes et nebulæ solis intercipiunt radios: voluptates lucem mentis intervertunt. Cicer. Caton. Majore: 'Neque enim libidine dominante temperantiæ locus est omnino, nec in voluptatis regno virtus potest consistere.' Et: 'Voluptas, cum major est atque longior, omne animi lumen extinguit.' Rursus: 'Impedit consilium voluptas, rationi inimica, ac mentis, ut ita dicam, perstringit

oculos, nec habet ullum cum virtute commercium.' Recte ergo Divus Hieronymus l. d. 'Quod si quis existimat, se abundantia ciborum potionumque perfrui, et vacare posse sapientiæ; h. e. versari inter delicias, et delitiarum vitiis non teneri, seipsum decipit. Sensus noster illud cogitat, quod videt, audit, odoratur, gustat, attrectat: et ad ejus trahitur appetitum, cujus capitur voluptate. Frustraque quidam simulat salva fide et pudicitia et integritate mentis se abuti voluptatibus: cum contra naturam sit, copiis voluptatum sine voluptate perfrui,' &c.

26 *Helia tali*] Ambros. lib. de Helia et Jejunio, cap. II. et III. et lib. I. de interpellatione cap. 1. et Epist. x. 82. Cyprian. de Tentat. et Jejunio Christi. Basil. M. Homil. de Jejunio pag. 136. Divus Hieronymus reg. Monach. cap. XXXVI.

33 *Ne de propinquo sordium contagio*] Vide D. Hieron. l. d. tom. II. pag. 170. b. et Lips. Cent. I. Epist. 8. Referque huc illud Just. Mart. φωριᾷ ἡ γνώμη, καὶ πολλῆς ἐμπέπλησται κακοχυμίας ἀπὸ τῶν ἄλλων ὁμιλιῶν. Et alterum Synesii Epist. LVIII. 'Ο γὰρ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται· καὶ ὁ θίγων ἐναγοῦς, ἀπολαύει τῆς προστροπῆς. Philo de Essæis scribit, et ex eodem Eusebius lib. VIII. Præparat. 'In civitatibus eos non habitare, existimantes, ut contagionem aëris corporibus, sic conversationem vulgi animo nocere.' V. N. ad Terent. Phorm. II. 1.

37 *Moses*] Ambrosius de Helia et Jejun. cap. VI. et Epist. x. 82. Basil. M. Homil. de Jejun. pag. 136.

46 *Johannes hujus artis*] Ambros. ibid. cap. III. et eadem Epist. Isidor. Pelus. Epist. I. 69. Cl. Alexand. Pædagog. II.

62 *Amictus hirtis bestiarum*] Isidor. Pelus. lib. I. Ep. v. 74. Chrysost. Homil. x. in Matt. Hieron. tom. II. p. 73. b. Ambros. Serm. LXVI. Cl. Alex. Pædagog. II. p. 88.

69 *Locustis*] Isidor. l. d. Epist. CXXXII. et D. Hæschel. in notatiunculis ad Homil. Chrysost. in Johann. Baptist. diversorum de hoc animali attulit sententias. 'Locustis in cibum utuntur Libyes,' qui ad Leptim Africæ incolunt; teste Dioscoride II. 46. et Strabo lib. XVI. refert, 'Æthiopum quandam esse gentem locustis victitantem, admixto sale in massulas redactis.' Afri quoque iis vescebantur, ἀκριδοφάγοι nuncupati, de quibus Diod. Sic. lib. III. Judæi insuper inter comestibilia munda numerarunt locustas, Levit. XI. 22.

77 *Ibunt renati, non secus, quam si rudis*] Nazianzen. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα pag. 244. ἄγωμεν ἐντεῦθεν λαμπροὶ λαμπρῶς ὑπὲρ χιόνα λάμψαντες, ὑπὲρ γάλα τυρωθέντες, ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες. Basil. M. Homil. in Baptism. p. 190.

78 *Auri recocta vena*] Pindar. Nem. 'Ο χρυσὸς ἑψόμενος αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας.

90 *Cultum superni negligebat*] Plut. in Camillo haud injuria deplorat τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κρατοῦσαν αὑτῆς, ἀλλ' ἐκφερομένην ὅπου μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τῦφον, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίαν τῶν θείων καὶ περιφρόνησιν. Mecænas apud Dionem lib. LII. 'Nihil magni facit is, qui Deum et religionem contemnit.'

93 *Dextram perarmat Rhomphæali*] Respexit procul dubio ad illud Sapient. v. 21. 'Οξυνεῖ δὲ ἀπότομον ὀργὴν εἰς ῥομφαίαν, συνεκπολεμήσει δὲ αὐτῷ ὁ κόσμος ἐπὶ τοὺς παράφρονας. Vide ibid. seqq. et inf. Apoth. vs. 319.

99 *Suspendit ictum terror exorabilis*] Cyprian. Serm. III. de bono Patientiæ: 'Cum crebris, imo continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, et præstitutam semel retributionis diem patien-

ter expectat. Cumque habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam, sustinens scilicet clementer et differens, ut, si fieri potest, multum malitia protracta aliquando mutetur, et homo in errorum et scelerum contagione volutatus, vel sero ad dominum convertatur,' &c. Confer eleganter hunc ad modum disserentem Pisidem in Hexaëm. vs. 437.

104 *Servare malle, quam ferire*] Salvian. lib. v. de Gubernat. Dei p. 170. 'Tanta est misericordia Dei, ut, etsi nos pati vult aliqua de piaculis nostris, nolit tamen cuncta tolerare: quia castigat malos, non re mala; et agnoscere nos peccata mavult, quam sustinere,' &c. V. N. ad Dracont. vs. 512. et Basil. Seleuc. Orat. XII. et XIII. in Jonam.

108 *Fit procellosum mare*] Basil. Seleuc. Orat. XII. Τούτοις (θεοῦ) ἡ θάλασσα καθωπλισθεῖσα τοῖς διατάγμασιν, ἐκ βυθῶν ἐκλόνει τοὺς πλέοντας, κυμάτων ὄρη τῇ νηῒ περιστήσασα τὸν προφήτην ἀπῄτει, &c. Verbis Nonni I. 285. Πυργώθη δὲ θάλασσα, καὶ ὡμίλησεν Ὀλύμπῳ Ἠλιβάτοις πελάγεσσιν.

110 *Sors in fugacem missa*] Peucer. in lib. Divinat. tit. de Sortibus, mihi p. 214. et seqq. Basil. Seleuc. Orat. XII. Leonard. Lessius de Justitia et Jure II. 43. dubitat. 9.

113 *Præceps rotatur*] Virg. Æn. I. 119. 'Excutitur, pronusque magister Volvitur in caput: ast illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.'

115 *Alvi capacis vivus hauritur specu*] Basil. ibid. Καὶ τὴν ψῆφον τὸ κῆτος διεδέχετο· καὶ ἦν Ἰωνᾶς εὐθὺς ἐν ζῶντι τάφῳ φερόμενος, νηχόμενον οἰκῶν δεσμωτήριον, ἐγκινούμενον φάραγξι, θανάτου οἰκῶν γαστέρα, θανάτου μητέρα, &c. Nazianz. Homil. in Cyprian. p. 110.

120 *Tertiæ noctis vice*] Vide Chrysost. super Matth. Homil. XLIV. Damascen. in Epiphania, Ἐκ ποντίου λέοντος ὁ τριέσπερος Ξένος προφήτης ἐγκάτοις φλοιδούμενος, Αὖθις προῆλθε τῆς παλιγγενεσίας Σωτηρίαν δράκοντος ἐκ βροτοκτόνου Πᾶσι προφαίνων, τῶν χρόνων ἐπ' ἐσχάτων.

134 *Impendet ira*] Ὥσπερ ἄχθος, βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων, ἐπὶ κρατὶ κεῖται. Pindar.

139 *Tectus flagellis multinodi germinis*] Basil. l. d. et interpres Cl. Dausq. p. 82. et seq. Strignit. in Conc. super Jonam.

150 *Crinem fluentem sordidus spargit cinis*] Non tantum Hebræi, sed et Græci ac Romani quoque pulvere vel cinere injecto crinem et faciem conspurcare, totosque fœdare se humi prostrati consueverant, in luctu. Stat. Thebaid. VI. 'Sedet ipse exutus honoro Vittarum nexu genitor, squallentiaque ora Sparsus, et incultam ferali pulvere barbam.' Virg. Æn. X. de Mezentio: 'Caniciem immundo deformans pulvere.' Adi P. Fabrum II. Semest. cap. 10. et Bernart. ad Stat. pag. 110. Basil. M. Homil. περὶ εὐχαριστείας, pag. 145. Οὕτως οἴει προσήκειν καὶ τῷ πενθοῦντι πρέπον εἶναι σχῆμα, μέλαν ἱμάτιον, καὶ αὐχμηρὰν κόμην, καὶ σκότος ἐν οἰκίᾳ, καὶ ῥύπον καὶ κόνιν, καὶ μέλος στυγνὸν, ἀεὶ νεαρὸν τῆς λύπης τὸ τραῦμα τῇ ψυχῇ διασώζειν.

152 *Sætasque plangens turba sumit textiles*] Alcim. lib. IV. de Ninivitis: 'Totus conjurat in omne Lamentum populus; concurrunt undique fletus. Pectora tunduntur, cælum suspiria pulsant. Mollibus abjectis, Cilicum dant tegmina setæ. Inque cibos cineres, lachrymas in pocula fundunt. Ipse etiam, dignus tali qui tempore princeps Ante aciem flentum portet vexilla salutis, Atque (novum dictu) metuens discrimina vincat, Projicit hinc sceptrum, linquit sublime tribunal: Pallia blattarum spreto diffibulat auro Serica despiciens, atque aspera tegmina sumens.' Utebantur videlicet in luctu hujusmodi Ciliciis, h. e. vestibus ex hircorum vel capra-

rum villis: quæ sic dictæ sunt, quod primum ea tonsura in Cilicia sit instituta: ut Varro ait. Suidas: Κιλίκια, τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα ὑφάσματα. Sæpissime autem in sacris literis mentio fit Ciliciorum et Saccorum, qui cum Ciliciis conveniunt. Vide Carolum Sigonium de Repub. Hebræor. IV. 18.

154 *Nigrante vultum contegit velamine*] Moris erat in luctu, veste uti nigra et atra. Et de lugubri hoc vestium colore, P. Faber II. Semest. cap. 10. Radulph Forner. rerum quotidian. II. 27. Alexand. ab Alexandro, Genial. III. 7. Johan. Kirchman. libr. II. de funeribus Roman. cap. XVII. Polydor. Virgil. de inventoribus rerum VI. 9.

156 *Rex ipse Coos*] P. Faber I. Semest. c. 16.

159 *Exuebat*] Idem II. Semest. c. 10.

166 *Greges et ipsos*] Confer Virg. Ecl. V.

171 *Brevem Deus refrenat iram*] Alcim. l. d. 'At pius ex alto contemplans talia rector, Exertas revocat sedatis motibus iras, Vibratumque tenens restringit missile ferrum.'

173 *Prona nam clementia Haud difficulter*] Juxta illud Proverb. XXVIII. 'Qui autem confessus fuerit, et reliquerit scelera sua, misericordiam consequetur.' Sulpitius Severus lib. I. scribit, 'Judæis semper peccantibus nunquam Dei, si quando eum imploraverant, defuisse clementiam.' Vide Cyprian. Serm. V. de lapsis.

186 *Inhospitali namque secretus loco*] Matth. IV. et Chrysost. Homil. XIII. super Matth. Cyprian. Serm. de Jejunio.

205 *Quod limat ægram corporis rubiginem*] Cyprianus ibid. 'Animi omnino necessaria est solitudo, ubi erecta specula mens sibi insopita provideat, et detersa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat ac repellat. Jejuniis vitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitivæ abeunt voluptates. Jejunium, si discretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, et tyrannidem gulæ spoliat et exarmat. Jejunium extraordinarios motus in cippo claudit et artat, et appetitus vagos distringit, et ligat,' &c.

206 *Perfusa non sic amne*] Sirac. III. 33. Cyprian. Serm. I. de Eleemosyna. Cl. Alex. Pædag. III. 7. Vide et Tobiæ XII. 9. Chrysostom. super Acta Apostol. Homil. XXII. 'Quoties igitur rogaris,' inquit Lactantius lib. de vero cultu, cap. XIII. 'tentari te a Deo crede, an sis dignus audiri: circumspice conscientiam tuam, et, quantum potes, medere vulneribus: nec tamen, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. Abolentur enim, si largiare Deo, quia peccaveras: nam si fiducia largiendi peccas, non abolentur.' Ambros. Serm. XXX. et XXXI.

207 *Nec sic calente sole*] V. N. III. Trist. 2. 19.

209 *Vanescit almo trita sub Jejunio*] P. Chrysologus Serm. VIII. de Jejun. et Eleemos. 'Quod est terris ver, hoc misericordiam scimus esse in jejunio. Sicut vernus flatus tota facit germina florere camporum, ita misericordia tota jejunii semina producit in florem, in cælestem messem totam facit fructificare virtutem. Misericordia et pietas jejunii sunt alæ, per quas tollitur et portatur ad cælum, sine quibus jacet et volutatur in terra. Jejunium sine misericordia simulachrum famis est,' &c.

212 *Operire nudos*] Chrysost. in Matt. Homil. LIII. et LXXX. Basil. M. Homil. εἰς πλουτοῦντας.

218 *Cujus sinistra*] Matt. VI. 3. Chrysost. homil. XIX. et XXI. Zehner. cent. III. Adag. Sacr. V. Isidor. Pelus. Ep. I. 84.

Hymn. viii. 9 *Nona summissum rotat hora*] Hic vide mihi, quæ decus nostrum et eruditorum delitium Goldastus scripsit in S. Columbani regulam parænet. i. p. 227.

26 *Neve subducto*] Matth. vi. 16. Chrysostomus Homil. xxi. super Matth.

33 *Ille ovem morbo residem*] Lucæ xv. Basil. Seleuc. Orat. xxvi. ubi ait inter cætera: *Χαίρει (ὁ ποιμὴν) τοῖς παροῦσι, καὶ ζητεῖ τὸ πλανώμενον. οὐ παραιτεῖται νάπας περιϊέναι καὶ ὕλας. κρημνοὺς περιέρχεται. καὶ τῷ πλανωμένῳ πλάνην μερίζεται. κἂν εὕρῃ κάμνον, οὐ μισεῖ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλ' οἰκτείρει διὰ τὸ πάθος, καὶ τοὺς ὤμους ὑποβαλὼν, οἰκείῳ μόχθῳ θεραπεύει τοῦ προβάτου τὸν πόνον*, &c. Alcim. iii. 385. Ambros. prolog. lib. i. de Spiritu Sancto. Macar. Homil. xliv.

69 *Quicquid facias, vocato Numinis nutu prius*] 1 Cor. x. 31. Coloss. iii. 17. Super quem locum Chrysost. Homil. 9. *Ἐὰν γὰρ*, inquit, *οὕτως ποιῶμεν, οὐδὲν ἔσται μιαρὸν, οὐδὲ ἀκάθαρτον, ἔνθα ἂν ὁ Χριστὸς καλεῖται. ἐὰν ἐσθίῃς, ἐὰν πίνῃς, ἐὰν γαμῇς, ἐὰν ἀποδημῇς, πάντα ἐν ὀνόματι τοῦ θεοῦ πράττε. τουτέστιν, αὐτὸν καλῶν βοηθόν. ἐπὶ πάντων πρότερον αὐτὸν εὐχόμενος, ἅπτου τῶν πραγμάτων.* Et mox: *ἐσθίεις; εὐχαρίστησον τῷ θεῷ, καὶ μέλλων καὶ μετὰ ταῦτα. καθεύδεις; εὐχαρίστησον τῷ θεῷ, καὶ μέλλων καὶ μετὰ ταῦτα. πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου ποίει, καὶ πάντα σοι εὐοδωθήσεται· ὅπου ἂν ἐπιτεθῇ τὸ ὄνομα, πάντα αἴσια*, &c.

Hymn. ix. 10 *Corde natus*] Paulin. ad Auson. Epist. i.

19 *O beatus partus ille*] Vide Basil. Seleuc. Orat. xxxix. in Deiparæ annunciationem.

28 *Cantharis infusa lympha*] Sedul. l. iii. 'In vinum convertit aquas: dimittere gaudent Pallorem latices, mutavit læsa saporem Unda suum, largita merum, mensasque per omnes Dulcia non-nato rubuerunt pocula musto.' Chrysost. super c. ii. Johan. Homil. xxi. De hoc et seqq. miraculis Pisides hexaëm. vs. 1775. *Δι' οὗ φάλαγξ μὲν δαιμόνων ἐλαύνεται· Πεζεύεται δὲ τῆς θαλάσσης ἡ χύσις· Ἀνειμένη δὲ τῆς ῥοῆς ἡ χαυνότης Ἐκ τοῦ γεώδους οὐ βαρεῖται φορτίου. Ἄρτοι δὲ πηγάζουσι μυριοτρόφοι Ἐκ πενταρίθμων ἐκρυέντες κλασμάτων· Ὕδωρ δὲ νέκταρ θαυματουργεῖται γάμῳ, Ἕτοιμος οἶνος ἐξ ἀθήλων βοτρύων, Καινίζεται δὲ γεῦσιν, ὄσφρησιν, φύσιν, Καὶ τρεῖς ὅρους ἤμειψεν ἐξ ἑνὸς λόγου· Σφίγγει δὲ χωλὸς τὰς ἀνάρθρους συνθέσεις, Ἐκτείνεται δὲ συστολὴ παρειμένη. Ξηραίνεται δὲ κρουνὸς ᾑματωμένος, Σφαγεὺς ἀγωγὸς, ἐμφραγεὶς τῷ κρασπέδῳ· Κόνις δὲ τυφλῶν ὀμματοῖ θεωρίαν, Τὸ πτύσμα τοῦ πλάσαντος εὐλαβουμένη Καὶ νεκρὸς ᾅδης γίνεται παρ' ἐλπίδα, Πλούτων πενιχρὸς καὶ σφαγεὺς ἐσφαγμένος· Μαραίνεται γὰρ τοὺς νεκροὺς ἀναπτύων, Οὓς εἶχεν, οὓς ἔσφιγγε κολπώσας κάτω Ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ψυχολέθροις ἀγκάλαις.*

31 *Membra morbis*] Arnob. lib. i. pag. 31. Chrysost. Homil. xxvi. in Matth.

34 *Tu perennibus tenebris*] Marc. viii. Luc. xix. Johan. ix. Sedul. l. iii. 'Mox lumina tangens Evigilare jubet, quæ somnus presserat ingens; Atque diu clausas reserans sub fronte fenestras, Ingrediente die fecit discedere noctem.' Idem l. iv. 'Cujus in lumina Christus Exspuit, et speciem simulatæ noctis ademit.'

35 *Limo salubri*] Nonn. in Joh. ix. 29. nominat *πηλὸν φαεσφόρον*. Cyrus Prodromus: *Ὁ πηλὸς οὗτος, πηλὸς ὀμματοεργάτης, Οὐχ ὡς φύσιν σχὼν δημιουργὸν ὀμμάτων, Ἀλλ' ὡς ὑπουργῶν τῇ κελεύσει τοῦ λόγου. Ὡς ἐμπτύσαις μοι Χριστὲ ταῖς ψυχῆς κόραις.* Infra Apoth. vs. 675. Ambros. Ep. ix. 75. 'Quod autem lutum fecit, et superunxit oculos cæci, quid aliud significat, nisi ut intelligeres, quia ipse hominem luto illito reddidit sanitati, qui de luto hominem figuravit, et

quod hæc caro luti nostri per Baptismatis sacramenta æternæ vitæ lumen accipiat,' &c. Vide Asterii Homil. in cæcum, apud Photium in Biblioth. pag. 823.

37 *Increpas ventum furentem*] Chrysost. Homil. xxix. Arnob. lib. i. pag. 31. 'Cujus vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria? procellarum turbines tempestatesque sidebant?'

40 *Extimum vestis sacratæ*] Arnob. ibid. 'Unus fuit e nobis, cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis, et immoderatos cohibebant fluores?' Chrysost. Homil. xxxii. Sedul. l. iii.

46 *Sole jam quarto*] Joh. xi. Basil. Seleuc. Orat. xl. Chrysost. Homil. lxi. in Johan.

49 *Ambulat per stagna ponti*] Mamertus: 'Omnipotens verbo sternit mare, vel pede calcat.' Arnob. l. d. 'Qui per altissimos gurgites pedem ferebat inultum, calcabat ponti terga, undis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura.' Inf. περὶ στεφ. x. 945. et Apotheos. vs. 658. Chrysost. super Matth. xiv. Homil. li.

58 *Quinque panibus*] Arnob. d. l. 'Unus fuit e nobis, qui sequentium se millia quinque saturavit quinque panibus. Ac, ne esse præstigiæ incredulis illis viderentur et duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerabat.' Matth. xiv. Basil. Seleuc. Orat. xxxiii. Chrysost. Homil. l. August. Tract. xxiv. in Johan.

62 *Nescit esurire in ævum*] Johan. vi. 35. Chrysost. in Joh. Homil. xlv. August. Tractat. xxvi. in Johan.

69 *Gestat et suum*] Johan. v.

97 *Tunc patres*] Matth. xxvii. 52. Chrysost. Hom. lxxxviii.

109 *Te senes*] Psal. cxlviii. et August. Enarrat. tom. viii.

113 *Imber, æstus*] Vide fuse hæc tractantem Pererium commentar. in Danielem lib. iv. p. 224. et seqq.

Hymn. x. 1 *Deus fons animarum*] Zoroaster Magnus in suis oraculis ψυχῆς ὀχετὸν, 'animæ fontem' appellat Deum. Arnob. l. ii. adv. Gent. 'Quia uno ex fonte omnium nostrum defluunt animæ.'

11 *Petit halitus æthera*] Huc pertinet, quod ex Epicharmo citat Plutarch. in Orat. consol. ad Apoll. Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν. γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω: 'Concreta sunt, et discreta sunt, et rursus abierunt, unde venerant; terra quidem in terram, spiritus vero sursum.' Cui omnino simile est illud Euripidis, ab ipso Heraclide Pontico relatum: Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντα, εἰς γαῖαν, Τὰ δ' ἀπ' αἰθρίου βλαστόντα γονῆς, εἰς αἰθέρα. 'Retrorsum eunt, tellure nata in tellurem; Ex æthereo semine genita, fiunt æther.' Et illud item ejusdem Euripid. in supplicib. vs. 518. Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς, Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. Tiraquell. tom. ii. gloss. v. p. 721.

13 *Quia cuncta creata necesse est, Labefacta senescere*] Lucr. ii. 1174. 'Nec tenet, omnia paulatim tabescere et ire Ad scopulum, spatio ætatis defessa vetusto.' V. N. ad Apoth. vss. 512. et 558.

22 *Ceu carcere clausa ligantur*] Chrysost. Homil. xiv. in Matth. Ὥσπερ οἱ ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων τούτων μετὰ τῶν ἁλύσεων προσάγονται εἰς τὸ δικαστήριον· οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πᾶσαι, ὅτ' ἂν ἐντεῦθεν ἀπέλθωσι τὰς ποικίλας περικείμενοι σειρὰς τῶν ἁμαρτημάτων, ἐπὶ τὸ βῆμα ἄγονται τὸ φοβερόν· καὶ γὰρ δεσμωτηρίου οὐδὲν ἄμεινον ὁ παρὼν βίος διάκειται. Et quæ ibidem sequuntur plura.

25 *Si terrea forte voluntas*] Videtur ante oculos habuisse locum Horat. Sat. ii. 2. 'Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægra-

vat una, Atque affligit humo divinæ particulam auræ.' Justin. Martyr in exposit. fidei: *Εἰ γὰρ καὶ νοῦς ἡμῖν καθαρὸς ἐνίδρυται, δι' οὗ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς πολλάκις τῷ λόγῳ περιδραττόμεθα· ἀλλά γε τῇ συζύγῳ σαρκὶ βαρυνόμενος, ἀτονεῖ τὴν ἐναργῆ τῶν μειζόνων κατάληψιν· ἐπεί περ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα.* D. Ambros. Epist. v. 21. 'Unaquæque anima videns se corporeo isto clausam gurgustio; quæ tamen terrenæ hujus habitationis consortio non degeneraverit, ingemiscit gravata corporis hujus conjunctione. Quia corruptibile corpus gravat animam, et inclinat terrenum habitaculum mentem multarum cogitationum,' &c. Maximus lib. I. de charitate: 'Quemadmodum passerculus pede alligatus, volare incipiens, in terram funiculo trahitur, sic quoque mens, ad rerum cælestium cognitionem volare contendens, ab effectibus ducitur, et ad terram detrahitur.' Seneca Epist. LXVI. 'Attollunt et levant animum; qui gravi sarcina pressus, explicari cupit et reverti ad illa, quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pœna est: premente illo urgetur; in vinculis est: nisi accessit philosophia, et illum respirare rerum naturæ spectaculo jussit, et a terrenis dimisit ad divina,' &c. Eleganter Fabric. lib. II. Odar. 'Nam dum vivimus, atque mens Cæco carcere clauditur, Hæc crates lutea impedit, Ad cælum, unde trahit genus, Pura et libera ne volet.' Et Pythagorici opponunt *τὸ σκῆνος καὶ τὰν ψυχὰν*, ut docet Daniel Heinsius, Musarum illud delitium, ad Max. Tyr. p. 1. 4. V. N. Psychom. vs. 904. et confer Boëth. lib. v. Met. 5.

45 *Hinc maxima cura sepulchris*] Vide P. Fabrum III. Semest. 13.

49 *Candore nitentia claro*] Cæsar Baron. tom. I. Annal. p. 318. Solebant prisci funera non solum *κειρίαις* involvere, verum toga quoque vel pallio amicire, et feretrum velamento obtegere. D. Hieron. tom. III. Ep. CXVI. de obitu Basillæ: 'Ex more parantur exequiæ, et, nobilium ordine præeunte, aureum feretro velamen obtenditur.' Idem in vita Pauli: 'Cur mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus?' Vide Lindebrog. observat. ad Ammian. Marcell. p. 53. et seq.

51 *Aspersaque myrra*] Usus myrræ etiam in funere. Joh. Kirchman. de funerib. Rom. I. 8. Basil. M. in Psal. XLIV. p. 106. *Ἡ μὲν οὖν σμύρνα, ὅτι ταφῆς ἐστι σύμβολον, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς Ἰωάννης ἐδίδαξεν, εἰπὼν ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ Ἀριμαθαίου ἐνταφιάσθαι μετὰ σμύρνης καὶ ἀλόης.* Et paulo post: *Ἔχεις οὖν σμύρναν μὲν, διὰ τὴν ταφήν.*

53 *Quid nam sibi saxa cavata*] Tertull. lib. de resurrect. carnis.

56 *Non mortua, sed data somno*] Vide Macar. Homil. XV. Plut. in Orat. Consol. *ὕπνος ἐστὶ θανάτου μικρὰ μυστήρια.* Item: *πρόμνησις θανάτου ὕπνος.* Basil. M. Homil. in Barlaam Martyr. p. 202. *ὕπνος δὲ τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος· μᾶλλον δὲ πρὸς κρείττω ζωὴν ἐκδημία.* Sup. Hym. I. 26.

61 *Qui jacta cadavera passim miserans tegit*] Johan. Kirchmann. l. d. III. 21. P. Faber II. Semest. 1. et 3. Semest. 13. p. 178. et seqq.

65 *Quia lex eadem monet omnes gemitum dare*] Recte Euripid. Androm. vs. 422. *οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ βροτοῖς ἅπασι.* Et quilibet debet *ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας*, quod ex Hippocrate scribit Isidor. Pelus. Ep. II. 171. V. N. I. Trist. 7. 28. et Stob. Serm. CCLVIII.

87 *Quam nocte et vulnere tristi*] Act. XIV. 21. 'Per multas tribulationes,' &c. 'Per angusta ad augusta.' *στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν.* Matth. VII. *δι' αὐτῆς τῆς τραχείας ὁδοῦ καὶ διοδεῦσαι χρὴ καὶ ὑπομεῖναι, καὶ θλιβῆναι, καὶ οὕτως εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν.* Macar. Homil. XXVII. p. 376. Vide eundem Homil. X. sub

finem, Chrysost. in Matth. Homil. 24.

90 *Per cruciamina lethi Via panditur*] Infra περὶ στεφ. XIII. 41. Et ibid. I. 29. 'Nobilis per vulnus amplum porta justis panditur.' D. Hieron. tom. II. p. 20. b. 'Mors omni homini dat requiem. Pro certo inter mala grassantia necessario exitus sitienter optatur. Sed sicut nec nostrum fuerat nasci, ita nec potestatis nostræ est mori. Alioquin si in nostra potestate mori consisteret, esset in potestate non mori. Ad hoc inter nostras angustias mortis requiem flagitamus; quia inter mala de bono solamen est non tacere: navigantium more, quibus refrigerium est inter infestos atque sollicitos cursus loqui de securitate portuensi, ad quam etsi non liceat, quantum animus cupit, celerius pervenire, juvat tamen, et satis pulcrum est, meliores partes optare. Sed quoniam nec nostræ potestatis est potiri melioribus, quæ de morte nascuntur; expectantes meliora, bonum interim geramus inter mala certamen. Bonum autem certamen est, malis non cedere, sed mala virtutis bono portare, per quæ in meliora de morte nascentia, morbis atque morte carentia, sublimati portemur. Sine ducatu enim atque morsu infelicitatis in triumphos immortalis gloria non pervenitur; quia per discrimina conficitur cursus in portu.'

92 *Et ad astra doloribus itur*] Chrysost. l. d. Ὁ ἀγωνιζόμενος, ἐπειδὰν ἴδῃ σαφῶς τὸν ἀγωνοθέτην θαυμάζοντα τὸ ἐπίπονον τῶν ἀγωνισμάτων, προθυμότερος γίνεται. μὴ τοίνυν ἀλύωμεν, ὅταν πολλὰ ἡμῖν ἐντεῦθεν συμβαίνῃ λυπηρά· τεθλιμμένη γὰρ ἡ ὁδὸς καὶ στενὴ ἡ πύλη, ἀλλ' οὐχ ἡ πόλις. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ ἐνταῦθα ἄνεσιν χρὴ προσδοκᾷν, οὐδὲ ἐκεῖ λυπηρόν τι λοιπὸν ἐκδέχεσθαι. Confer Macar. Homil. XLVII. p. 520.

101 *Nam nulla deinde senectus*] Augustin. Homil. XVIII. 'In altera piorum vita nullus erit morbus amplius, sed perpetuo sanitas.' Et ad Laurent. cap. LXXXIX. et XCI. 'Omnia erunt sine deformitate, curante artificis providentia, ne quid indecens fiat.' Divus Bernhard. Serm. III. de Domin. Lætare: 'In æterna vita erit vita sine morte, dies sine nocte, securitas sine timore, jucunditas sine dolore, tranquillitas sine labore, pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine perversitate, Christus sine malitia, veritas sine fallacia, felicitas sine miseria.' Divus Hieronymus tom. II. p. 23. 'Apud nos post perditum mundum, post mortem sanata sunt omnia: lætabimur incolumitate membrorum, ubi vita nullo morbo vexabitur.'

113 *Quid turba superstes*] Vide Comment. Terent. p. 499.

118 *Lachrymas suspendite matres*] Quia ἡ γυνὴ ἁπαλὸν ζῶον, ἀναγκαίως τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἁπλότητα φυσικὴν ἐμποιήσαντος, &c. Basilius Magnus p. 215. Item ibid. ἁπαλὴ ἡ φύσις ἡ γυναικεία παρήχθη, ἁπαλὴ καὶ φιλάνθρωπος. Vide Nazian. περὶ φιλοπτωχίας p. 133.

120 *Mors hæc reparatio vitæ est*] Chrysostomus homilia XXXV. in Matth. ἀλλὰ φθείρεται τὸ σῶμα, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα χαίρειν δεῖ, ὅτι ὁ θάνατος φθείρεται, καὶ ἡ θνητότης ἀπόλλυται, οὐχ ἡ οὐσία τοῦ σώματος· οὐδὲ γὰρ εἰ ἀνδριάντα ἴδοις χωνευόμενον, ἀπώλειαν προσερεῖς τὸ γινόμενον, ἀλλὰ βελτίω κατασκευήν. τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος λογίζου, καὶ μὴ θρήνει. Idem Orat. in Babylam: ἑτέρας ζωῆς φαιδροτέρας ἀρχὴ ἡ ἐνθάδε τελευτή. Basil. M. p. 128. ὁ θάνατος οὐ φθορά ἐστιν, ἀλλὰ ζωῆς ἀφορμή. οὐκ ἀφανισμός ἐστι παντελής, ἀλλὰ μετάβασις πρὸς τιμήν.

121 *Sic semina sicca virescunt*] Tertull. de Judicio Domini: 'Arida sic vacuis redduntur semina terris, Et penitus fixis putrescunt mortua sulcis. Nonne animatur et hinc repara-

tis culmus aristis, Atque iterum vivis flaccescunt fortia granis, Consurguntque novæ vario cum fœnore messes?' Vide eundem de resurrect. carnis p. 54. et Apologet. cap. XLV. Inf. II. in Symmach. vs. 261. Notas ad Dracont. vs. 447. Macar. Homil. V. p. 78. Ambros. lib. de fide resurrect. cap. XI. Athenag. de resurrect. mortuorum. Epiphan. in Ancorato: 'Η φύσις πᾶσα διαῤῥήδην ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδος· τὰ σπέρματα τῶν γεννημένων σπείρεται, καὶ πρῶτον ἀποθνήσκει, ἔπειτα τελεσφορεῖται. ἐὰν γὰρ μὴ ἀποθάνῃ, οὐ ζωογονεῖται.

129 *Animæ fuit hæc domus olim*] Macar. Homil. IV. 'Η ψυχὴ φοροῦσα ὥσπερ χιτῶνα καλὸν τὸ ἔνδυμα τοῦ σώματος. V. N. ad Dracont. vs. 552.

148 *Hominem periisse licebit*] 'Perisse enim est, in totum non esse, quod fuerit.' Tertull. de resurrect. carn.

169 *Nos tecta fovebimus ossa violis*] Joh. Kirchman. de funerib. Rom. IV. 2. Desid. Herald. I. Adversar. c. VI. Jacob. Pontan. progym. vol. III. parte 2. fol. 879. et seqq. Fr. Bencius Orat. XXVI. de sepultura Romanorum.

HYMN. XI. 9 *Cœlum nitescat*] Lege Nazianzen. εἰς τὰ γενέθλια τοῦ σωτῆρος p. 228. et seqq.

15 *Parens et expers conjugis*] Non injuria Mariæ Virgini tribui possent illa Ovid. Fast. V. 241. 'Cur ego desperem fieri sine conjuge mater, Et parere intacto, dummodo casta, viro?' Item ibid. vs. 156. 'Virgineo nullum corpore passa virum.' Fast. VI. 288. 'Impatiens viri.' A Nonno II. 11. appellatur φυγόδεμνος, ἀεὶ μεθέπουσα κορείην. Camerar. in capp. pietatis vs. 86. nominat ἀμύμονα, et alibi ἄδονον. M. Joh. Faber. Vide Apotheos. vs. 568.

18 *Verbo editus*] Verbum duplex: Gignens et genitum. Nisi malumus interpretari, verbi prolatione Eras. in cap. I. Joh.

33 *Nam cæca vis mortalium*] Arnob. lib. I. adv. Gent. 'Venerabar (o cæcitas) nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus Deos et ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, picturas, veternosis in arboribus tænias: si quando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine odoratum, tanquam inesset vis præsens, adulabar,' &c.

35 *Vel æra, vel saxa*] Just. Martyr ad Diognet. Epist. Οὐχ ὁ μέν τις λίθος ἐστὶν, ὅμοιος τῷ πατουμένῳ; ὁ δ' ἐστὶ χαλκὸς, οὐ κρείσσων τῶν εἰς τὴν χρῆσιν ἡμῶν κεχαλκευμένων σκευῶν; ὁ δὲ, ξύλον ἤδη καὶ σεσηπός; ὁ δὲ, σίδηρος ὑπὸ ἰοῦ διεφθαρμένος; ὁ δὲ ὄστρακον, οὐδὲν τοῦ κατεσκευασμένου πρὸς τὴν ἀτιμοτάτην ὑπηρεσίαν εὐπρεπέστερον; οὐ φθαρτῆς ὕλης ταῦτα πάντα; οὐχ ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸς κεχαλκευμένα; οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν, λιθοξόος; ὁ δὲ, χαλκεύς; ὁ δὲ, ἀργυροκόπος; ὁ δὲ κεραμεὺς ἔπλασεν; et quæ sequuntur.

46 *Mortale corpus induit*] Sedulius in Acrostich. 'Beatus auctor seculi Servile corpus induit: Ut carne carnem liberans, Ne perderet, quos condidit.' Basil. Seleuc. Orat. XXXIX. Διὰ τοῦτο μορφὴν ἔλαβε δούλου, ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ἵνα τοὺς δούλους τῆς ἁμαρτίας ἐλευθερώσας εἰς τὴν προτέραν εὐγένειαν ἐπαναγάγῃ, καὶ τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς υἱοὺς ἀναδείξῃ, τῇ κατ' αὐτὸν εἰκόνι πάλιν συμμορφωθέντας, &c.

73 *Jam mella*] Joël. III. 18.

88 *Excors natio, Vis cujus in pastu sita est*] Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. p. 53. Ἐγεννήθη τὸ πρόβατον νέμεσθαι, κάτω ἔχει τὴν κεφαλὴν συννεύουσαν, τῇ γαστρὶ ἐνορῶν, καὶ τοῖς ὑπὸ γαστέρα, ἐπειδὴ τέλος ἐκείνοις εὐδαιμονίας ἡ γαστρὸς πλήρωσις καὶ ἀπόλαυσις. Manil. lib. IV. 'Projecta jacent animalia cuncta In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent. Omnibus una quies, venter.' Unde Orpheo nominata ἄχθεα γῆς. Apul. Apolog. 'Nam quidem feris et pecudibus os humile, et

deorsum ad pedes dejectum, vestigio et pabulo proximum.' Basil. Seleuc. Orat. I. Sallust. initio belli Catilin. Lactant. II. 1. et 2. et 1. de ira Dei cap. VII. et XX. Ovid. Met. I. 84. Boëth. lib. V. Met. 5.

90 *Perosa præsentem Deum*] Lege Goclen. Quæst. Ethic. c. LXXX.

95 *Mentis recedit*] Sic Plaut. Trucul. 'Mehercle vobis resident mores pristini, ad denegandum ut celeri lingua utamini.'

106 *Terris cremandis*] Daniel. VII. 9. Justin. Martyr de Monarch. et Euseb. de præparat. Evang. XIII. recitant Sophoclis versus de mundi conflagratione: quos adduco ad Juvencum præfat. vs. 5. 'Quo cunctum torrens rapiet flamma ultima mundum.' Ovid. Met. I. 255. Perrer. lib. II. in Genes. p. 258. et seqq.

110 *Meritis rependet congrua*] Chrysostom. Homilia 80. super Matthæum.

HYMN. XII. 5 *Hæc stella*] De hac stella D. Ignatius in Epist. ad Ephes. *'Αστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ τοῖς ὁρῶσιν αὐτόν· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγίνετο τῷ ἀστέρι. αὐτοῦ τε ἦν ὑπερβάλλων αὐτοὺς τῷ φανῷ, ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ φαινομένη.* Adi Chrysost. Homil. VI. in Matth. August. tom. X. de tempore Serm. XXXI. XXXII. &c. Cyprian. de Stella et Magis et innocentium nece. Baron. I. Annal. p. 73. D. Hieron. ad Marcellam temo I. Ep. XVII. et XVIII.

13 *Arctoa quam vis sidera*] V. N. IV. Trist. et Ovid. Met. II. 528.

27 *Periti interpretes*] Juvenc. l. I. 'Gens est Eoi, Phœbo orto proxima, regni, Astrorum sollers ortusque obitusque notare. Hujus primores nomen tenuere Magorum.'

49 *Jam flos subit, radice Jesse*] Divus Hieronymus tomo 1. ad Eustoch. epist. 22. 'Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Virga, mater est Domini, simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine cohærente, et ad similitudinem Dei unione fecunda. Virgæ flos, Christus est, dicens: Ego flos campi, et lilium convallium.'

51 *Sceptrique per virgam virens*] V. N. Psychom. vs. 884. Ambros. Epist. X. 82.

57 *Sed verticem pueri supra*] Isidor. Pelus. Ep. I. 378.

64 *Tus, myrram*] Juvenc. ibid. 'Dejecti prono texerunt corpore terram, Submissique simul mox mystica munera promunt: Aurum, tus, myrram; regique, Deoque, hominique Dona ferunt.' Sedul. l. II. 'Aurea nascenti fuderunt munera Regi; Tura dedere Deo, myrrham tribuere sepulchro.' Inf. in Apoth. vs. 621. et seq. Cyprian. de Stella et Magis: 'Primitiæ gentium sacramentalia munera proferunt de thesauris, et Domino aurum et odoramenta præsentant, profitentes ex ratione munerum de eo, quem adorabant, quid crederent, quid sentirent. In auro Regem, in thure Sacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamvis passibilem, profitentur,' &c.

71 *Myrreus pulvis*] V. N. hym. superiori vs. 51.

93 *Tyrannus anxius*] Bene Tacitus: 'Tyrannorum mentes si recludantur, possint aspici laniatus et ictus: quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur.'

97 *Amens nuncio*] *Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν*, inquit Sophoc. Antig.

98 *Successor instat, pellimur*] Recte enim Divus Augustinus scribit, in c. quod autem XXIII. q. VII. 'Quis fastu dominationis elatus desideret habere consortem?' Et confirmat hoc Cornel. Tacit. l. II. Hist. et Curt. l. IX. rerum gest. Alexandri scribentes, 'insociabile regnum esse.' Quibus subscribens Herodian. Alexandrin.

qui l. VIII. ait, 'Incommunicabilis est natura potestatis.' Seneca quoque in Thyeste: 'Non capit regnum duos.' Et Agamem. 'Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.' Nec hinc dissonat illud Statii Theb. I. 128. 'Jurisque secundi Ambitus impatiens; et summo dulcius unum Stare loco, sociisque comes discordia regnis.' Illud quoque Ovid. de Art. III. 564. 'Non bene cum sociis regna Venusque manent.' Verum ante hos Ennius, a Cic. Off. I. relatus, dixerat: 'Nulla sancta societas, nec fides regni est.' Refert Plut. in Apoph. quod cum a Dario talentum permulta millia Alexandro offerrentur, petereturque, ut Asiam ex æquo divideret, respondit: 'Neque terram duos soles, neque Asiam duos reges tolerare.' Vide Lucan. I. 92. Euripid. Andromach. vss. 483. et 520. Heraclid. vs. 468. M. Minuc. Felic. p. 38. Lips. Polit. IV. 14. et II. 2. Tiraq. tomo I. de Jure primogen. p. 314.

101 *Mas omnis infans occidat*] Hujus loci est homilia Basilii Seleuc. de infantibus ab Herode occisis: et homilia Cypriani de Stella et Magis, et nece innocentium. Chrysost. in c. II. Matth. Homil. IX. Rursus Cyprian. Ep. IV. 6. 'Christi nativitas a martyriis infantum statim cæpit, ut ob nomen ejus a bimatu, et infra qui fuerant, necarentur. Ætas necdum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam; ut appareret, innocentes esse, qui propter Christum necantur, infantia innocens ob nomen ejus occisa est,' &c.

128 *Ceu turbo nascentes rosas*] Stat. Silv. III. 'Sed media cecidere abrupta juventa Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos: Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesque rosæ primos moriuntur ad Austros, Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.'

136 *Impune Christus tollitur*] Quia, teste Niceph. l. VII. τὸ θείας οὐ συμμαχούσης προνοίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τε καὶ πράγμασι, πονηρὸν αὐτοῖς ἀπαντᾷ τὸ τέλος καὶ σφόδρα τοι ἐναντιώτατον.

149 *Mens obstetricis sedulæ*] Exod. I. Vide Basil. Seleuc. orat. in Moysem, Clement. Alexandr. Strom. I. p. 148. et seq. Basil. M. Homil. in humilitatem p. 217.

155 *Notatam saxeis legem tabellis*] Nazianzen. in Carm. p. 36. mihi: τοὺς δὲ νόμους ἐχάραξε θεὸς δέκα ἔν ποτε πλαξὶ Λαϊνέαις.

168 *Lucis columnam*] Macar. Homil. XLVII.

171 *Sublimis Amalech premit*] Iterum Nazianz. Χριστὲ ἄναξ, ὃς ἀγναῖς ποτ' ἀειρομέναις παλάμῃσι Σταυροτύποις Μωσῆος ἐπ' οὔρεϊ σοῦ θεράποντος Ἔκλινας Ἀμαλὴκ ὀλοὸν σθένος. Cyprian. de Exhortat. Martyr. cap. VIII. 'Quod exemplum perseverandi et permanendi designatur in Exodo: ubi Moyses ad superandum Amalech, qui figuram portat Diaboli, in signo et sacramento crucis allevat supinas manus. Nec vincere adversarium potuit, nisi postquam stabilis in signo allevatis jugiter manibus perseveravit,' &c. Videatur August. Serm. XCIII. de Temp. Ambros. lib. VII. Epist. et Gregor. Magn. Homil. XXXIII. Theodoret. Quæst. XXXIV. in Exod. Justin. Mart. dialog. cum Tryphone p. 209. 248. 283. Philo lib. De congressu quærendæ eruditionis gratia, et lib. II. legis allegor.

189 *Effrem*] 'Effrem autem fæcunditatem fidei interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrem, sicut ait ipse Joseph dicens: Quia auxit me Deus in terra humilitatis meæ. Quod proprium est populi junioris, qui corpus est Christi, augens Patrem, et Deum proprium non relinquens,' &c. Ambros. l. de benedict. Patriarch. c. I. Philo lib. II. legis allegor. et lib. Resipuit Noë.

190 *Manassæ domus*] 'Manasses ex oblivione, Latina interpretatione sig-

natur; eo quod populus Judæorum oblitus est Deum suum, qui fecit eum. Et quicunque ex ea plebe crediderit, tanquam ex oblivione revocatur.' Ambros. ibid. Philo ibid. et lib. de migratione Abrahami.

ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ LIB.

Περὶ στεφάνων, h. e. De coronis. Sunt enim hymni in laudem Martyrum, qui, quoniam legitime certaverunt, coronis honestati sunt. Fabric.

HYMN. I. De Hemiterio et Chelidonio, Zachar. Lippelous in vitis Sanctorum tomo I. sub 3. Martii. Baron. tomo II. Annal. et Martyrolog. sub 3. Martii. ibidemque Baron.

1 *Scripta sunt calo duorum*] Cyprian. Serm. de ratione circumcisionis. Ambros. Ep. IX. 76. 'Peccatores in terra scribuntur, justi in cælo,' &c.

4 *Terra Ibera*] Plin. III. 3. 'Iberus, amnis navigabilis, commercio dives, ortus in Cantabris haud procul oppido Juliobrica; quem propter universam Hispaniam Græci appellavere Iberiam.' Isidor. Originat. XIII. 21. De Calagurritanis, Plin. d. l.

11 *Fama nam terras in omnes percucurrit*] Secundum Pindari enim pronunciatum, Isthm. IV. *Καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόντον βέβακεν ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.* Et ut ait Ovid. Fama 'tota est ex ore sonanti.'

18 *Nemo puras*] P. Fab. Agonist. II. 21.

25 *Hoc genus mortis decorum est*] Just. Mart. dialog. cum Tryphone: *Ἡμεῖς δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ θυσιάζειν οἷς πάλαι ἐθύομεν, ὑπομένομεν τὰς ἐσχάτας τιμωρίας, καὶ θανατούμενοι χαίρομεν, πιστεύοντες, ὅτι ἀναστήσει ἡμᾶς ὁ θεός.* Vide Epist. ad Diognetum, et Apolog. II.

32 *Quos ad perenne cingulum*] Adi Cyprian. Ep. II. 6.

35 *Proque ventosis*] Lipsius de Milit. Roman. IV. 5. Stewech. ad Veget. I. 23. Claudian. de III. Cons. Honorii vs. 138. 'Hi volucres tollunt aquilas, hi picta Draconum Colla levant, multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante Noto, vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.' Vide et Suid. in vocibus *Ἰνδοὶ*, et *χιλιοστοὶ*, et *σημεῖα Σκυθικά*. Frideric. Lindebrog. ad Ammian. p. 55. 'Erant ex serico purpureo in veri draconis formam effigiati,' et, ut Ammian. inquit, 'velut serpentis pendentis exuviæ.' Idem lib. XV. 'Cultu purpureo Draconum.' Et l. XVI. 'purpureum signum Draconis.' De his Chrysost. orat. de futuro judicio: *Ὑπόγραψόν μοι περὶ τὸν βασιλέα, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οἷον ἄνδρας χρυσοφοροῦντας, καὶ ζεῦγος λευκῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζομένων, καὶ ὄχημα χρυσοκόλλητον, καὶ πέταλα τούτῳ περισειόμενα, καὶ δράκοντας ἐν ἱματίοις σχηματιζομένους σηρικοῖς, καὶ ἀσπίδας χρυσοῦς ἐχούσας ὀφθαλμοὺς καὶ ἵππους, χρυσοφοροῦντας, καὶ χαλινοὺς χρυσοῦς.* Nazianz. Orat. I. in Julian. p. 287. *Δρακόντων φοβεροῖς χάσμασιν ἐμπετόμενα (συνθήματα) ἐπ' ἄκρων δοράτων αἰωρουμένοις, καὶ διὰ τῶν ὁλκῶν ῥιπιζόμενα φολίσιν ὑφανταῖς καταστίκτων, ἥδιστόν τε ὁμοῦ καὶ φρικτὸν θέαμα προσπίπτει ταῖς ὄψεσιν.* Modestinus lib. de vocab. rei milit. 'Signiferi, qui signa portant, quos nunc Draconarios vocant. Dracones enim per singulas cohortes a Draconariis feruntur ad bellum.'

44 *Illa et bisulcas ungulas*] Ungulæ erant bisulcæ: ut frequenter appellat Prudentius Hymn. III. et X. Dictæ autem ungulæ sunt, quod ea instrumenta ferarum imitarentur vestigia. Baron. ad Martyrolog. p. 185. Tertull. Apolog. c. XII. 'Ungulis deraditis latera Christianorum.' Cyprianus lib. de laude Martyrii: 'Nam prædurantibus licet guttis resultans ungula recurrat in vulnus,' &c. Et Ep. II. 6. 'Steterunt torti torquentibus fortiores, et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra vicerunt.' Et rursus Serm. V. de lapsis: 'Cum durissimi judicis re-

crudescente sævitia jam fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret; caro me in colluctatione deseruit, infirmitas viscerum cessit; nec animus, sed corpus in dolore defecit.' Vide Indicem.

48 *Vox fidelis plectitur*] Justin. Martyr. Apol. II. Μόνοι μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα.

53 *Fida quos per omne*] Confer Val. Max. IV. 7.

55 *Bipennem publicam*] I. e. Securim. Cassiodor. XI. 40. 'Abstine noxium, lictor, securim.' Martyrolog. sub Mart. 23. 'Sub Urbano præside securi percussi.' Baron.

57 *Leonibus*] Lips. de cruce, III. 11.

58 *Nosne Christo procreati Mammonæ dicabimur*] Chrysost. Homil. XXII. super Matth. VI.

59 *Et Dei formam gerentes serviemus sæculo*] Rom. XI. Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ. ubi Chrysost. Homil. XX. Καὶ γὰρ, inquit, χαμαίζηλον τὸ σχῆμα τοῦ αἰῶνος τουτου, καὶ εὐτελὲς, καὶ πρόσκαιρον, καὶ οὐδὲν ἔχον ὑψηλὸν, οὐδὲ διηνεκὲς, οὐδὲν εὐθὲς, ἀλλὰ πάντα διεστραμμένα. εἰ τοίνυν ὀρθὰ βούλει βαδίζειν, μὴ τυπώσῃς ἑαυτὸν κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ παρόντος βίου.

60 *Absit, ut cœlestis ignis se tenebris*] Ex illo est, 2 Corinth. VI. 14. Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; Super quæ verba Chrysost. Homil. XIII. Zehner. cent. III. adag. sacr. XC.

65 *Aureas torques, sauciorum*] Agell. II. 11. Lips. de Milit. Rom. V. 17.

69 *Qui ridenda vobis monstra divos*] Infra Hymn. X. 151. et in Symmach. 931. Arnob. lib. VI. adv. Gent. M. Minuc. Felic.

76 *Ne tenacibus libellis per aures posterorum*] Cicero pro Archia: 'Jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accenderet,' &c. Vide ibidem plura. Johan. Saresber. lib. I. proœm. 'Literæ res scitu dignas situ aboleri non patiuntur. Nam et artes perierant, evanuerant jura, fidei et totius religionis officia quæque corruerant, ipseque recti defecerat usus eloquii, nisi, in remedium infirmitatis humanæ, literarum usum mortalibus divina miseratio procurasset. Exempla majorum, quæ sunt incitamenta et fomenta virtutis, nullum omnino erigerent aut servarent, nisi pia sollicitudo scriptorum, et triumphatrix inertiæ diligentia, eadem ad posteros transmisisset. Siquidem vita brevis, sensus hebes, negligentiæ torpor, inutilis occupatio, nos paucula scire permittunt: et eadem jugiter excutit et avellit ab animo fraudatrix scientiæ, inimica et infida semper memoriæ noverca, oblivio. Quis enim Alexandros sciret aut Cæsares,' &c. Adjunge reliqua: ut et ibid. VIII. 14.

112 *Purgata longis alba*] Arnob. adv. Gent. p. 35. 'Unus fuit e nobis, cujus vocem popularibus et quotidianis verbis missam, valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta fugiebant. Unus fuit e nobis, cujus fœdæ vitiligines jussioni obtemperabant pulsæ statim, et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant. Unus fuit e nobis,' &c.

113 *Algidus cum decoloros*] Pindar. Pyth. III. Ἢ θερινῷ πυρὶ περθόμενοι δέμας, ἢ χειμῶνι. V. N. Pont. I. 11.

HYMN. II. De Laurentio Zach. Lippelous in vitis Sanctorum tom. III. die 10. Augusti. Baron. tom. II. annal. Martyrolog. sub 10. Augusti. Hist. Magd. cent. III. pag. 297. Osiander epit. Hist. Eccles. cent. III. lib. III. 6. Bergomens. lib. VIII. Chronicor. p. 197. a. 'Laurentius Hispanus, Sixti Pontificis archidiaconus, et filius adoptivus, hoc anno (Christi, 263.) Romæ via Tiburtina, præsente Decio, seu Galieno, post multa virtutum insignia, et plurima tormen-

torum genera, videlicet carceris, verberum, et laminarum ardentium exustionem, ad ultimum 4. Idus Augusti in craticula ferrea crudelissime assatus, martyrium constantissime complevit. Hunc nonnulli cujusdam Hispaniarum Ducis filium fuisse dicunt; quem Dæmon infantulum e cuna in nemus asportaverat. Sed beatus Sixtus prædictus cum in eadem provincia prædicaret, eum sub quadam arbore lauro divinitus inveniens, Laurentium eum appellavit: et diligenti cura ipsum enutriri ac edoceri fecit. Quo adulto, illum secum una cum Vincentio Romam perduxit; ubi postea factus Pontifex constituit eum suum Archidiaconum.'

1 *Antiqua fanorum parens*] Lips. l. de magnit. Rom. c. 2. et l. III. 5. 6.

5 *Reges superbos viceras*] Idem Lips. ibid. I. 3.

18 *Fides Proprii cruoris prodiga*] Cyprian. de duplici martyr. 'Fides est, quæ pugnat et superat in martyribus, nec quisquam defecit in tormentis, nisi fidei defectu.'

22 *Jam Xystus*] Adi Ambros. Offic. I. 41. et Scalig. animadvers. in Chronolog. Eusebii p. 216. b.

63 *Blande et quiete efflagito*] Bene P. Syrus: 'Habet suum venenum blanda oratio.' Et 'Venena propinantur melle circumlita, quo citius noceant.' Saresber. III. 10.

88 *Nigrantes quos claudis specu*] Hujus generis repositoria pecuniarum sive arcas Fl. Philostratus appellavit δεσμωτήρια Πλούτου, 'Pluti carcerem.' Alias τυφλὸν Πλοῦτον nominat 'divitias abstrusas:' sicut Herodes Atticus νεκρὸν Πλοῦτον, simili tropo, dixit pecunias inutiles, et sordide retentas.

94 *Suum quibusque reddite*] Matth. XXII. Ambros. Serm. VII.

147 *Baculo regebat prævio*] Apud Euripid. Tiresias filia, vice baculi utitur. Sic enim eam compellat: Ἡγοῦ προπάροιθε θύγατερ, ὡς τυφλῷ ποδὶ Ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναυβάταισιν ἄστρον ὥς. Eundem apud Callimach. de lavacro Palladis, vs. 127. Minerva hunc ad modum alloquitur: Δωσῶ καὶ μέγα βάκτρον, ὅ οἱ πόδας εἰς δέον ἀξεῖ.

190 *Effossa gignunt rudera*] Psychom. vs. 520.

193 *Torrens vel amnis*] Talis est 'Tagus fluvius, arenis aureis copiosus.' Isidor. XIII. 21. Senec. Herc. Furen. vs. 1325. 'Tagusve Ibera turbidus gaza fluens.' Et Herc. Œt. 'Nec quæ Zephyro subdita tellus, Stupet aurato flumine clarum radiare Tagum.' Talis 'Pactolus, fluvius Asiæ, qui et ipse aureas trahit arenas.' De quo Virg. 'Pactolusque irrigat auro.' Quem pro aurato fluore alii Chrysoroum vocant. Isidor. ibid. Sen. Thebaid. 'Et qua trahens opulenta Pactolus vada Inundat auro rura.' Hinc Ovid. in Ibin vs. 302. nominat 'aquam auriferam.' Vide eundem Met. XI. 135.

197 *Pudor per aurum solvitur*] Sophocl. Antigon. Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος, Κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο γὰρ πόλεις Πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων· Τόδ' ἐκδιδάσκει, καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν· Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώπους ἔχειν, Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι. Hujusque loci est illud P. Silentiarii; quod adducit Natal. Com. VII. 18. S. Columban. Carm. III. 50. 'Juraque legum Fasque fidesque Rumpitur auro,' &c. Vide ibid. plura: et Horat. Carm. III. 16. Georg. Schönborn Polit. IV. 14.

200 *Leges et ipsæ*] Virg. Æn. VI. 632. 'Fixit leges pretio, atque refixit.'

210 *Animus viget robustior*] Hujus loci ac sensus est illud Socratis, ab Alcibiade in Platonis Symposio relatum: Ἡ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγει ἐπιῤῥεῖν.

240 *Lucido veneno*] Chrysost. in Epist. 2 Cor. c. III. Homil. VII.

Καὶ τὸ τῶν ὑδεριώντων σῶμα ἀποστίλβει λαμπρὸν, καὶ οὐδὲν ἡ ἐπιφάνεια φαῦλον ἔχει, ἀλλὰ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ ἔνδον ἀποκειμένου χυμοῦ πληττόμενοι φιλεῖν τοὺς τοιούτους οὐ δυνάμεθα.

241 *Ast hic avarus contrahit*] Hinc nescio quis in Anthol. Græc. Ψῆφον δανειστῶν appellat δακτυλικαμψόδυνον. Chrysost. in Matth. Homil. LXXXIX. Τοῦ μὲν γὰρ ἡ χεὶρ ἀλγεῖ καὶ ἔστι συνεσταλμένη.

245 *Istum libido fœtida*] Chrysost. ibid. Ἑτέροις σκάζουσιν οἱ πόδες, ὅσοι εἰς θέατρα ἀναβαίνουσι, καὶ τῶν πορνευόντων γυναικῶν καταγώγια.

249 *Quid ille fervens ambitu*] Chrysost. super Ep. ad Rom. Homil. XX. arrogantes comparat στυππείῳ καταφλεχθέντι, ' accensæ stupæ.' Καὶ γὰρ ἐκεῖνο δοκεῖ μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν οἰδεῖν, καὶ ὑπερανεστηκέναι. τοιαῦται καὶ τούτων αἱ ψυχαί. τὸ γὰρ φύσημα αὐτῶν τὸ διάκενον, καὶ ἡ τυχοῦσα προσβολὴ δυνήσεται ταπεινῶσαι καὶ καθελεῖν. τὸν γὰρ ἀπονενοημένον ἀνάγκη πάντως καὶ ἀσθενῆ τινα εἶναι. οὐ γάρ ἐστι τὸ ὕψος ὑγιὲς, ἀλλ' ὥσπερ οἱ πομφόλυγες εὐκόλως ῥήγνυνται. οὕτω καὶ οὗτοι ῥᾳδίως ἀπόλλυνται, &c.

253 *Quisquis tacendi intemperans*] Theognis vs. 421. Πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται Ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀμέλητα μέλει. Linguam insuper incontinentem Euripides appellat στόμαργον γλωσσαλγίαν, Callimach. κηκάδα γλῶσσαν, Coint. Smyrn. l. XII. μάργον γλῶσσαν κακοφραδίην τε. Vide Plut. de garrulitate.

276 *Coronis aureis*] Ad similitudinem militum, Martyres Christi, sicuti victores tyrannicæ impietatis, donantur coronis aureis: ut eas hic nominat Prudentius. In Hamartig. vs. 934. vocat ' coronas rutilas.' et vs. 973. Car. Paschal. Coron. VIII. 5.

285 *Peccante nil est tetrius*] Chrysost. super Epist. ad Ephes. Homil. XV. statim ab initio. Et Homil. XVIII. ibid. p. 1145. Καθεύδοντα καὶ νεκρὸν τὸν ἐν ἁμαρτίαις φησί. καὶ γὰρ δυσωδίας πνεῖ, ὡς ὁ νεκρὸς, &c. Macar. Hom. XXVII. Ὥσπερ οἰκίαν μεμεστωμένην δυσωδίας καὶ κοπρίας, χρὴ τὴν καρδίαν καθαρισθῆναι τὸ ὅλον, καὶ κοσμηθῆναι, καὶ πληρωθῆναι πάσης εὐωδίας, &c. supra Psych. vs. 890.

301 *Sacratas virgines*] Lips. de Vesta et Vestal.

321 *Concinna visa urbanitas*] Chrysost. super cap. V. ad Ephes. Homil. XVIII. Ὁ τοίνυν τὰ εὐτράπελα λέγων, οὐχ ἅγιος· κἂν Ἕλλην ᾖ, καταγέλαστος ὁ τοιοῦτος. τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ ταῦτα ἐφεῖται μόνοις. ἔνθα αἰσχρότης, ἐκεῖ καὶ εὐτραπελία. Et mox: εὐτράπελος λέγεται, ὁ ποικίλος, ὁ παντοδαπὸς, ὁ ἄστατος, ὁ εὔκολος, ὁ πάντα γινόμενος. Item: Εἰ καλὸν τὸ πρᾶγμα (εὐτραπελεύεσθαι) τί τοῖς μίμοις ἀφίεται; μῖμος γίνῃ καὶ οὐκ αἰσχύνῃ; μεγάλα κακὰ ἐν ψυχῇ εὐτραπελευομένῃ οἰκεῖ, μεγάλη διάχυσις καὶ ἐρημία. κέχηκεν ἡ ἁρμονία, σεσάθρωται ἡ οἰκοδομὴ, ὁ φόβος ἐξώρισται, εὐλάβεια ἀπέστη. οὐχ ὁρᾷς τοὺς λεγομένους γελωτοποιοὺς, τοὺς σαμαρδάκους; οὗτοί εἰσιν οἱ εὐτράπελοι. Et rursus: Εἴ τις ἄτιμος, εἴ τις αἰσχρὸς, οὗτος καὶ εὐτράπελος, &c.

325 *Adeone nulla austeritas*] Scilicet ἄφρων, ὅς κ' ἐθέλει πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν, quod est apud Hesiod. Vel ut loquitur Pindar. Pyth. II. Ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν, τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος.

330 *Votiva mors est martyri*] Nazianz. de Martyr. Θνήσκουσιν πολλοῖς προφρονέως θανάτοις. Theodoret l. IV. Hist. Ecclesiast. Ψυχὴ δ' ὑπὸ θεοῦ ζήλου πυρπολουμένη οὐδὲν ἀνθρώπινον εἰσδέχεται δέος, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα δείματα γέλωτα νομίζει καὶ παίγνιον.

333 *Sed non volenti impertiam*] Cruciatus longioris metus major est, quam mors ipsa: adeo quidem, ut fuisse olim non paucos constet, qui longos cruciatus mortis compendio vitare maluerint. Eo spectat hoc nostri Aurelii. Claudian. lib. I. in Rufin. ' Concessaque vita dolori.' Gregorius, ' Ut vitam sibi pœnam existimet.' Can. quorundam, 74. distinct. ' Et acerbissimam crudelitatem

esse, quæ trahat pœnam,' dicebat Seneca; 'et misericordiæ genus esse, cito occidere, quia tormentum ultimum finem sui secum adfert; quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est.' de Benef. II. 5. Cyprian. tractatu I. contra Demetrian. 'Saltem contentus esto dolorum nostrorum compendio, ac simplici ac veloci brevitate pœnarum. Admoves laniandis corporibus longa tormenta; multiplicas laniandis visceribus numerosa supplicia,' &c. P. Faber III. Semest. 8. Radulph Forner. rerum quotidian. III. 17.

351 *Hic solus exemplum dabit*] Philo l. περὶ αἱρετῶν: Αἱ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς φόβῳ, τοῦ μὴ παραπλήσια παθεῖν.

359 *Nudare amictu*] P. Faber Semest. II. 10.

363 *Talem revertens legifer*] Exod. XXIV. 2 Cor. III. Chrysost. super illum locum Homil. VII.

370 *Oris corusci gloriam*] Actor. VI. 15. Ibi Chrysost. Homil. XV. super cap. VII. Τοῦτο ἄρα ἡ χάρις ἦν· τοῦτο καὶ ἡ δόξα Μωϋσέως ἦν. ἐπίχαριν δὲ αὐτὸν δοκεῖ μοι ποιῆσαι τὸν θεὸν, τάχα ἐπεὶ ἔμελλέ τινα ἐρεῖν, καὶ ἵνα εὐθέως τῇ προσόψει καταπλήξῃ αὐτούς. ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ πρόσωπα χάριτος γέμοντα πνευματικῆς, ἐπέραστα τοῖς ποθοῦσιν εἶναι, καὶ αἰδέσιμα τοῖς μισοῦσι καὶ φοβερά.

372 *Cælos apertos intuens*] Actor. VII. 56. Cyprian. de duplici Martyrio: 'Stephanus juvenis inter homicidas, agnus inter lupos, stabat placido angelicoque vultu, et ad Domini exemplum orat pro lapidantibus, nec alibi habet oculos, quam in cælum. Illic videre meruit, cujus præsidio superior erat persequentibus.'

377 *Ast impiorum cæcitas*] Ephes. IV. 8. Ibi aurei oris doctor Homil. XIII. Καθάπερ ἐν ὕδατι κατὰ βάθος κείμενοι, τὸν ἥλιον οὐκ ἂν δυνηθείημεν ὁρᾶν, ὥσπερ τινὸς διαφράγματος, τοῦ πολλοῦ ἄνωθεν ἐπικειμένου ὕδατος, οὕτω δὴ καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας γίνεται πώρωσις τῆς καρδίας, ὅταν μηδεὶς τὴν ψυχὴν κατασείῃ φόβος.

383 *Hebræis idem Sudo exhibebat lumine*] Exod. X. Sapient. XVII. 2. et XVIII. 1. Joseph. Antiq. II. 13.

399 *E catasta*] De catasta, Baron. in Not. ad Martyrolog. p. 184. et seq. Gallon. de Martyr. cruciatu.

419 *Mundum Quirinali togæ Servire, et armis*] Sulpitia in Satyra sua: 'Duo sunt, quibus extulit ingens Roma caput; Virtus belli, et sapientia pacis.' Lips. de Magnitud. Rom. IV. 4.

421 *Ut discrepantum gentium*] Adi Plin. III. 5. de Italia.

449 *Janum bifrontem*] Tertull. de Corona militis. Ovid. Fast. I. 65. Inf. in Symmach. I. 233.

452 *Et festa Saturni senis*] Tertull. Apolog. cap. XI. Lactant. I. 11. et seqq.

465 *Discede adulter Juppiter*] Probat, prodigiorum signis monstrari religionis in melius mutationem. Baron. tom. I. annal. p. 897.

473 *Video futurum principem*] Constantinum Magnum fore Imp. et paganismi eversorem, prædicit hic Laurentius. Vide inf. Hymn. XII. 47.

528 *Vestalis intrat Claudia*] Minuc. Felix Octav. Tertull. Apologet. Camerar. parte 2. Horar. succisiv. c. 8.

530 *O ter quaterque*] Mos frequens priscorum tangitur, amplectendi suorum tumulos. Leo Novell. III. 'Quorum (amicos et cognatos innuit) dolori atque orbitati magnum solatium est, si amici sui sepulcrum amplexari, ac in id lacrimas perfundere possint.' Zinzerling. promuls. crit. cap. 38.

537 *Vasco*] Plin. III. 3. Isidor. Originat. IX. 2.

539 *Cottianorum juga*] Plin. III. 20.

540 *Pyrenas*] Plin. III. 3.

556 *Gestas coronam civicam*] Lips. de Milit. Roman. l. V. dial. XVII. Vide Paschal. Coron. VII. 8.

561 *Quæ sit potestas credita*] Ita Hymn. XI. circa finem. Item hymn. V. 7. et X. 1137. et XI. 177. et XIV. 124.

Tu vide Leonard. Lessium de justitia et jure II. 36. dubitat. VI. et Chemnit. in Exam. parte III. pagina 352.

573 *Hos inter*] Adducit hæc in lib. de piis precibus vir clariss. Joach. Camerar. quem videre, tibi integrum est.

HYMN. III. *In honorem beatæ Eulaliæ*] Nathan Chytræus Fastor. II. p. 23.

1 *Eulalia*] Pet. de Natal. Hist. Magd. cent. IV. c. 12. p. 1410. Osiand. Epit. hist. Eccles. cent. IV. l. I. c. 9. p. 13. 'Eulalia, Hispana virgo, tredecim annorum, Dacium Maximiniani Imp. præsidem, objurgarat, quod impius in Deum, tanta in Christianorum sanguinem atrocitate fureret: ideoque arrepta et ad aram Idolorum ducta, cum sacrificare noluisset, rogo imposita, martyr effecta est. Ejus martyrium Prudentius eleganti carmine descripsit.' Zachar. Lippelous in vitis Sanctorum tom. IV. collocat hujus martyrium in diem 9. Decemb. anno 303. Baron. tom. II. Annal. Bergomens. lib. VIII. Chron. p. 202. b. Martyrolog. sub 10. Decemb. p. 774.

3 *Emeritam*] Isidor. Originat. XV. 1. De ea Auson. de Claris urbibus Epig. VIII. 'Jure mihi post has memorabere nomen Iberum Emerita: æquoreus quam præterlabitur amnis. Submittit cui tota suos Hispania fasces. Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant; Quæque sinu pelagi jactat se Bracara dives.'

25 *Caniciem meditata senum*] V. N. Pont. II. 2. vs. 71.

47 *Per loca senta situ*] Ex Virg. Æn. VI. 'Per loca senta situ cogunt, noctemque profundam.'

62 *Columniferum radium*] Exod. XIII. 21. Psal. CIV. 39. Nehem. IX. 12. et 19. 1 Corint. X. 1. Philo lib. I. de vita Moysis: Νεφέλη γὰρ εἰς εὐμεγέθη κίονα σχηματισθεῖσα προῄει τῆς πληθύος, ἡμέρας μὲν ἡλιοειδὲς ἐκλάμπουσα φέγγος, νύκτωρ δὲ φλογοειδὲς, ὑπὲρ τοῦ μὴ πλάζεσθαι κατὰ τὴν πορείαν, ἀλλ' ἀπλανεστάτῃ ἕπεσθαι ἡγεμονίᾳ τῆς ὁδοῦ. τάχα μέν τοι καὶ τῶν ὑπάρχων τις ἦν τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἀφανὴς ἄγγελος, ἐμπεπειλημμένος τῇ νεφέλῃ προηγήτωρ, ὃν οὐ θέμις σώματος ὀφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι: 'Præcedebat populum nubes in magnæ columnæ speciem, solari splendore lucens interdiu, noctu vero flammeo; ut ejus ductu absque periculo erroris incederent. Credi tamen potest, aliquem e summi Regis præfectis Angelum nube involutum eos duxisse, quem oculis corporeis aspici nefas sit.'

78 *Illa nihil, quia facta manu*] Esaias XLIV. 9. vocat 'plastas idoli.' vide ibid. vs. 12. et XLVI. 6. Deut. IV. 28. Psalm. CXIII. et CXXXIV. 16. Baruch VI. 17. Arnob. l. VI. Cyprian. de exhortat. martyrii c. I. II. III. IV. V. et tract. I. Contra Demetrian. ut et de Idolorum vanitate Justin. Mart. in cohortat. ad Græcos. Theodoret. Græcar. affectionum l. VII. et l. III. Inf. Hymn. X. 266.

82 *Cliens lapidum*] Simulacra Deorum lapidea magna religione colebantur. Infra Hymn. X. 151.

105 *Gaudia, quæ tibi fert genialis honor*] Theocrit. Idyl. ult. vs. 25. Οὐκ ὀδύναν; οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείαν.

117 *Aut laniabere membra feris*] Fortassean in cruce fixa et surrecta. Lips. de cruce III. 11. P. Faber Semest. II. 7. Gifan. intelligit de discerptione per equos; quos vocat feros, &c.

118 *Aut facibus data fumificis*] In ludibrium, usui nocturni luminis Christianorum martyrum corpora destinata. Tacit. Annal. V. 'Pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi; atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.' Meursius II. Exercit. Crit. III. 4. vide et Baron. tom. I. Annal. p. 821. Joh. a Wouweren in

Notis ad Minuc. p. 128.

182 *Juncea pectora dilacerant*] Meurs. Exerc. Crit. II. 11.

183 *Et latus ungula*] Sup. Hymn. I. περὶ στεφ.

176 *Ecce nivem glacialis hyems Ingerit*] Oppian. Cyneget. III. 171. Χιὼν ὅτε πάντα παλύνει, Ἑσπερίου ζεφύρου πανεπήτριμα χευαμένοιο.

182 *Qui celebrare suprema solent*] Joh. Kirch. de funerib. Rom. II. 6. et 11.

187 *Vettoniæ*] Plin. IV. 20. et 22.

188 *Amnis Ana*] Plin. III. 1. et IV. 22. Fabric. 'Anas fluvius Hispaniæ memorabilis, eundem, quem Tagus et Bethys, ortum habet,' ut Strabo l. I. Bethicam et Lusitaniam separat.

199 *Floribus ut rosulenta putes Prata rubescere*] Nazianz. εἰς τὸ ἔαρ. p. 269. καὶ λειμὼν εὐωδεῖ, καὶ φυτὸν βρύει. Et περὶ φιλοπτωχίας pagina 131. ὥσπερ οὐδὲ ἐν λειμῶνι πολυανθεῖ καὶ εὐώδει, τῶν ἀνθέων τὸ κάλλιστον καὶ εὐωδέστατον, ἄλλοτε ἄλλου τὴν ὄσφρησιν καὶ τὴν ὄψιν πρὸς ἑαυτοῦ μεθέλκοντες, καὶ πρῶτον δρέπεσθαι πείθοντος. V. N. Trist. III. 12. vs. 7.

201 *Carpite purpureas violas*] Joh. Kirchman. Id. lib. IV. 3.

208 *Ast ego serta texta feram pede dactylico*] Poëtæ jucundissima quadam allegoria sua poëmata *coronas* vocant, quibus aiunt ornari ac redimiri a se caput illius, quem laudant. Muret. var. lect. VIII. 1. Pindar. Nemeor. VII. Οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν· Εἴρειν στεφάνους ἐλαφρόν· ἀναβάλλεο· μοῖσά τοι Κολλᾷ χρυσὸν, ἔν τε χαλκὸν, ἐλέφανθ' ἁμᾶ, Καὶ λείριον ἄνθεμον ποντίας ὑφελοῖσ' ἐέρσας. Claud. laudat. Serenæ: 'Dic mihi, Calliope, tanto cur tempore differs, Pierio meritam serto redimire Serenam? Vile putas donum, solitam consurgere gemmis, Aut Rubro radiare mari, si floribus ornes Reginæ Reginæ comam? si floribus illis Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius urit Æstibus, æterno sed veris honore rubentes Fons Aganippæa Permessius educat unda: Unde piæ pascuntur apes et prata legentes Transmittunt sæclis Heliconia mella futuris.' Themist. Euphrades orat. 2. γιγνώσκων, ὅτι καὶ πρώην οὐ χρυσοῦν δή τινα στέφανον χρυσοῦ ἀπέφθου πολλῶν ταλάντων πέμπει ὑμῶν ψηφισαμένων, ἀλλ' ὃν ἐγὼ ἐπλεξάμην, ἄνθη ἀκήρατα συλλεξάμενος ἐκ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λειμώνων. V. N. Pont. III. 4. vs. 64.

HYMN. IV. 1 *Bis novem*] Martyrol. sub 16. April. 'Cæsaraugustæ in Hispania natalis sanctorum decem et octo martyrum, Optati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Juliæ, Quinctiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Cæciliani, Eventii, Primitivi, Apodemii, et aliorum quatuor, qui Saturnini vocati esse referuntur. Hi omnes sub Daciano Hispaniarum præside simul pœnis affecti, atque interemti sunt: quorum illustre martyrium Prudentius versibus exornavit,' &c.

Sub uno servat cineres sepulcro] P. Molin. in tract. de Altarib. c. X.

3 *Cæsaraugustam*] Plin. III. 3. Isidor. Orig. XV. 1.

17 *Afra Carthago*] Isidor. ibid. XIV. 5. Plin. V. 4.

19 *Corduba*] Plin. III. 1.

Acisculum] Lippelous tom. IV. ex Johann. Maldonato, p. 540. sub 17. Novemb. Meurs. Exercitat. crit. II. 10.

Zoëllum] Lippelous tom. II. sub 27. Junii, p. 1050. Martyrolog. p. 409. et seq.

21 *Tu tribus gemmis*] Alludit ad morem eo ævo usitatum. Virgines namque nomina sua monilibus intexta gestabant. Aristænet. Epist. I. 1. Περίκειται μέν τοι λιθοκόλλητον περιδέῤῥαιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τῆς καλῆς. γράμματα δ' ἐστὶ τῶν λιθιδίων ἡ θέσις. Meurs. part. II. Exerc. Crit. II. 16.

Tu tribus gemmis diadema] Paschalius ille omnigena eruditione nobilissimus, Coron. IX. 11. Prudentius, inquit, in diademate agnoscit gemmas;

non quod ibi solæ sint, sed quod primæ oculos feriunt. Et sutile vinclum hic eidem est gemma laminæ adsuta, qua diadema clauditur et subnectitur sicuti fibula. Cujusmodi est Virgilianum illud, 'Aurea purpuream subnectit fibula vestem.' Quæ Virgilio est fibula aurea in veste, Prudentio in diademate est gemmea. Versum 25. Paschalius inibi ita legendum putat: *Nomine hoc gemma est strophio illigata.*

23 *Tarraco*] Isidor. Origin. XIV. 4. Plin. III. 1.

Fructuosus] Lippelous tom. I. sub 21. Januar. p. 398.

27 *Ardet et splendor parilis duorum*] Videl. Augurii et Eulogii, diaconorum. De quibus idem Lippelous. vide inf. Hymn. VI.

29 *Felicis*] Martyrolog. sub 1. Augusti: 'Gerundæ in Hispania natalis S. Felicis martyris; qui post diversa tormentorum genera a Daciano tamdiu jussus est laniari, donec invictum Christo Spiritum redderet.' Ibi plura Baron. p. 485.

30 *Gerunda*] Plin. III. 3.

31 *Ambos*] De quib. sup. Hymn. I. περὶ στεφ.

36 *Genesi*] Lippelous tom. III. sub 25. Augusti, p. 595. Martyrolog. sub 25. Augusti p. 540.

38 *Urbs*] Emerita. Vide Hymn. III. Sermo enim est de Eulalia.

45 *Cassianum*] Martyrolog. sub 3. Decemb.

57 *Numerosiores*] Martyrolog. sub 3. Novemb. p. 698. ibidemque Baron.

80 *Valeriorum*] Baron. in Not. ad Martyrolog. sub 28. Januar. p. 82.

87 *Martyrum semper numerus sub omni Grandine crevit*] Justin. Mart. Epist. ad Diognet. Κακουργουμένη σίτοις καὶ ποτοῖς ἡ ψυχὴ βελτιοῦται. καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον. Ibid. Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζονται, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους; Leo Magnus Serm. I. 'Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur: et semper dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. Unde duo ista præclara divini germina seminis (Petrus et Paulus) in quantam sobolem germinarint, beatorum millia Martyrum protestantur, qui Apostolicorum æmuli triumphorum urbem nostram purpuratis et longe lateque rutilantibus populis ambierunt, et quasi ex multarum honore gemmarum conserto uno diademate coronarunt.' Vide Lactant. v. 13. et 20. ubi præter cætera: 'Augetur,' inquit, 'religio Dei, quanto magis premitur.' Cypr. l. de duplici Martyr. 'Quis enim nescit, fratres, quam uberem proventum effudit Ecclesiæ seges, Apostolorum ac cæterorum martyrum sanguine irrigata? Quo plus sanguinis effusum est, hoc magis ac magis effloruit multitudo fidelium; hoc latius sparsit suas propagines illa beata vitis, a Christo stirpe surgens.' Adi Ampliss. Camerar. meditat. hist. cent. III. c. 2. et Nili Homil. in ascens. II. apud Photium in Biblioth. p. 840. Richter. ax. Eccles. cap. XXXIV. Wilck. in Heortograph. parte I. p. 287. Anton. Benbellon. in Suscitabulo parte II. c. 2.

102 *Arte virtutis*] P. Faber Agonist. I. 14. p. 103.

109 *Hic et Encrati*] Martyrolog. sub 16. April. 'Ibidem S. Encratidis virginis et martyris: quæ laniato corpore, mamilla abscisa, et jecore avulso, adhuc superstes in carcere inclusa est, donec vulneratum corpus putresceret.'

HYMN. V. 1 *Beate Martyr*] Lippelous tomo I. sub 22. Januar. Baron. tom. II. Annal. Martyrolog. sub 22. Januar. Bergomens. Chron. lib. VIII. p. 105. a.

4 *Corona vincenti datur*] Basil. M. pag. 119. Τίς οὕτως ἄκριτος ἀθλοθέτης, ὃς τῶν ἴσων ἀξιῶσαι στεφάνων τὸν νικη-

τὴν καὶ τὸν μηδὲν ἠγωνισμένον; αἱ τιμαὶ καὶ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί· τίς στεφανοῖ πότε τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον; Et Aug. de arbore scientiæ boni et mali tom. IX. 'Si sciebat Deus hominem posse peccare, quare eum non revocavit a peccato? Quare! quia invitum non decuit coronare. Quis unquam, fratres mei, præmium non pugnanti dat? aut quæ corona non dimicanti, aut quæ sine conflictu victoria? Audi Apostolum divino ore loquentem: Nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit. Adam nec pugnavit, nec certamen cum diabolo suscepit: sed ad unam suggestionem, præmium immortalitatis amisit. Victus est, qui non pugnavit.' Et Prosper Aquitanicus Epig. XXX. 'Nam non certanti non est speranda corona.' Vide Zehner. cent. III. adag. sacr. XCVIII. et D. Hieronym. tom. II. p. 21. Iterum Basil. M. protrept. in sac. Baptism. p. 191. Ἀλλὰ χαλεπὰ ταῦτα; τί δὲ τῶν ἐν κόσμῳ ἀγαθῶν εὔκολον; τίς καθεύδων τρόπαιον ἔστησε; τίς τρυφῶν καὶ καταυλούμενος, τίς τῆς καρτερίας στεφάνοις κατεκοσμήθη; οὐδεὶς μὴ δραμὼν ἀνεῖλε τὸ βραβεῖον. πόνοι γεννῶσι δόξαν. κάματοι προξενοῦσι στεφάνους. διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν.

17 *Ac verba primum mollia*] Cyprian. Serm. VI. 'Sermo eorum sicut cancer serpit: colloquium velut contagium transilit: noxia et venenata persuasio persecutione ipsa pejus inficit.'

19 *Ut vitulum lupus Rapturus*] Zehner. Simil. III.

27 *Hæc saxa, quæ princeps colit, Placate*] Inf. Hymn. VI. 42. 'Quod princeps colit, ut colamus omnes.' Subditi vitia principis habent pro virtutibus, ut ad impietatem quoque cum ipso prolabantur; corruptis per depravatam illius vitam istorum moribus: quod de Roboam divinum cultum contemtui habente a Fl. Josepho enarratur, Ant. Jud. VIII. 3. Τῆς τοῦ θεοῦ θρησκείας καταπεφρόνηκεν, ὥστε κατὰ τὸν ἐπ' αὐτῷ λαὸν μιμητὴν γενέσθαι τῶν ἀνομημάτων. συνδιαφθείρεται γὰρ τὰ τῶν ἀρχομένων ἤθη τοῖς ἡγεμόνων τρόποις. καὶ ὡς ἔλεγχον τῆς ἐκείνων ἀσελγείας τὴν αὐτῶν σωφροσύνην παραπέμποντες, ὡς ἀρετῇ ταῖς κακίαις αὐτῶν ἕπονται. οὐ γὰρ ἔνεστιν ἀποδέχεσθαι δοκεῖν τὰ τῶν βασιλέων ἔργα, μὴ ταῦτα πράττοντας. Et hoc est, quod Lactant. VI. 6. scribit: 'Et quoniam mores ac vitam Regis imitari, genus obsequii judicatur, abjecerunt omnem pietatem, ne exprobrare Regi scelus viderentur, si pie viverent; sic assidua imitatione corrupti divinum fas reliquerunt, et paulatim male vivendi consuetudo mos factus est.' Vide in Symmach. I. 223. et in Romano ad vs. 462.

50 *Hæc ara thure et cæspite*] Veteres interdum cæspititias extruebant aras, cum altare deerat, aut cæspitem in terra aggerata ponebant, ubi et ex tempore sacrificabant. Quin et cæspes pro ara erat, et aræ imponebatur, reique divinæ necessarius habebatur. Horat. Carm. I. 19. 'Positusque carbo in Cæspite vivo.' Inf. Hym. XII. 'Binis dicatum cæspitem tropheis.' Turneb. XI. 1. et XXI. 21.

60 *Extorque, si potes, fidem*] Lactant. V. 20. 'Non est opus vi et injuria: quia religio cogi non potest: verbis potius, quam verberibus res agenda est, ut sit voluntas.' Et paulo inf. 'Defendenda est religio, non occidendo, sed monendo: non sævitia, sed patientia: non scelere, sed fide. Illa enim malorum sunt, hæc bonorum. Et necesse est, bonum in religione versari, non malum. Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur. Nihil enim est tam voluntarium, quam religio: in qua si animus sacrificantis aversus est, jam sublata, jam nulla est. Recta igitur ratio est, ut religionem patientia, vel morte defendas, in qua fides conser-

vata et ipsi Deo grata est, et religioni addit auctoritatem.' &c. vide ibid. c. xxi.

69 *Excisa fabrili manu, Cavis recocta et follibus*] Just. Mart. apolog. ii. 'Αλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς, καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμωμένους ἄνθρωποι μορφώσαντες, καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες θεοὺς προσωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκομεν, καὶ θεοῦ μορφὴν οὐκ ἔχοντα. τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες, καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες. Ibid. θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν καὶ μεταποιεῖν. Et Arnob. diffuse simul et eleganter adv. Gent. vi. p. 195. 'Simulachra ista,' inquit, 'quæ vos terrent, quæque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis; ossa, lapides, æra sunt, argentum, aurum, testa, lignum sumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypso: ex ornatibus fortasse meretriciis, aut ex muliebri mundo, cameliinis ex ossibus aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris, aut lucernis, aut ex aliis obsceníoribus vasculis congesta, conflata in has species ducta sunt, atque in formas, quas cernitis, exierunt: fornacibus incocta figulinis ex incudibus et malleis nata, grossis rasa, descobinata limis, serris, forficibus, aculeis, asciis, secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum lævigata de planis. Ita non error est?' &c. Vide reliqua; huc enim pertinent pleraque omnia: et infra Hym. x. 291. Ambros. Serm. xci.

110 *Sursum ac deorsum extendite*] Baron. ad Martyrol. sub 22. Januar. p. 64. Fuisse equuleum tortorium lignum, omnes consentiunt: eundemque fuisse cochleatum ad extendendum et remittendum compositum, iidem ex Nonio affirmant. Cum hæc dicat ille: 'Ubi insilui in cochleatum equuleum, Ibi tolutim tortor,' i. e. volubiliter torqueor. Isidor. Orig. v. Equuleum ab extendendo dictum putat. Cyprian. l. de lapsis: 'Nunc equuleus extenderet.' Cum enim equuleus extenderetur, corpora simul extendi necesse erat. D. Hieron. Ep. xlix. ad Innoc. 'Cum equuleus corpus extenderet.' Sigonius de Judiciis iii. 18. confundit non tantum equuleum cum catasta, sed etiam cum genere illo compedum, quo rei in carcere positi, injectis ad quartum vel quintum foramen pedibus ad jugem cruciatum sic vincti detinerentur. Id habes ex epistola Ecclesiæ Lugdunensis apud Eusebium v. i. quod genus torquendi Rufinus libro quinto capite secundo non improprie dixit 'nervum:' Christophorsonus autem proprius 'crassam compedem.' De hoc genere compedum h. l. Prudent. vs. 251. Euseb. vi. 39. 'Multis diebus pedes in compedes ligneos intrusi distractione quadam ad quartum foramen distenti fuerunt.' Et viii. 11. 'Post verbera in compedibus ligneis positi erant, et pedes alter ab altero ad quartum foramen distenti districtique adeo, ut necessario supini jacerent, nec possent propter plagarum vulnera, recens toti corpori inflicta, se ullo modo commovere.' Ex quibus apparet, compedes ab equuleo diversos esse, qui non in carcere reum, nec ejus tantum distendebat pedes, sed totum corpus ad fossionem ungularum. Cum Eusebius diverse admodum a compedibus describat eundem viii. 11. cum ait: 'Quidam enim primum, manibus a tergo religatis, ligno appensi, et machinis quibusdam membra eorum universa distenta distractaque,' &c. Hæc de equuleo esse intelligenda, ea quæ D. Hieron. scribit xlix. ad Innoc. indicant: 'Cum equuleus corpus extenderet, et sordidas fœtore carceris manus post tergum vincula cohiberent.' Hic Prudent. vs. 109. 'Vinctum retortis brachiis,' &c. Idem

in Romano: ‘Miserum putatis, quod retortis pendeo Extentus ulnis, quod revelluntur pedes, Compago nervis quod sonat crepantibus.’ Stipitem quendam in equuleo fuisse, tradit ib. Hieronymus: ‘Crines ligantur ad stipitem, et toto corpore ad equuleum fortius alligato, vicinis pedibus ignis apponitur, utrumque latus carnifex fodit.’ Ex eodem stipite, totam illam machinam Prudent. in Romano vs. 114. appellat ‘noxialem stipitem.’ Theophilus pendens in equuleo in Actis S. Dorotheæ apud Surium tom. I. die 6. Februar. ‘Ecce modo Christianus sum, quia in cruce suspensus sum:’ equuleus enim crucis quandam similitudinem gerit. Secundum prædicta, haud difficile esset describere formam equulei, nimirum ‘erectum stipitem, validum et cochleatum, qui transversum habeat lignum, quod intendatur ac remittatur, ad quod ligata membra distendantur tortoris arbitrio,’ &c. Nunc de fidiculis: quas a fidibus quidam derivatas putant, nihilque aliud esse, quam vincula nervea, quibus ad equuleum manus pedesque hominis ligarentur; sicque torquere fidiculis reum, idem esse, quod ligatum in equuleo fidiculis hominem intendendo, ossium commissuras cum immenso dolore distrahere. Sensit hoc Sigonius de Judic. III. 18. sic et erravit Valla l. I. dum ait, ‘fidiculas esse instrumentum ex duobus obliquatis lignis compactum, ita dictum vel ab extorquenda fide, vel a nerveis funibus quibus torquendi alligantur.’ Sed rectius Isidorus lib. III. Orig. ‘Ungulæ,’ inquit, ‘dictæ, quod effodiant: hæ et fidiculæ, quia iis rei in equuleo torquentur, ut fides inveniatur.’ Cum itaque fidiculis æque ac ungulis finderentur latera hominis in equuleo distenti, easdem ungulas ea de causa dictas esse puto fidiculas, quod reorum latera finderent, sicque a findendo dictas fidiculas esse, quasi findiculas: vel a fodicando, quod illis latera reorum fodicarentur, dictasque esse fidiculas, quasi fodiculas. Astipulatur Prudent. in Romano, cum, quas vocat fidiculas, easdem ungulas dicat, vs. 550. Et per fidiculas Asclepiadem intellexisse ungulas, quæ auctor mox subdit declarant vs. 557. Ita l. Decuriones C. de quæst. fidiculis torqueri Imperator appellat cruentam conditionem. Et Ammian. Marcell. l. XXIX. ‘Intercluduntur equulei, expediuntur pondera plumbea, cum fidiculis et verberibus.’ Invenies frequenter equuleo junctas esse fidiculas vel ungulas; ea nimirum de causa, quod extento corpore in equuleo, fidiculis vel ungulis a tortoribus membra sulcarentur; quibus aliquando succederet ignis tormentum. Cyprian. lib. de lapsis: ‘Nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret.’ Ita Augustin. Ep. LIX. ad Marcell. Hieron. Ep. XLIX. Prudent. sæpe, et alii. Senec. Controv. III. 14. Plura vide apud Hieron. Magium De equuleo; Gallonium de martyrum cruciatib. et Sigon. lib. de Judiciis.

157 *Est alter, est intrinsecus, Violare quem nullus potest*] 2 Corinth. IV. ubi Chrysost. Homil. IX. Πῶς ἀνακαινοῦται; τῇ πίστει, τῇ ἐλπίδι, τῇ προθυμίᾳ. ὅσῳ γὰρ ἂν μυρία πάσχῃ τὸ σῶμα, τοσούτῳ χρηστοτέρας ἔχει τὰς ἐλπίδας ἡ ψυχὴ, καὶ λαμπροτέρα γίνεται, καθάπερ χρυσίον πυρούμενον ἐπιπλέον. Ambros. lib. de institut. Virginis c. II.

195 *Sodomita nec latet cinis*] Inf. Hamartig. vs. 727. Ambros. lib. de Noë et arca c. XIX.

203 *Insana torquens lumina*] Inf. Psychom. vs. 114.

214 *Spes certat et crudelitas*] P. Faber Agonist. III. 10. pag. 513.

238 *Lugubre in antrum truditur*] P. Faber Semest. II. 7.

251 *Lignoque plantas inserit*] Cujac. Observat. IX. 37.

252 *Divaricatis cruribus*] Hieron.

Magius lib. de equuleo c. XII.

338 *Sulcos pererrat osculis*] Cæsar Baron. in Not. ad Martyrolog. p. 130.

392 *Titulumque figat martyris*] Baron. in Not. ad Martyrolog. sub 29. Julii, p. 468. Idem Titulus quod memoria seu Ecclesia; sic dictus, quod in loco, ubi erat Ecclesia erigenda, crux poneretur in titulum. Ita hic, et Hymn. XII. 'Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis.' Romæ autem obtinuit vetus loquendi usus, ut non omnis Ecclesia, martyrumve memoria Titulus diceretur; sed tantum insigniores Ecclesiæ, quibus præficerentur presbyteri Cardinales.

405 *Corvus Heliæ datus*] Isidor. Pelusiota Ep. IV. 43. Basil. M. Homil. *ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ*, p. 177. *Ἠλίαν εἶχεν ὁ Κάρμηλος, ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀοίκητον· ἔρημος ἔρημον. ψυχὴ δὲ ἦν τῷ δικαίῳ τὰ πάντα, καὶ τῆς ζωῆς ἐφόδιον ἡ πρὸς θεὸν ἐλπίς. ζῶν δὲ οὕτω, λιμῷ τὴν ζωὴν οὐκ ἀπήλλαξεν. ἀλλ' οἱ ἁρπακτικώτατοι καὶ μάλιστα γαστρίμαργοι τῶν ὀρνίθων, οὗτοι διεκόμιζον τὰ σῖτα, καὶ τροφεῖς ἐγίνοντο τῷ δικαίῳ διάκονοι, οἱ τὰς ἀλλοτρίας ἐκ συνηθείας ἁρπάζοντες. καὶ τῷ δεσποτικῷ προστάγματι τὴν φύσιν διήμειψαν, πιστοὶ φύλακες γινόμενοι τῶν ἄρτων καὶ κρεῶν. ταῦτα δὲ τῷ ἀνδρὶ φέρειν τοὺς κόρακας, παρὰ τῆς πνευματικῆς ἱστορίας ἐμάθομεν.* Ambros. Epist. X. 82.

439 *Et spumeum Nescit profundum parcere*] Hinc Aristagoras dicebat, *ὅτι πᾶσα θάλαττα, θάλαττα.* i. e. 'æque ubique periculosum esse mare.' Et Herodot. Polym. mare *δολερὸν ποταμὸν* appellat. Quid? quod Homer. Iliad. XVI. cum indicare vult hominem crudelem et insociabilem, eum e mari procreatum esse ait: *γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα. καλῶς Ὅμηρος εἶπε πρὸς τὸν ἀνήμερον εἶναι δοκοῦντα καὶ ἄμικτον, ὡς μηδὲν τῆς θαλάττης εὐνοϊκὸν, μηδὲ πρᾶον φερούσης.* V. N. Trist. I. 2. vs. 51. et Terent. Hecyr. III. 4.

458 *Claudat cadaver culleus*] P. Faber Semest. II. 7.

463 *Donec relictum longior Abscondat*] Seneca Epist. X. 71.

475 *Quæ turgidum quondam mare*] Sup. Cathem. IX. 49.

523 *Cum Machabæis fratribus*] Inf. Hymn. X. 751.

524 *Sectoque Isaiæ*] Difficile de hoc miraculum refertur. Cum enim rex impius vellet eum apprehendere, quod blasphema dicere videretur, dum ait, 'Deum se vidisse de facie ad faciem;' rogavit Isaias Dominum, ut illi proxima aperiretur cedrus, in qua delitesceret. Cum vero non amplius apparuisset, rex jussit medium cedri truncum secari; et sic una delitescens Esaias sectus est. Postellus ex Rabinorum commentis. Neand. ad Protevang. Jacobi p. 389.

526 *Quibus Finem malorum præstitit*] Eurip. apud Stob. Serm. CCLXXIV. *Τὸ γὰρ θανεῖν, Κακῶν μεγίστων φάρμακον νομίζεται.* Sophocl. *Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.* Ex Æschylo ibidem appellatur *θάνατος, τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἰατρός.* Dracont. Hexaëm. vs. 381. 'Mors mundanorum requies est certa laborum.' V. N. Trist. I. 4. vs. 6.

HYMN. VI. 20 *Præceptor vehemens eundo firmat*] V. N. Trist. II. vs. 442.

34 *Judex Æmilianus*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. cap. V. pag. 45.

37 *Qui seris novellum*] Benbell. ibid. c. XIII. pag. 175.

55 *Nondum nona diem resignat hora*] Casaubon. animad. in Athen. IV. 12.

61 *Intrant interea locum*] P. Faber Semest. I. 6. et II. 10.

86 *Velut Moyses*] Justin. Mart. apolog. II. p. 74. Pelargus super hunc locum: 'Jubetur calceamenta deponere,' &c. Exod. XII. 'tum ob cessionem de opinione sua, sicut (ex cap. IV. Ruth) constat, hoc ritu cessionem juris fuisse denotatam.' Vide et Serm. de esu agni, tom. II. oper.

D. Hieron. sub finem p. 91. b. Ambros. lib. de Isaac et anima cap. IV. et lib. de benedict. Patriarch. c. IV. Zehner. cent. v. adag. 18.

95 *Quæ puncto tenui*] Inf. hym. XIII. 41. vide Chrysost. Hom. XIV. super c. VIII. Ep. ad Roman. et Homil. IX. super 1 Corinth. IV.

102 *Trepidantibus caminis*] Zinzerling. in promuls. Crit. c. II.

110 *Quos olim Babylonicam per ignem*] Inf. Apoth. vs. 119. Nazianz. Homil. in Cyprian. p. 110. Cyprian. Epist. IV. 6. et de duplici martyrio. Sedul. lib. I. Ambros. Ep. X. 82. 'Hinc illi, Daniel, Ananias, Azarias, Misaël, qui in aula regia pascebantur, jejunio alebantur, tanquam in desertis cibo aspero, potuque obvio. Meritoque regii servuli regis prævaluerunt; et captivitatem discusso jugo contempserunt; potestates subegerunt; elementa vicerunt; naturam ignis extinxerunt; evitaverunt flammas; obtuderunt aciem gladii, strinxerunt leonum ora, et ubi infirmiores fieri existimabantur, ibi fortiores reperiebantur,' &c. Ibid. 'Daniel et Hebræi pueri proprio cibo ac aquæ potu, ille furorem leonum repressit, illi ardentem ignem innoxio videre tactu circa membra sua pasci.' D. Hieron. de muliere septies icta: 'Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus: circa quorum Saraballa sanctamque cæsariem, innoxium lusit incendium.' Vide Winsbekii paræneses ad fil. §. 71. quas invulgavit Melch. Haiminsfeldius Goldastus; quem ego pro amicitia, quæ mihi cum eo est artissima, proque ejus egregia eruditione honoris et laudis gratia nomino.

129 *Ut crimen domini domus timeret*] Saresberiensis non male VII. 9. 'Nam vel amici prævisus casus, etsi amarus sit, proficit ad cautelam. Et quo familiarior fuit cum labente societas, eo casus quemque magis absterret. Siquidem exemplis sæpe magis proficitur, quam præceptis. Mala enim vitantur facilius quo fidelius præcognita fuerint.' V. N. Terent. Adelph. III. 4. 'Ex aliis sumere exemplum sibi.' Diodor. Sicul. præfat. Καλὸν τὸ δύνασθαι τοῖς τῶν ἄλλων ἀγνοήμασι πρὸς διόρθωσιν χρεῖσθαι παραδείγμασι. Tibull. III. 7. 'Felix, quicunque dolore Alterius disces posse carere tuo.'

131 *Et perfusa mero leguntur ossa*] Desid. Herald. advers. I. 7. Johan. Kirchman. de funerib. Rom. III. 6.

135 *Aut gestare sinu*] Uterque ibidem.

HYMN. VII. 2 *Quirinum*] Lippelous tom. II. sub 4. Junii. Baron. tomo III. Annal. Martyrolog. 4. Junii. Euseb. Pamphil. Chron. l. II. p. 180. edit. Scaliger. Func. in Chronolog. sub anno Christi CCCXII. Martyrolog. sub 4. Junii: ibid. Baron.

61 *Scimus discipulum Petrum*] Inf. præfat. 2. in Symmach. Matth. XIV. Chrysostom. Homil. LI. Ambros. de Interpellat. I. 9. 'Et tu ergo in hoc sæculi istius positus freto noli perfectam illam Dei sapientiam in hoc mundo quærere; quia mundus eam non cognovit. Sed si vis eam invenire, calca fluctus hujus mundi, sicut calcavit Petrus: et ambula super aquas hujus sæculi; et porriget tibi dexteram Sapientia, sicut porrexit et Petro: quia nemo fuit, quem non sæculi hujus unda turbaverit; turbavit et Abraham: turbavit et Moysen: turbavit et Petrum. Mòyses per mare transivit; et per mare peditum duxit exercitum; sed ante ipsum turbatus est. Petrus super aquas calcavit, sed mersus fuerat corpore; quia infirmioris fidei vestigio claudicavit.'

69 *Ad fontem refluis retro*] Psal. CXIII. et ibid. D. Augustin.

HYMN. VIII. *Baptisterium*] Locus Romæ fuit in Vaticano, prope custodiam Mamertinam. Fons autem ibidem exortus est, dum in carcere illo

Petrus Apostolus detineretur: ex quo milites novem et quadraginta, ibidem detentos, cum Processo et Martiniano, carceris custodibus, baptizavit. Ad Baptisterii locum martyres olim aliquot occisi sunt. Ostenditur jam Baptisterium in Vaticano, cum cochlea, intra ædes Pontificias: cujus usui aqua servit Sabatina, deducta ab Innocentio VIII. Fabric. Inf. Hym. XIV. 32.

15 *Laterum cui vulnere utroque Hinc cruor effusus*] Augustin. tract. CXX. in Johann. 'Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed aperuit: ut illic quodam modo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum. Hæc et lavacrum præstat et potum. Hoc prænunciabat, quod Noë in latere arcæ ostium facere jussus est, qua intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia,' &c. Ambros. lib. de benedictionib. Patriarchar. cap. IV. 'Ipse est vitis, ipse uva; vitis ligno adhærens; uva, quia lancea militis apertum latus emisit aquam et sanguinem. Sic enim dixit Johannes: Quia exivit de eo aqua et sanguis. Aqua ad lavacrum: sanguis ad pretium. Aqua nos abluit, sanguis redemit.'

HYMN. IX. 1 *Sylla forum statuit Cornelius*] Georgius Fabricius in Roma sua.

6 *Cassianus*] Lippelous tom. III. sub 13. Augusti: et Martyrolog. p. 512.

9 *Erexi ad cælum*] P. Faber Agonist. II. 21. Sup. hymn. VII. 123.

22 *Magister literarum sederat*] Docebant enim sedentes magistri literarii, non tamen altæ nimis insidentes sellæ, quibus scilicet res erat cum parvulis, et quorum opus propiori inspectione egebat. Plaut. Bacchid. 'In sella apud Magistrum sederes,' &c. Johan. a Wouweren de polymath. c. IV.

23 *Verba notis brevibus comprendere*] Notas hic appellamus, scripturæ quædam compendia, cum verba non perscribimus, sed signamus: celeritati et excerptioni repertas. Ipse, qui hoc facit, Notarius dictus. Glossæ: Notarius, ταχυγράφος, velox scriptor: a fine. Suidas: Νοτάριος, ὑπογραφεὺς, quasi dicas excerptorem: ab usu. Iterum Glossæ: Notarius, σημειογράφος: qui per signa scribit, a modo. Istas notas olim a Tirone, Ciceronis liberto, fuisse excogitatas, autor est Eusebius in chronico, Olympiade 191. anno 4. sed Dio l. LV. Mæcenati hoc assignat, qui per Aquilam libertum eas alios docuerit: Καὶ πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τὸ τάχος ἐξεῦρε, καὶ αὐτὰ διὰ Ἀκύλου ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξε. Quod apicibus ac truncis literis scripserint, docet Plut. in Quæst. Platon. γραμμάτων συντάγμασι καὶ κεραίαις οἱ σπεύδοντες γράφουσι. Vulgo nominamus abbreviaturas. Fuse, et, ut solet, erudite hæc exsinuat Lipsius, Belgicæ stella, cent. I. ad Belg. Ep. XXVII. Johan. a Wouwer. de Polymath. c. VI.

27 *Doctor amarus enim discenti*] Confer doctissimum Rigaltium ad Artemidor. Onirocrit. c. LV. p. 22. et Bilibald. Pirckhaimer. in apolog. sive laude Podagræ p. 205.

28 *Nec dulcis ulli disciplina infantiæ est*] Vere Chrysost. Homil. IX. super 1 Timoth. III. Ἄγριον ἡ νεότης, πολλῶν δεομένη τῶν ἐπιστατούντων διδασκάλων, παιδαγωγῶν, ἀκολούθων, τροφέων. ἀγαπητὸν γάρ· μετὰ τοσαῦτα κατασχεθῆναι αὐτήν. καθάπερ τις ἵππος ἀνήμερος, καθάπερ τι θηρίον ἀτίθασσον, τοιοῦτόν ἐστιν ἡ νεότης, &c. Vide eundem Homil. XXI. super c. VI. Ephes. et Comment. Terent. Heaut. II. 3. p. 348. locum Philonis, et Phorm. I. 2. p. 696.

44 *Adest acutis agmen armatum stilis*] Idem de Felice in Pincis refert Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum II.78. 'Felix presbyter,' inquiens, 'et martyr pronomine dicitur in Pincis, a Subulis, quibus passus perhibetur: nam pinca dicitur subula. Nam cum magister puerorum extiterit, et eis nimium rigidus fuerit, tentus a paganis, cum Christum libere confiteretur, traditus est in manus puerorum, quos docuerat in Ecclesia, quem ipsi cum stilis et subulis occiderunt.' Qui passus est Romæ 19. Kal. Februarii. Cujus loci indicium L. M. Q. transcribo Goldasto meo, ab historiarum et omnis antiquitatis cognitione instructissimo: quique vennata et vetusta omnia omnes docet. Adducit autem Alamannicar. rerum tom. I. parte 1. cap. IX. Refert etiam Evagrius lib. III. Stephanum, Antiochiæ Episcopum, a pueris interemtum *καλάμοις ἴσα δόρασιν ἐξυνθεῖσι*. Vide Casaubonum ad Suetonium lib. I. pag. 58.

44 *Stilis*] P. Gregor. Tholosan. De Republ. libro IX. cap. 1. num. 19.

46 *Effundit ardens felle tandem libero*] Scitum est Philostrati Lemnii dictum, quo Ælianum repercussit, qui accusationem cujusdam retro tyranni scripserat; 'Laudarem,' inquit, 'institutum tuum, si vivum accusasses: viventem namque tyrannum incessere, viri esse duco; at mortuo insultare, cujusvis:' *εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπικόπτειν, ἀνδρός· τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός.* Quam in sententiam trahi potest illud, Anthol. I. tit. *εἰς ἀνδρείαν*, quod Hector dixit, cum perfoderetur mortuus a Græcis: *Βάλλετε νῦν, μετὰ πότμον, ἐμὸν δέμας· ὅττι καὶ αὐτοὶ Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.* 'Nunc post fata meum telis configite corpus; Audet et exanimum lepus infestare leonem.' Nec inepte Ovid. Trist. III. 11. 'Quamlibet ignavi præcipitata premunt.' Et notum est proverbium: *Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.*

49 *Buxa crepant cerata*] Ambros. Hexaëm. III. 13. 'Buxus quoque, &c. Simul ut admoneat te ipsa materia, quæ semper viret, nec unquam foliis exuitur suis, ne unquam spei tuæ dissimulatione nuderis, sed semper tibi per fidem germinet spes salutis.'

52 *Qua parte aratis cera*] Stilo scribebant in cerata tabella, cujus stili pars, qua scribebant, acumen dicebatur. Cic. 'Omnia sub acumen stili subeant.' Altera pars erat obtusa, qua in cæra, quæ non placebant, verba delebant, ac cæram rursum complanabant: ut hic docet Prudent. Doctiss. Erhard. in Symbolis Petronianis p. 586. et Dousa in Præcidan. I. 2.

HYMN. X. 1 *Romane*] Lippelous tom. IV. sub 18. Novembris. Bergomens. lib. VIII. Chronic. p. 197. a. sub anno Christi CCLXIII. Osiand. epit. hist. Eccles. cent. IV. lib. I. c. 23.

9 *Vox veritatis testis*] Justin. Mart. apolog. I. *Ἐξεταζόμενοι δὲ, οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον. ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ θεῷ γινώσκομεν.*

18 *Nolite verba*] Ad ea verba D. Cyprian. Ep. IV. 6. dixit: 'Quid loqui et respondere possimus, dari nobis in illa hora divinitus et offerri, nec nos tunc esse, qui loquimur, sed spiritum Dei Patris; qui, cum a confidentibus non discedit, neque dividitur, ipse in nobis et loquitur, et coronatur.' Juvencus lib. II. 'Cum vos prodiderint, verborum ponite curam: Sponte fluens dabitur sermonis gratia vobis. Spiritus in vobis, pro vobis digna loquetur.'

25 *Furore pestis pejor in novissimo*] 'Quam maxime mortiferi morsus esse solent morientium bestiarum,' inquit Florus II. 15. 'Et fere plus impetus, major constantia penes miseros.' Tacit. in Agric. Silius lib. I. 'Et fractis

rebus violentior ultima virtus.'

26 *Sic vulneratus anguis*] Egesippus v. 27. 'Feræ ipsæ cum se circumvallatas armatis viderint, majore in eos impetu ruunt, ut vi sibi aperiant iter. Et atrociora serpens latibulis excussus, infundit venena. Sunt etiam, quæ natura innoxia, in periculis tamen suis ad nocendum fortia sunt. Habent cervi sua arma, si quis se obvium ferat, et mortem cornibus repellunt. Habent et læsæ apiculæ suos morsus.' Seneca lib. IX. controv. 6. 'Concitatissima in mortem rabies est: desperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela omnia commordent, et ad mortis autorem per vulnera sua ruunt,' &c. Vide Ovid. Met. III. 69. et 83.

38 *Quid ante tempus*] Matth. VIII. 29. Marc. v. 7. Luc. VIII. 28. Chrysost. in Matth. Homil. XXIX.

56 *Conspirat uno fœderatus spiritu*] Act. IV. 32. *Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία.* Philipp. I. 27.

57 *Agmen imperterritum*] Cyprian. Ep. II. 6. Tertul. apologet. c. XXX. Philipp. I. 28. et seqq. Sunt enim Christiani veri *τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι.* Coloss. I. 23. vel ut Cyprian. Ep. II. 4. 'Vere Evangelii testes, et vere martyres Christi, radicibus ejus innixi, supra petram robusta mole fundati.'

65 *Quo gloriosa morte*] Inf. vs. 135. et Hym. XIII. 46. et 73.

75 *Ipse tortorem trahit*] Gulielm. Canter. nov. lect. II. 8. Potius enim trahebat, quam trahebatur. Tantus enim fuit puellarum ardor, ut satellites ipsos ad Regem traherent potius, quam invitæ sequerentur. Sic de perjuro Juvenalis: 'Tunc te sacra ad delubra vocantem Præcedit, trahere imo ultro ac vexare paratus.'

78 *Vulgi levis*] Chrysost. in Johan. Homil. II. p. 22. *Ὁ δῆμός ἐστι πρᾶγμα θορύβου γέμον, καὶ ταραχῶδες, καὶ ἐξ ἀνοίας τὸ πλέον συγκείμενον, ἁπλῶς φερόμενον κατὰ τῆς θαλάττης κύματα πολλάκις, καὶ ἐκ ποικίλου καὶ μαχομένης συνιστάμενον γνώμης.* Vide Lips. polit. IV. 5. Richter. axiom. polit. 339. Georg. Schönborn. polit. III. 44.

79 *Mentes inquietas*] Livius lib. XXVIII. 'Causa atque origo furoris penes autores est; reliqui contagione insaniunt.'

82 *Illiterata frequentia*] Passim Christianis inscitia objecta. Lucian. Pereg. eos nominat *ἀνθρώπους ἰδιώτας.* Theodoret. Serm. VIII. *χαλκοτύπους, οἰκέτας, καὶ προσαίτας, καὶ γηπόνους, καὶ ἀλσοκόμους, καὶ γυναῖκας.* Justin. apolog. I. *καὶ χειροτέχναι καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες.* M. Minuc. Octavio: 'Itaque indignandum omnibus, imo indolescendum est, audere quosdam, et hos studiorum rudes, literarum profanos, expertes artium, nisi sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac majestate decernere.' Idem ibid. 'Qui de ultima fece collectis imperitioribus, et mulieribus credulis, plebem profanæ conjurationis instituunt.' Arnob. lib. II. 'Quid est, quod a vobis tanquam bruti et stolidi judicemur,' &c. Adi Tertull. apolog. c. I. II.

84 *Si bella Divis ceu gigantes*] V. N. Pont. I. 1. vs. 26.

88 *Quos ut profanos*] Christiani communi convitio *ἄθεοι* et impii, magi et sacrilegi. Arnob. lib. I. 'Ergone impiæ religionis apud vos rei sumus? et, quod caput rerum et culmen, venerabilibus adimus obsequiis, ut convitio utamur vestro, infausti et athei nuncupamur.' Vide Justin. Mart. apolog. II. Inf. 68.

91 *Æquum est, ut quod auctor*] H. e. quod Seneca ait: 'Quod quisque fecit, patitur: autorem scelus Repetit; suoque premitur exemplo nocens.' Lucret. lib. v. 'Circumretit enim vis atque injuria quemque; Atque unde exorta est, ad eam plerumque revertit.' Et e Comico veteri duos sena-

rios allegat Plutarch. *εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων Κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.* V. N. Terent. Phorm. II. 2. Richter. axiom. polit. c. CXLVIII. Camerar. meditat. Hist. cent. I. c. 9.

112 *Illum vetusta nobilem prosapia*] 'Excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum; præter illa videlicet, quæ legibus demonstrantur, i. e. maleficii et majestatis læsæ.' L. VII. C. de malefic. l. XI. C. Theodos. de quæst. De honoratorum privilegio hic extat locus. Frid. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. p. 178.

113 *Meritisque esse primum civium*] Ita nescio quis: 'Uno ore plurimæ consentiunt gentes, Populi primarium virum fuisse.'

117 *Plumboque*] Vide Baron. in Not. ad Martyrolog. p. 359. Lexicon Jurid. in 'Plumbatæ.'

118 *Persona quæque competenter*] Hoc referendæ sunt orat. I. et II. Hermann. Kirchner. Radulph. Forner. rerum quotidian. IV. 2.

128 *Dei parentis esse ab ore cæpimus*] Sap. VII. 5. et 6. Inf. Apoth. vs. 1032. Manuel Palæologus orat. VII. instit. Regiæ, De Humilitate: *πάντες ἐσμὲν ἐξ ἑνὸς φυράματος, χειρὶ μιᾷ τῇ τοῦ θεοῦ πεπλασμένοι πρὸς ἕν τι εἶδος.* Boëth. III. Met. 6. Lauterbach. tract. de literis et armis § 91. et seqq.

142 *Nonne cursim transeunt*] Quia magistratus annui tantum erant. Vide Sapient. v. 8. Theodoret. Dial. 1. *Οἱ δὲ ἄνθρωποι πρόσκαιροι, ἥ τε γὰρ φύσις ὀλιγόβιος, καὶ ἡ βασιλεία, κἂν τῇ ζωῇ πολλὰς ἔχει καὶ ἀντιστρόφους μεταβολάς.* Sup. Cathem. I.

143 *Fasces, secures*] Georg. Schönborn. Polit. II. 20.

147 *Farre pullos pascitis*] Cyprian. de idolorum vanitate. M. Minuc. in Octav. p. 59. Festus in Solistimum et Sonivium. Turneb. XIV. 12. Peucer. in lib. divinat. de Auguriis.

148 *Aquila ex eburna*] Sceptrum sive gestamen consulare, scipio eburneus. Dionys. Halycarn. lib. III. scribit, misisse Hetruscos Tarquinio insignia, quibus suos Reges ornare soliti essent; coronam, sellam eburneam, sceptrumque in summo habens Aquilam. Aquilæ sceptro impositæ hic meminit Prudentius. Val. Max. IV. 4. 'Nec iis fuit rubori, eburneo scipione deposito, agrestem stivam aratri repetere.' Christoph. Coler. ad dict. l. in animadvers. p. 547.

152 *Infra sectilem quercum siti*] Sup. περὶ στεφ. v. 69.

155 *Matris Idææ*] Gyrald. Hist. Deor. syntag. 17.

160 *Almonis usque pervenitis*] Vibius Sequester in lib. de fluminib. p. 329. 'Almon Romæ, ubi mater Deum 6. Cal. April. lavatur.' Ammian. Marcell. XXVI. p. 259. 'Ad diem 6. Cal. (Apriles) quo Romæ matri Deum pompæ celebrantur annales, et carpentum, quo vehitur simulacrum, Almonis undis ablui perhibetur.' Ambros. Ep. III. 48. 'Currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele.' De lavatione porro et Augustin. de civ. Dei II. 4. Herodian. lib. I. Lips. cent. miscell. Ep. LXXV. Turneb. IX. 26. Quo autem ritu currus Idææ matris ad flumen sit deductus, noster hic autor abunde explicat. Confer Frid. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. p. 127. et seq. ubi et hæc adducit.

162 *Quum Luperci curritis*] Ovid. Fast. II. 31. 283. et 426. Livius lib. I. Plutarch. Rom. Quæst. Romulo, et Antonio. Valer. Max. II. 2. Varro l. v. de L. L. Festus in voce Februarius: et Crepos. Augustin. XIII. 34. et XVIII. 17. de civ. Dei. Servius ad Æn. VIII. Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. p. 475. Inf. in Symmach. II. 922. Alexand. ab Alexand. IV. 12. Polydor. Virgil. de inventor. rerum II. 14. Scholiast. Juvenal. Sat. II.

172 *Quod vultuosus*] Nazar. Panegyr. 'Ita intimos mentis affectus pro-

ditor vultus enunciat, ut in speculo frontium imago extet animorum.'

175 *Ratione mecum, non furore dimica*] M. Minuc. Octavio: 'Nihil indignandum, vel dolendum, si quicunque de divinis quærat, sentiat, proferat; cum non disputantis autoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur.'

184 *Odit uxor pellicem*] Plin. panegyr. 'Nihil est tam pronum ad simultates, quam æmulatio, in fœminis præsertim.' Euripid. Medea vs. 265. Γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα, Κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν· Ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ, Οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. Et Andromach. vs. 181. Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ, Καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλιστ' ἀεί. Huc quoque quadrat Græcus ille versiculus: Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον. Vide Ovid. de Arte II. 373. Senec. Herc. Œt. vs. 283. et 282. Medea vs. 579. et imprimis Tyraquell. connubial. XIII. et XVI.

185 *Deos catenæ colligant*] Ovid. Met. IV. Homer. Odyss. VIII. Cl. Alexand. pædag. II. p. 90. Nonn. l. V. p. 174. Cyprian. Ep. II. 2. Jul. Firm. de errore prof. relig. p. 33. Cæl. Rhodigin. XVIII. 6. Arnob. lib. V. p. 182. et seq. Fulgent. mytholog. lib. II. Bergomens. l. IV. Chron. p. 43. b. Hygin. fab. CXLVIII.

191 *Occisum gravi disco*] Intelligit Hyacinthum: de quo Ovid. Met. X. 162. et seqq. Nonnus Dionys. XXIX. Ὡς Ὑάκινθον Ἀπόλλων Ἔστενεν ἀνδροφόνῳ βεβολημένον ὀξέϊ δίσκῳ, Μεμφόμενος ζεφύρου ζηλήμονος ἆσθμα θυέλλης. Meminit ejusdem et lib. X. Nicander in Theriacis: ψίλωθρον, καρπόν τε φιλοθρήνου Ὑακίνθου, Ὃν Φοῖβος θρήνησεν ἐπεί ῥ' ἀεκούσιος ἔκτα, Παῖδα βαλὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο Πρωθήβην Ὑάκινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ, Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα. Ovid. in Ibin vs. 589. 'Aëra si vacuum misso jaculabere disco; Quo puer Œbalides, missus ab orbe cadas.' Jul. Firmic. de profan. relig. errore: 'Puerorum aliquis delectatur amplexibus? Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat.' Plin. XXI. 11. Palæphat. de fab. narrat lib. I. Coluth. de raptu Helenæ.

192 *Dicavit florulentum*] Auson. Idyll. XII. 'Solamen tibi, Phœbe, novum dedit Œbalius flos.'

193 *Conductus idem pavit alienum pecus*] Regis Admeti. Euripid. Alcest. vs. 6. Tibull. II. 3. et III. 4. Clem. Alexand. protrept. p. 10. Orpheus in Argonaut. Callimach. Hymno in Apollinem vs. 47. alii. Inde Pindarus ὀπάονα μήλων appellat. Natal. Com. IV. 10. Sen. Hippol. vs. 295. Ovid. Amor. II. 3. Hygin. fab. XLIII.

194 *Furem deinde perditi*] Homer. Hym. in Mercurium. Horat. Od. I. 10. Philostrat. l. I. εἰκόνων. Natal. Com. IV. 10.

196 *Cybelis lucum pineum*] In Ida monte, ubi sanctissime colebatur Mater Deum, pinus abundabat, et ei pineus ibi lucus sacer erat. Claudian. I. de raptu Proserp. 'Densis quam pinus obumbrat Frondibus, et nulla lucos agitante procella.' Ac pinus erat Cybelæ sacra; quod, ut Ovid. Met. X. ait, 'Cybeleius Attis Exuit hac hominem, truncaque induruit ille.' Sed et Arnobius scribit l. V. p. 164. 'Pinus illa, solenniter quæ in matris infertur sanctum Deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitalibus abstulit?' Turneb. XI. 22. vide Martial. Epig. XIII. 25. Natal. Com. II. 1. et IX. 5. Gyrald. syntag. hist. Deor.

197 *Puer sed obstat Gallus*] Fest. Suidas. Catull. in Galliambo. Ovid. Fast. IV. Plin. XI. 49. et XXXV. 12. Minuc. Felix in Octav. p. 47. Tyraq. connub. XV. § 122. Augustin. de Civ. Dei VII. 26. Scholiast. Juven. Sat. II.

203 *Laqueis minacis Juliæ*] De hac lege, Cujac. observat. XX. 18. et 19.

et XXI. 17. et 18. Juven. Sat. II. ibique Scholiast. Tiraquel. connubial. XIII. § 16. et seqq. Parrhas. epist. XXIII. tom. I. Crit. Tertullian. de Monogamia.

204 *Scatiniam*] Juven. Sat. II. Scholiast. 'Ea lata fuit contra eos qui muliebria patiebantur.' Eam tulit Scatinius quidam Aricinus; cujus meminit Cic. Philipp. III. et Auson. Alii contra Pædicones statutam falso contendunt, nomenque accepisse ab eo C. Scatinio, qui autore Val. Max. l. VI. vim filio Marcelli inferre ausus est, et accusante patre condemnatus. Nam leges nomen accipiunt a latoribus, non a reis. Hanc autem pœnam statuebat lex Scatinia, ut, qui ingenuum stuprasset, sestertium decem millia exolveret.

206 *Quid aureorum conditorem temporum*] I. e. Saturnum. Natal. Com. II. 2. Lactant. I. 13. Augustin. D. C. XVIII. 15. Confer Damascium apud Photium in Bibliotheca p. 569. Theodoli Episcopi Eclogam.

208 *Latuisse furtim*] Ovid. Fast. I. 235. Inf. in Symmach. I. 45. Justin. Mart. cohort. II. ad Græcos. Virg. Æn. VIII. Isidor. originat. XV. 1. et XIV. 4.

216 *Libenter hæc Poëtas fingere*] Arnob. l. IV. et initio sequentis. Cyprian. Ep. II. 2. Augustin. de C. D. I. 8. 9. 11. 27.

221 *Cygnus stuprator*] Ovid. Epist. Heroid. VIII. 'Non ego flaminei referam mendacia cygni, Nec querar in plumis delituisse Jovem.' Notum est illud: Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. Hygin. fab. CLV. et LXXVII. Seneca Hippol. vs. 298. Inf. in Symmach. I. 62. Cl. Alexand. protrept. p. 1. Cyprian. l. d. 'Exprimunt Jovem illum suum, non magis regno, quam vitiis principem, in terrenos amores cum ipsis fulminibus ardentem: nunc in plumas oloris flavescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris avibus prosilire.'

222 *Tonantem Tauricornem*] Nonn. Dionys. I. p. 10. Σιδονίης ποτὲ ταῦρος ἐπ' ἠόνος ὑψικέρως Ζεὺς Ἱμερόεν μύκημα νόθῳ μυκήσατο λαιμῷ, &c. Et ibid. Κρονίδου ταυρώπιδα μορφὴν dixit. Vide eundem l. III. p. 102. l. VII. p. 208. lib. VIII. p. 232. l. XXXI. p. 796. lib. XL. p. 1038. et alibi. Inf. in Symmach. I. 60.

224 *Ridesque et ipse*] Arnob. lib. V. inter alia sic disserit: 'Eadem ubique est Jupiter fabula, neque ullum turpitudinis genus est, in quo ejus non nomen consociatis libidinibus conseratis: ut videatur miserabilis prorsus nullam non esse causam ob aliam natus, nisi ut esset criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluvionibus derivarent,' &c. Et mox: 'Vellem ita videre patrem illum Deorum Jovem, æternam rerum atque hominum potestatem, bubulis esse cohonestatum cornibus, hirsutas agitantem aures, contractis in ungulas gressibus ruminantem pallentes herbas, et ex parte postica caudam, suffragines, talos mollissimos perlitum, atque intestina proluvie delibutum,' &c.

227 *Maritum Alcmenæ*] Plaut. Amphit. Æschyl. Pindar. Nem. I. Nonn. l. XXXI. p. 792.

228 *Meretrix Adonem*] Ovid. Met. X. Theocrit. Epitaph. Adon. Natal. Com. V. 16. P. Victor. var. lect. c. XVII. Bion Idyll. I. Non. lib. XLI. Apollodor. lib. III.

234 *Avis ministra*] De Aquila loquitur: 'quæ fulmina curvis Ferre solet pedibus, Divum gratissima Regi.' Hæc enim, et propter volatus pernicitatem et altitudinem, Jovis esse armiger fingitur. Theocrit. appellat Διὸς αἴσιον αἰετὸν ὄρνιν. Pindar. Olymp. II. Διὸς ὄρνιθα θεῖον, et alibi οἰωνῶν βασιλέα. Plin. X. 3. 'Negant,' inquit, 'unquam hanc alitem fulmine exani-

matam: ideo armigeram Jovis consuetudo judicavit.' A Callimacho Hymn. I. 68. dicitur οἰωνὸς μέγ' ὑπείροχος ἀγγελιώτης Διὸς τεράων. Phornut. de nat. Deor. Hygin. lib. II. poët. Astron. Fulgent. mytholog. lib. I. German. Cæsar in Arati Phænom. ubi de Aquario.

235 *Exoletum*] I. e. Ganymedem. Inf. in Symmach. I. 69. Arnob. lib. VI. mihi p. 195. Theodoret. Græcar. affect. l. III. Augustin. de C. D. VII. 26. et XVIII. 13.

236 *Facem recincta veste prætendit*] Serv. in Virg. Georg. I. Claudian. de Rap. Pros. lib. III. Minuc. Octav. 'Ceres, facibus accensis et serpente circumlata, errore subreptam et corruptam liberam anxia et sollicita vestigat.' Clem. Alexand. protrept. Jul. Firm. de errore profanæ relig. Fulgent. l. I. Mytholog. Bergomens. Chron. III. p. 33. b.

239 *Fusos rotantem cernimus Tyrinthium*] Ovid. Epist. Deianiræ. Senec. Hippol. vs. 316. et Herc. Œt. vs. 371. Commentar. Terent. Eunuch. v. 8. Fulgent. l. II. mytholog. Palæphat. lib. I. de fab. narrat. Festivum et salsum est Britanni illius epigramma: 'Frangere quem nulla valuit virtute, labores Quis fuit Herculeos maximus inter? AMOR. Lenam non potuit, potuit superare Leænam. Quem fera non valuit vincere, vicit Hera.'

242 *Faunos, Priapos, fistularum præsides*] Turneb. Advers. XIX. 3.

254 *Deos Latinos*] Inf. in Symmach. II. 865.

Deos Ægyptios] M. Minuc. Felix, Octav. p. 47. et 66. et ibid. Johan. a Wouweren in Notis p. 156. Juven. Sat. XV. Cl. Alexan. protrept. Justin. Mart. Turneb. Advers. VII. 8. Cic. de N. Deor. I. et III. et Tusc. V. Philo lib. de vita contemplativa. Euseb. de præparat. Evang. III. 3. et 4. Basil. Seleuc. Orat. II. in Noam.

257 *Aspis Æsculapii*] Natal. Com. IV. 11. Arnob. l. VII. Albric. l. de Deor. Imaginib.

258 *Ybis*] Ammian. Marcel. lib. XXII. 'Ibis sacra est et amabilis, et innocua, ideo quod nidulis suis ad cibum suggerens ova serpentum, efficit, ut rarescant mortiferæ pestes absumtæ.' Ælian. de animal. XI. 38. Plin. X. c. 28. vide eundem VIII. 27.

260 *Venerare acerbum cepe*] Minuc. in Octav. 'Iidem Ægyptii, cum plerisque vobis, non magis Isidem, quam ceparum acrimonias metuunt.

Mordax allium] Turneb. XVIII. 12.

261 *Fuliginosi ture placantur Lares*] Lares ornabantur coronis et floribus, ture ac farre. Juven. Sat. XII. 'Laribusque paternis Tura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.' Adi Gyrald. Syntag. Hist. Deor. XV. Natal. Com. IV. 4. Ovid. Fast. II. 599. et V. 129. Fest. in Compitalia.

270 *Origo vestrum*] Psal. CXV. Esai. XLIV. Arnob. lib. VI.

271 *Ars seminandis efficax*] Cl. Alexand. protrept. Τοσοῦτον ἴσχυσεν ἀπατῆσαι τέχνη, προσαγωγὸς ἀνθρώποις ἐρωτικοῖς εἰς βάραθρον γενομένη. Et quæ sequuntur.

274 *Capillos Liberi*] Tibull. I. 4. 'Solis æterna est Phœbo Bacchoque juventa: Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.' Hesiod. in Theogon. nominat χρυσοκόμην. vide Nat. Comit. V. 13.

275 *Minervæ pectus hydris*] Attius Eriphyla: 'Pallas bicorpor anguium spiras trahit.' Claudian. de Raptu II. 225. 'Gorgoneisque premens assibilat hydris.' Adi Ovid. Met. IV. 798. Fulgent. mytholog. lib. II. p. 135. et lib. I. p. 132. et lib. III. p. 142.

279 *Ephebum*] Ovid. Met. de Baccho: 'Tibi enim inconsumta juventa est: Tu puer æternus: tu formosissimus alto conspiceris cælo.' Vide Nonn. Dionys. et Nat. Com. l. d. Fulgent. mytholog. lib. II. p. 40. 'Dionysius juvenis ideo pingitur, quia

nunquam ebrietas matura est.'

281 *Dianam molle succinctam*] M. Minuc. Octav. 'Diana interim est alte succincta venatrix.' Arnob. l. III. 'Semitectis femoribus Diana.' P. Faber Semest. III. 8. Turneb. XXVIII. 16. Artemidor. Onirocrit. II. 35. ibidemque alti vir ingenii Rigaltius.

285 *Clavam minari*] Natal. Com. VII. 1.

292 *Phidias*] Plin. XXXIV. 8. uti et de Mentore Arnob. lib. VI. 'Inter significes ille memoratus Phidias, et primus.'

296 *Pago dedite*] Baron. in Not. ad Martyrolog. sub 31. Januar. p. 89. Pagani a pagis dicti, pagique a fontibus: quod eadem aqua uterentur. Aquas enim Dorica lingua παγὰς dictas esse, scribit Festus. Unde Perottus: 'Fons Græce παγὴ dicitur: unde simul plures domus rusticæ, h. e. plures villæ, pagus vocatur; quod circa fontes condi hujusmodi villæ consueverint. Hinc Pagani dicti, quasi eodem fonte potantes.' Hæc ille. At vero postea usu receptum est, ut non tantum in pago degentes a Gentilibus dicerentur Pagani; sed et omnes, qui non essent adscripti militiæ: atque in Paganico esse dicerentur, qui nondum inter milites censiti essent; ut constat ex l. I. C. de militari testamento, et aliis. Ita Tertullian. lib. de corona Militis ait, 'Christianum hominem militiæ adscriptum eadem pro Christi nomine præstare debere, quæ fides pagana condixit.' q. d. Eadem est lex Christiani hominis militantis cum illa quæ fuerat illi præscripta cum adhuc paganus nondum inter milites esset adnumeratus. Quod autem Pagani postea appellati sunt et ii qui non sunt Christiani, sed Gentiles, non antiqua, sed recens fuit ea vocis significatio. Augustin. retract. II. 43. 'Deorum falsorum cultores usitato nomine Paganos vocamus.' Unde autem Pagani appellati sint cultores idolorum, varii varia tradunt: Philastrius lib. de hæresib. c. III. Isidor. Orig. VIII. Beda in Cantic. VI. 30. et in Marcum c. XV. in Luc. VI. 23. et homil. in feriam tertiam Palmarum. Opinor autem, a temporibus Christianorum Impp. eam vocem in eam transisse significationem, ut Pagani dicerentur Gentiles, ea nimirum ex causa, quod legibus Imperatorum, clausis idolorum delubris, sacrisque vetitis, Gentiles sic sua ipsorum superstitione exclusi, Pagos adirent, illicque suos Deos colerent, ac clandestina sacra peragerent. In pagis enim et villis illorum superstitionis cultum fuisse frequentem, docet Cicero de LL. II. Erant enim illic celebria festa, Paganalia dicta, feriæque Paganicæ, quorum meminit Varro de L. L. lib. V. Unumquemque Gentilium in suo agro habuisse partem aliquam Diis sacratam, in qua eos colerent, auctor est Censorin. lib. de natali die c. I. In hanc sententiam Romanus Martyr ita h. l. ait: 'Non erubescis,' &c. Idemque adv. Symmach. lib. I. in fine hæc habet: 'Nec pago implicitos per debita culmina mundi Ire viros prohibet.' Sicque pago deditos, pagoque implicitos, Gentiles ipsos vocat. Usque enim ad tempora Honorii Imp. quæ erat in pagis, idololatria adhuc residua fuisse videtur. Sicque ex his omnibus jure dici posse videtur, Paganos Gentiles homines sic a pago esse dictos, quod, exclusi civitatibus, in pagis adhuc idola colerent. Vide ibi plura.

299 *Quos trulla, pelvis*] Tertull. 'De simulachris nihil aliud deprehendo, quam materias esse vasculorum.' Minuc. Octav. p. 53. 'Et Deus æreus vel argenteus de immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis, in incudibus figuratur.' Arnob. lib. VI. p. 195. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 15. et seqq.

302 *Quos lana terret*] Stemma, teste

Sophoclis interprete in Œdip. Tyranno, est lana ramo circumvoluta. Deorum vero simulacra hujusmodi stemmatis integi solere, apud Julium Obsequentem invenias; ubi inter prodigia refertur, ea a statuis decidisse. P. Nann. miscell. VII. 16. Lanam in picto scipione gestabant olim circulatores aut præstigiatores, qui suis fallaciis imponebant pueris et fatuis.

312 *Videndo clauditur*] Merc. Trismeg. *Θεὸς ἀγέννητος, ἀφαντασίαστος, καὶ ἀφανὴς, οὐδὲ ἀκουστὸς, οὐδὲ λεκτὸς, οὐδὲ ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, ἀνεκλάλητος, ἄῤῥητος, σιωπῇ φωνούμενος.* Cl. Alexand. v. Stromat. p. 256. *Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ 'Οφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ; 'Αλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατ' ἐναντίον ἠελίοιο "Ανθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες, προεῖπεν ἡ Σίβυλλα.* vide ibid. plura. et p. 258. Ibidem paulo ante p. 250. Orphei versus adducit: *οὐδέ τις αὐτὸν Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.* Item: *Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται. Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις Μικραὶ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύκασιν,* &c. Maxim. Tyr. Dissert. XXXVIII. Theodoret. Græcar. affect. lib. I. Inf. Apoth. vs. 879. Basil. M. hexaëm. Homil. X. p. 45.

315 *Extraque*] Aratus in Phænom. apud Cl. Alexand. Strom. v. p. 265. *μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.* vide Augustin. tom. II. Epist. LVII. Macar. Homil. XIII. et XVI.

Et intus] Supra Cathem. II. sub finem.

316 *Intemporalis*] Thales apud Laërt. *Τὸ θεῖον ἐστι τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον, μήτε τελευτήν.* Max. Tyr. dissert. XXXVIII. *'Ο μὲν θεὸς, τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, πρεσβύτερος μέν ἐστιν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ· κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως.* V. N. ad Dracont. vs. 517.

320 *Ex luce fulgor natus hic est*] Justin. in exposit. fidei: *'Ο μὲν φῶς ἐκ φωτὸς γεννητῶς ἐξέλαμψε.* Nazian. de Theol. *'Ο θεὸς λόγος ὁ προαιώνιος, ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀθανασίας τὸ ἐκμαγεῖον ἀρχετύπου, ὁ τοῦ πατρὸς ὅσιος καὶ λόγος.*

326 *Cœlum solumque*] Vide Dracont. Hexaëm. et alios.

337 *Sed jussione*] Cl. Alex. protrept. *Μόνον τὸ βούλημα θεοῦ κοσμοποιΐα.* Et ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ. Item: *Τὸ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν, ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι.* Et Strom. v. p. 254. *Τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἔργον εἶναι,* ait. Athanas. dial. I. de Trinit. *ἡ γὰρ ἐντολὴ σύνδρομον ἔχουσα τὴν δύναμιν περίστησιν, ὃ βούλεται ὁ ἐντειλάμενος.* Basil. M. Homil. VIII. in hexaëm. p. 84. *'Ο θεῖος λόγος φύσις ἐστὶ τῶν γενομένων.* vide eundem ibid. p. 8. *τὸ πρόσταγμα, ἔργον ἦν.*

346 *Ædem sibi ipse mente in hominis condidit*] Inf. in Symmach. II. vs. 215. M. Minuc. Octav. p. 73. 'Templum quod ei (Deo) extruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit, et cum homo laxius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? Hostias et victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit? ut rejiciam ei suum munus. Ingratum est; cum sit litabilis hostia, bonus animus, et pura mens, et sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet, propiciat Deum: qui hominem periculo surripit, opimam victimam cædit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt.' Justin. parænet. II. *Οὐ βούλεται (ὁ θεὸς) σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγένειας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχὴν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην.* Idem apolog. II. Lactant. v. 9. et 20. VI. 24. 25. alibique. Tertullian. apologet. cap. XXX. Senec. de Benefic. I. c. 6. Ar-

nob. lib. IV. p. 146. notæ ad Dracont. vs. 514. Augustin. D. C. X. 4. 5. 6. Cl. Alex. Strom. l. VII. p. 300. lin. 8. Philo l. de migratione Abrahami.

356 *Cordis innocentiam*] Cyprian. Ep. II. 2.

357 *Castitatem corporis*] Isidor. Pelus. Epist. III. 163. Tertull. de cultu feminar.

372 *O carnulenta nationum pectora*] Cyprian. tract. I. contra Demetrian. p. 147.

375 *Subjecta semper intuens, nunquam supra*] Cyprian. ibid. 'Ut carere Inferis possis, ad alta et cœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente, quem colis, sternis? Quid in ruinam Diaboli per ipsum et cum ipso cadis? Sublimitatem serva, qua natus es. Persevera talis, qualis a Deo factus es. Cum statu oris et corporis animum tuum statue. Ut cognoscere Deum possis, te ante cognosce. Relinque idola, quæ humanus error invenit,' &c.

381 *Dedolato supplicare stipiti*] Tertull. apologet. 'In Deos vestros per omnia membra incumbunt asciæ, et runcinæ et scobinæ.' Inde ξόανα Cl. Alex. protrept. p. 18. Arnob. l. VI. p. 196. M. Minuc. Octav. p. 53. 'Deus ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio, suspenditur, cæditur, dolatur, runcinatur.'

385 *Urnas lambere*] Adhuc fit in Italia, inquit Fabricius, ut tumbas Divorum superstitiose osculentur.

388 *Nil est amore veritatis celsius, Dei*] Tertullian. apologet. c. XXX. et XLV. Cyprian. tract. I. contra Demetrian. p. 147. et seq.

401 *Moris o prisci status*] Cicer. II. de Divinat. 'Majorum instituta tueri, sacris ceremoniisque retinendis, sapientis est.' Aristot. Rhet. ad Alexand. Καὶ τὰ πάτρια ἔθη παρὰ πᾶσι παραβαίνειν ἄδικόν ἐστι. Val. Max. lib. II. 'In minimis quoque rebus omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda.'

409 *Quicquid novellum*] Hac de re graphice Arnob. l. II.

412 *Divum favore cum fundaret*] Ov. I. Fast. vs. 198. Vell. Paterc. lib. I.

Puer Mavortius, Romulus] Genitor et pater Romanorum Mars, quia Romulum sevisse dictus. Ovid. Fast. III. 10. Inf. in Symmach. I. 166. Augustin. D. C. XVIII. 21.

415 *Jovi Statori*] Vell. Paterc. l. II. sub finem: 'Juppiter Capitoline, et auctor ac stator Romani nominis, Gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium, et quicquid numinum hanc Rom. Imp. molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, vos,' &c. Augustin. D. C. VII. 11. Florus I. 1. Ovid. Fast. VI. in fine. Seneca de Benef. IV. 7.

422 *Pro principali rite nobiscum Deos*] Justin. apolog. II. Cyprian. Ep. I. 2. p. 16. Lips. ad XVI. Annal. Taciti.

428 *Quam fidele ut militent*] Formula videl. solennis; qua alloqui milites soliti sunt Imperatores. Ammian. Marcell. in Orat. Juliani. Constantius Imp. milites suos Romanæ rei fidissimos defensores appellat, apud eundem Marcell. l. XVII. Etiam Christiani in suis supplicationibus sic orabant: 'Fortis esset exercitus et fidus.' Ita h. l. Prudent. Frid. Lindenbrog. in observat. ad Ammian. p. 34.

443 *Nam si resistet Christiano nomini*] Justin. Mart. apologet. II. Τοσοῦτον δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λησταὶ ἐν ἐρημίᾳ. Sed quid interim? 'Deo magis obedire oportet, quam hominibus.'

445 *Scelus jubenti nunquam serviam*] Ita prudentiss. ille Anglorum Morus, quod incestuosum complexum Henrici regis defendere recusavit, ferrum potius ac ignem pati maluit. Ita Papinianus Caracallæ fratricidium excusare detrectavit: 'Facilius,' inquiens, 'perpetrari illud, quam excusari.' Horat. Carm. III. 3.

460 *Hoc omne, quicquid*] Tertullianus ad Martyr. et apologet.

462 *Populos quod istos perditus tecum trahis*] 'Qualis enim rex est, talis quoque subditus illi Esse solet populus, studiisque tenetur iisdem.' Palingen. IX. 624. Quo spectat, quod Plinius protulit, Panegyr. 'Flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus.' Et postea: 'Eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes unius moribus vivamus.' Πρὸς τὸ τοῦ ἄρχοντος ἦθος (inquit vetustus quidam autor in collectaneis ex Antonio) πλάττεσθαι πέφυκεν ὡς τὰ πολλὰ τὸν ἀρχόμενον· ὥστε ὁποῖοί ποτε οἱ ἄγοντες ὦσι, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν ἀναγόμενον εἶναι. Item: Πέφυκεν ὡς ἀεὶ πρὸς τὰς γνώμας τῶν ἀρχόντων τυποῦσθαι καὶ τὸ ὑποχείριον. Denique, Πρὸς τὰς γνώμας καὶ τὰς πράξεις τῶν ἡγουμένων αὐτῶν οἱ πολλοὶ ἐξομοιοῦνται· καὶ ὁποῖα ἂν ἐκείνους δρῶντας γνῶσι, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ὡς ἀληθῶς, οἱ δὲ καὶ προσποιούμενοι πράττουσιν. Tam ad bona igitur, quam ad mala rapiuntur subditi a principe: ut ad impietatem quoque cum ipso prolabantur, corruptis, per depravatam illius vitam, istorum moribus; quos eadem non patrare, quæ ipsum facere intelligant ferantque, nefas omnino sit: quod de Roboam divinum cultum contemtui habentis hominibus a Josepho ita enarratur Antiq. Judaic. VIII. 3. p. 248. Anton. Benbell. in Suscitab. I. 13. pag. 189. P. Faber Semest. III. 20. Richter. axiom. polit. c. 120. Zehner. cent. II. adag. sac. LXIX. supra περὶ στεφ. II. 27.

468 *Christus paternæ gloriæ splendor*] Coloss. I. 15. Epiphanius in Origene: Εἰκὼν ἀκριβὴς, φύσει ἐκτυποῦσα τὸν ἴδιον πατέρα, καὶ ὅμοια κατὰ τρόπον πάντα.

471 *Sola quæ non occidit*] Matth. X. Sapient. II. Ecclesiastic. XII. Phocylid. Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισιν. Max. Tyr. dissert. XXV. Alcin. de doctr. Platon. c. XXV. Lactant. passim. Æneas Gazæus de animarum immortalitate, sive in Theophrasto.

473 *Aut luce fulget*] Nazianzen. serm. funebri in Cæsarium fratrem, pag. 50. Πείθομαι σοφῶν λόγοις, ὡς ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη. ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ λέγειν χρὴ, θαυμασίαν τινὰ ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο, καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα, μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα, ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς καὶ θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος.

475 *Tartaro*] Ἦχι πυρὸς ποταμοὶ καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι, Ψυχῶν τ' οὐλομένων ποινὴ καὶ τίσις ἄπαυστος. Nazianz. in carm. sacris.

478 *Membra quo pacto cadant*] Prosper sentent. CIX. 'Ferro, peste, fame, vinclis, algore, calore, Mille modis miseros mors rapit una homines.'

479 *Casura certe lege naturæ suæ*] Demost. orat. amatoria: Πέρας μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. Et suo more et intellectu Seneca de Remed. Fortun. 'Morieris: ista hominis natura, non pœna est.'

481 *Nec distat, ignes*] M. Minuc. Octav. pag. 24. 'Inde videlicet et execrantur rogos, et damnant ignium

sepulturas. quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen et ætatibus in terram resolvatur: nec interait, utrum feræ diripiant, an maria consumant: an humus contegat, an flamma subducat: cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate, medicina.'

487 *Ut febris atro felle*] Basil. M. protrept. in sac. Baptism. p. 191. Ὅτε πνικρῷ ἄσθματι καὶ ξηρῷ συνεχόμενος, πυρετοῦ λάβρου διακαίοντος τὰ ἔνδον καὶ ὑποσμύχοντος, στενάξεις μὲν ἀπὸ μέσης καρδίας, τὸν δὲ συλλυπούμενον οὐχ εὑρήσεις.

509 *Inflatur ira*] Infra Psychom. vs. 113. et seqq. insuperque Commentar. Terent. Adelph. III. 2. pag. 496. Basil. M. homil. ἐν λακίζοις pag. 213.

Solvitur libidine] Senec. Ep. XIV. 93. 'Voluptas ultro dissolvit, et omne robur emollit.' Ambr. de Cain et Abel I. 5. Notæ Pont. I. 11. vs. 33. Isidor. Pelus. Ep. I. 185.

510 *Plerumque felle tincta livores*] Basil. M. homil. περὶ φθόνου pag. 170. et 213.

511 *Aurum regestum*] Infra Hamartig. vs. 316.

514 *Luxus vorandi, carnis*] Cyprian. Ep. II. 2. 'Impletur in succum cibis fortioribus corpus, et arvinæ toris membrorum moles robusta pinguescit.'

522 *Quod peribit omnibus*] Κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' ἀΐδαο, inquit Pindar. Nem. VII. Ἀφνεὸς τε πενιχρός τε θανάτου Παρὰ σᾶμα νέονται. ibid. Θνήσκομεν ὁμῶς ἅπαντες. Isth. VII. Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται, Eurip. Alcest. Psal. XLIX. 6. Sirac. XL. 29. Job XXI. 23. Horat. Carm. I. 4. et 28. Carm. II. 3. 14. et 18. et Carm. III. 1. Propert. Eleg. III. 16. Plaut. Trinum. sc. Minus quindecim: 'Nos homunculi, salillum animæ qui cum extemplo amisimus, æque mendicus atque ille opulentissimus censetur censu ad Acherontem mortuus.' Silius Italic. lib. XIII. 'Crassi mox advolat umbra, Dives apud superos, sed mors æquarat egenis.'

524 *Sic Vernularum, sic Senatorum caro*] Senec. Ep. XIV. 92. 'Æquat omnes cinis. Impares nascimur, pares morimur. Conditor ille juris humani non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Ubi vero ad finem mortalium ventum est, Discede, 'inquit,' ambitio: omnium, quæ terram premunt, similis esto.' Claudian. de Rapt. Pros. II. 'Omnia mors æquat.' Huc refer illud Lysiæ in epitaphio eorum, qui Corinthiis opem tulerant: Ἐπισταμένους, ὅτι ὁ θάνατος κοινὸς καὶ τοῖς χειρίστοις καὶ τοῖς βελτίστοις· οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὑπερορᾷ, οὔτε τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσι.

536 *Quandoque cælum, ceu liber*] Esai. XXXIV. Apocalyps. VI. Isidor. Pelus. Epist. I. 188. Perer. lib. II. in Genesim pag. 349. Justinus Martyr respondens ad quæstionem nonagesimam quartam Orthodoxorum, qua quærebatur, quemadmodum intelligendum esset, quod dicitur ab Esaia, fore, ut cælum aliquando, velut liber, complicaretur, sic ait: 'Quemadmodum cæli creationem divinæ literæ per similitudinem conferunt aliquando cum pellis extensione, dicentes, Qui extendit cælum, sicut pellem; aliquando cum firmato fumo, Cælum, inquit, ceu fumus, firmatum est; aliquando cum rotunditate cameræ, Qui extendit, inquit, cælum velut Cameram: sic e diverso, cæli dissolutionem per comparationem conferunt cum aliis rebus, ut apud Esaiam cum volumine involvendo et implicando, sicut apud Davidem Psalm. CI. cum vestimento veterascente et commutando.' Sic Justinus. Hieronymus vero super illis verbis hæc scribit: 'Considerandum, quod non dicat interire cælos, sed replicari sive complicari quasi librum; ut, postquam omnia peccata aperta fuerint et re-

lecta, complicentur qui prius aperti fuerant, ut nequaquam ultra scribantur in eis delicta multorum. In scriptura enim dicuntur cæli annunciare justiciam Dei, revelare iram ejus, et probare ac testificari hominum scelera.' S. Thomas et Nicolaus de Lyra aliter exponunt. 'Complicabuntur,' inquiunt, 'cæli tanquam liber, h. e. non exercebunt ultra Ethnici astromantiam suam, nec posthac ex astris divinare audebunt eventa hominum, quasi legerent in sideribus descriptos casus et eventus futuros.' Alii sic interpretantur: Non patebit amplius introitus in regnum cælorum, sed janua cælestis clausa erit. Sunt etiam, qui explanent hoc modo: Ministerium et usus cælorum atque siderum exhibitus homini ante diem judicii, postea esse desinet. Nam licet non prorsus interibunt cæli, alio tamen statu erunt, et quibus nunc funguntur ministeriis et obsequiis hominum causa, ab illis post diem judicii quoquo modo vacabunt. quæ vacatio pulcre declaratur ab Esaia similitudine libri, quem posteaquam eo usi sumus, nec amplius nobis usui futurus est, complicare et claudere solemus. Nec displicet mihi interpretatio eorum, qui aiunt, illa similitudine declarari, tantam fore divinæ iræ et vindictæ demonstrationem adversus gentes, de quibus illic Esaias loquitur; tantam rerum omnium perturbationem et confusionem; tantam denique hominum tristitiam, dolorem, et conflictationem; ut præ magnitudine mœroris atque doloris, et præ animi perturbatione et oppressione, videantur hominibus cælestia lumina restingui, stellæ de cælo cadere, motusque earum conturbari; denique cælum complicari et recedere. Nam quod hic dicitur complicari, in Apocalypsi dicitur, recedere vel abire. Sic enim habes in cap. VI. Et cælum recessit sicut liber involutus. Vide ibidem plura, ut et fol. 1137.

573 *Per Solis ignem juro*] Juven. Sat. XIII. 'Per Solis radios Tarpeiaque fulmina jurat.' Ibi Scholiast. 'Persæ,' ut scribit Justinus lib. I. 'Solem unum Deum esse credunt, et equos eidem sacratos ferunt.' Herodotus autem scribit lib. I. 'Persas Soli Lunæque sacrificare, et telluri et igni et aquæ et ventis, quibus solis gubernantur,' &c.

575 *Cujus recursu lux*] Basil. M. Hexaëm. Homil. VI. pag. 28. *Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ἡμῖν καὶ ὁ ψαλμὸς λέγων· ἔθετο ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας· σελήνην καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. πῶς οὖν ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων ἐπειδάν ποτε τὸν καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντα ὑπεράρῃ, ἡμέραν παρέχει διαλύσας τὸ σκότος. ὥς τε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, ἡμέραν ὁρισάμενος εἶναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου πεφωτισμένον ἀέρα. ἢ ἡμέραν εἶναι χρόνου μέτρον, ἐν ᾧ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ ὁ ἥλιος διατρίβει.* Vide eundem ibid. p. 8.

Et annus ducitur] Basil. l. d. pag. 28. *Ἀλλὰ καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς ἐτάχθησαν ἥλιος καὶ σελήνη. σελήνη μὲν ἐπειδὰν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέσῃ δρόμον, ἐνιαυτοῦ ἐστι ποιητική. ἡλιακὸς δέ ἐστι ἐνιαυτὸς, ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις.* Nonn. l. XXXVIII. p. 980. et l. XL. p. 1028.

589 *Non posse cæcis sensibus mysterium*] *Οὐ γὰρ δέχεται σῶμα ῥυποῦν ἀκτῖνας θεότητος.* Justin. Mart. de recta confess. p. 305.

590 *Nil diurnum nec capit*] Basil. M. ibid. pag. 25. *Τότε δὲ τὴν φύσιν αὐτῶν πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπέστησεν, ὥστε ἀμίκτως ἔχειν πρὸς ἄλληλα, καὶ φωτὶ πρὸς σκότος μηδεμίαν εἶναι κοινότητα.* Cyprian. tractat. I. contra Demetrian. 'Certe et labor irritus et nullius effectus, offerre lumen cæcis, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire.'

591 *In tenebris preferam claram facem*] Philo lib. *περὶ ὀνειρ.* *Ἐνάργειαν*

τε πρὸ ἀσαφείας, καὶ πρὸ ψευδοῦς ὑπολήψεως ἀλήθειαν, καὶ πρὸ νυκτὸς ἡμέραν, καὶ φῶς πρὸ σκότους ἀποδέχηται.

592 *Lippus oculos obteget*] Justin. Mart. de recta confess. pag. 305. Ὁ τὰς ὄψεις ἀσθενῶν οὐδ' αὐτῷ τοῦ φωτὸς τῷ ἀπαυγάσματι προσβλέπειν δυνήσεται, διὰ τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν. Vide ibid. antecedentia. Synes. Epist. cv. Ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὄμμα πρὸς λῆμην, καὶ ὀφθαλμὸς εἰς καλὸν, ἂν ἀπολαύσειεν ἀπλήστου φωτός· ᾗ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον, ταύτῃ καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ, καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνάργειαν.

594 *Injuriosa est nil videnti claritas*] Proclus Constantinopolitanus Episcopus, Λημῶν ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρᾶς οὐ δέχεται· καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως οὐ προσίεται ὕψος. Chrysostomus homil. viii. supra Ephes. iv. pag. 1062. Καὶ οἱ τυφλώττοντες ἀφ' οὗ ὤφειλον φωτίζεσθαι, ἀπὸ τούτου σκοτίζονται, οὐ παρὰ τὴν πραγμάτων φύσιν τούτων συμβαινόντων, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν εἰς δέον αὐτοῖς κεχρῆσθαι μὴ δυναμένων. Idem in Matth. Homil. xxii. pag. 214. Isidor. Pelus. Epist. i. 304. et iv. 198. Pisides hexaëm. vs. 852. Seneca Epist. xii. 84. et de vita beata cap. xxi. Item Herc. Fur. vs. 641. Basil. M. p. 299. Τοῦτο δὲ μὴ κεκαθαρμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον, ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι.

609 *Sed stulta mundi summus elegit Deus*] 1 Corinth. i. 27. et Chrysostom. ibid. Homil. v. Inf. Apoth. vs. 41. Paulinus ad Cytherium: 'Benedictus autor, fonsque sanctorum Deus, Non stulta jam tantum, neque Infirma mundi defluentis eligit, Ut alta mundi destruat: Sed, ut ipse dixit, Cuncta jam sursum trahens, Et alta mundi vendicat.' Lactant. v. 19.

611 *Mavortiam lupam*] Varro in fragment. lib. xviii. Polydor. Virgil. de inventor. rer. ii. 14. Hygin. fab. 252. Inf. in Symmach. ii. 394.

618 *Capellam Gnosiam auxisse fertur Jupiter*] Quomodo Jupiter a capra enutritus sit et lactatus, exponit Ovid. Fast. v. Amaltheam pulcherrimis versibus depingens. Strabo lib. viii. 'Non in Creta, sed apud Olenum Achaiæ civitatem, quæ postea Ægeum dicta est, hoc accidisse.' sic ex Arato declarat: Ἱστοροῦσι δὲ, ἐνταῦθα καὶ τὸν Δία ὑπ' αἰγὸς τραφῆναι· καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος· Αἲξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν. Callimach. hymn. i. 48. Σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν Αἰγὸς Ἀμαλθείης. Marc. Minuc. Octav. pag. 47. 'At quæ Jovis sacra sunt? Nutrix Capella est,' &c. Lactant. i. 21. Apollodor. lib. i. Hygin. fab. 139. Natalis Com. ii. 1. Erasm. adag. 'Copiæ cornu.' H. Jun. cent. iii. ad. 88. 'Herculis cornu.' Palæphat. lib. i. de fab. narrat. Suid. in Ἀμαλθείας κέρας. Cæsar German. in Arati phænom. p. 184.

620 *Sed illa non sunt*] Lactant. vii. c. 15.

628 *Non destiterunt*] Lips. de Cruce i. 9.

636 *Hinc nos et ipsum non perire credimus Corpus*] 1 Corinth. xv. et ibid. Chrysost. Θάνατος γὰρ οὐ φθορά ἐστιν ἀλλὰ ζωῆς ἀφορμή. οὐκ ἀφανισμός ἐστι παντελὴς, ἀλλὰ μετάβασις πρὸς τιμήν: ut inquit Basil. M. in Psal. cxvi. pag. 128.

648 *Margaritas spargere Christi, vetamur*] Matth. vii. 6. Cl. Alexand. i. Strom. pag. 128. Καὶ νῦν ἔτι εὐλαβῶς ἔχω ᾗ φησιν, ἔμπροσθεν τῶν χοίρων τοὺς μαργαρίτας βάλλειν. μή ποτε καταπατήσωσι τοῖς ποσὶ καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ἡμᾶς. Χαλεπὸν γὰρ, τοὺς περὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καθαροὺς ὄντως καὶ διαυγεῖς ἐπιδεῖξαι λόγους ἀκροατῶν τοῖς ὑώδεσί τε καὶ ἀπαιδεύτοις. σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, &c. Idem Strom. ii. pag. 156. lin. 10. Tertullian. lib. ii. ad uxor. p. 616. Isidor. Pelus. Epist. i. 143. et iv. 181. Chrysost. in Matth. Homil. xxiv. Zehner cent.

III. ad. sac. 13. Ambros. Serm. VI. S. Method. apud Photium in Biblioth. pag. 493. et seqq.

653 *Ipsa naturalium Simplex sine arte sensuum*] Erudite, inquit Fabr. circumscribit experientiam; quæ est naturalis sensuum scientia; seu, rerum singularum cognitio. Theocrit. Idyll. XV. Πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται.

655 *Fuci imperitus arbiter*] Nam 'male verum examinat omnis Corruptus judex.' Horat. 'Ubi affectus obstant, verum provideri non potest.' Sall. Cat. 'Nec res institui consilio et cogitatione.' Senec. Ep. LXI. Incorruptum arbitrum ac judicem Basil. Seleuc. orat. in Transfigurat. Domini appellat ἀδωροδόκητον κριτὴν, οὐκ ἐξαργυρίζοντα δώροις τὰ πταίσματα.

657 *Sit favoris liber, et non oderit*] Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδερκεῖ, ἀντιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. Isidor. Pelus. Ep. I. 310. Quare idem Ep. III. 315. rectissime: Ὁ μήτε χάριτι, μήτε δυσμενείᾳ, μήτε δωροδοκίᾳ λυμαινόμενος τὸ δίκαιον, οὗτος καὶ ἄριστός ἐστι τοῦ δικαίου κανὼν καὶ ἀδέκαστος τῶν ἀμφισβητουμένων κριτής. Saresber. v. 11. et seqq. Gunther. VIII. 144. Alexand. ab Alexand. III. 5.

672 *Est quicquid illud, quod ferunt homines Deum*] Justin. Mart. de recta confess. Δεῖ γὰρ ἕνα πάντων αἰτιώτατον εἶναι, ἵνα μηδὲν ἔξωθεν περιστὰν λυμήνηται τὰ γινόμενα, &c. Vide eundem lib. de monarchia.

681 *Mater*] Strign. in der Christburde, conc. v. p. 102. Also sollen auch die Eltern noch heutigs tages irer kinder præceptores in haußern seyn, dieselbigen zu allem guten halten, so bald sie nur anfahen zu reden, ihnen furbetten, damit sie lernen Gott recht anruffen, die stuck des H. Catechismi ihnen fursagen, feine Spruchlein und Psalmlein sie außwendig lernen lassen, auff dass sie auch einmahl sagen konnen, Meine Eltern haben mich diss gelehret, wie ienes knablein beym Prudentio sagte, da es ein schones Bekendtnuss gethan hatte, von dem Kinderglauben, dass nit mehr als nur ein einiger Gott were, und der Tyrann Asclepiades wissen wolte, von wem er solchs hette? Von meiner lieben Mutter (sprach das knablein) hab ichs, die hat mich solchs gelehrt.

685 *Lac parvus hausi, Christum et hausi*] Ὄντως ἀγαθῆς ῥίζης ἀγαθὸν βλάστημα. ἔδειξεν ἡ γενναία μήτηρ ὅτι δόγμασιν εὐσεβείας ἐξέθρεψεν αὐτὸν μᾶλλον, ἢ γάλακτι: ut habent verba Basilii M. Hom. in quadraginta Mart. p. 211.

689 *Male eruditi torqueatur funere*] Plurima eruditi pulveris, quæ huc trahenda, congessit eruditæ vir diligentiæ P. Faber Semest. I. 8. Basil. Seleuc. orat. in Innocentes: Οἴοθα, ὅπως ἐπὶ τοῖς τῶν παίδων δεινοῖς τὰ γεννησάντων σπλάγχνα διασπάσσεται.

700 *Plus unde lactis, quam cruoris defluat*] Basil. Seleuc. orat. in Innocent. Καὶ κεραννύσθω τὸ τῆς σφαγῆς αἷμα τῷ γάλακτι.

713 *Stat in piorum corde pietas fortior, Amore Christi*] Theophilus Alexand. 'Mens, Dei amore vallata, flammas superat, et varios tormentorum spernit dolores.'

715 *Mollis indulgentiæ*] Senec. de provid. divina c. II. Commentar. Terent. Adelph. I. 1.

724 *Non in hanc spem gloriæ te procreavi*] Basil. Seleuc. orat. in Innocent. Οἴμοι παιδίον ἐμὸν, οἴμοι οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ἡμῖν ἐλπίσι γεωργηθέν.

727 *Fons ille vivus*] Chrysost. Ambros. lib. de Isaac et anima c. 1: Hoc

de fonte Damascen. *Μετ' εὐσεβείας προσδράμωμεν εὐτόνως πηγαῖς ἀχράντοις ῥεύσεως σωτηρίου.*

736 *Hic hic bibendus calix*] Basil. M. in Psal. CXVI. p. 128. Cyprian. Ep. III. 3. Ambros. Serm. LXXIII.

737 *Mille in Bethlehem*] Cyprian. Serm. de stella et Magis. Basil. Seleuc. orat. de infanticidio Herodis. Sup. Cathem. IX.

740 *Mella sumsit*] Ita Tertull. de corona Milit. 'Quia et favos post fella gustavit, nec ante rex gloriæ a cælestibus salutatus est, quam rex Judæorum proscriptus in crucem.'

743 *Omnes capuces esse*] Justin. Mart. apol. I. *γεννητοῦ δὲ παντὸς ἥδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι.*

747 *Et garrulorum signa verborum*] Basil. Seleuc. orat. in Abrahamum: *Ὡς γὰρ ηὐξήθη τὸ βρέφος, καὶ ψελλίσμασι τὸν τῶν γονέων πόθον ἐτίτρωσκε, συνηυξάνετο τῷ βρέφει τῶν γονέων τὸ φίλτρον.*

749 *Qui cum immolandus*] Basil. Seleuc. ibid. Ambros. de Abraham Patriarc. I. 8. et de fide resurrect. c. XXIII. et lib. de Cain et Abel c. VIII. Cyprian. de duplici martyrio.

752 *Una matre quod septem editi pueri*] 2 Machab. VII. Martyrolog. sub 1. Augusti. ibique Baron. P. Faber Agonist. III. 10. Nazianz. serm. in Machabæos p. 145. Marius Victorin. Rhetor Afer, de fratribus Machabæis. Theophil. Alexand. Jason Cyrenæus. Cyprian. Ep. IV. 6. et de exhortat. martyrii cap. XI.

753 *Pueri, sed tamen factis Viri*] V. N. Pont. II. 2. vs. 71. Comment. Terent. Heaut. II. 1.

754 *Hortante eadem matre*] P. Faber Semest. III. 14. p. 204.

771 *Interpres animi*] Sic Democrit. *γλῶσσα ψυχῆς ἄγγελος*, quod expressit et Lucret. et Lactant. lib. de ira Dei, cap. XIV. Lingua cogitationis interpres. Vide Commentar. Terent. Heaut. II. 4. Synes. Epist. LVII. *Γλῶττα δὲ ἀνθρώποις τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπηρετεῖ.* Scaliger Poët. I. 1. 'Est sane portitor animi quasi quidam sermo noster, cujus communicatione civiles conventus indicuntur, artes coluntur, sapientiæ necessitudines homini cum hominibus intercedunt.' Ambros. Hexaëm. VI. 9. 'Illud quoque præcipuum, quod soli homines ore exprimimus, quæ corde sentimus. Itaque cogitationes tacitæ mentis oris sermone signantur. Quid est igitur os hominis, nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula Verborum, promtuarium voluntatis?' Basil. M. p. 200. *Καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ὅλην ἡμῶν ἀπεικονίζει τὴν ἔννοιαν. ἃ γὰρ κατὰ καρδίαν ἐνενοήσαμεν, ταῦτα τῷ ῥήματι προηνέγκαμεν, καὶ ἔστι τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ νοήματος ἀπεικόνισμα τὸ λαλούμενον. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας ὁ λόγος φέρεται, καὶ ἔστιν ἡ μὲν καρδία ἡμῶν οἷον πηγή τις, ὁ δὲ προφερόμενος λόγος οἷον ὁλκός τις ἐκ πηγῆς ταύτης ῥέων. τοσοῦτον οὖν τὸ ἀποῤῥέον, ὅσον τὸ πρώτως φερόμενον· καὶ οἷον τὸ κεκρυμμένον, τοιοῦτον καὶ τὸ φαινόμενον*, &c.

782 *Mense bisquino*] Turneb. IV. 15. Tiraquell. tom. VI. p. 195. Comment. Terent. Adelph. III. 5.

801 *O non virile robur*] Faciunt huc verba Basilii M. homil. in Barlaam Mart. p. 202. *Ἐνάρκησαν μαστίζοντες δήμιοι, ἀλλ' ἀκμαιότερος ὁ μάρτυς εὑρίσκετο. αἱ τῶν ξεόντων ἐξενευρίζοντο χεῖρες, ἀλλ' ὁ τοῦ ξεομένου λογισμὸς οὐκ ἐκάμπτετο. τὰς τῶν νεύρων αἱ μάστιγες ἁρμονίας παρέλυσαν, ἀλλ' ὁ τῆς πίστεως ἀκριβέστερον ἐπεσφίγγετο τόνος. διασκαπτόμεναι πλευραὶ δεδαπάνηντο, ἀλλ' ἡ τοῦ φρονήματος ἤνθει φιλοσοφία. τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τὸ πλέον νενέκρωτο, ἀλλ' ὡς μήπω τῶν ἀγώνων ἀρξάμενος ἤκμαζεν. ὅταν γὰρ ὁ τῆς εὐσεβείας ἔρως τὴν ψυχὴν προκατάσχῃ, ἅπαν αὐτῇ πολέμιον καταγέλαστον εἶδος, καὶ πάντες αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ ποθουμένου καταξέοντες, τέρπουσι μᾶλλον ἢ πλήττουσι.*

829 *Sancti Abelis ferculo*] Ambros. I. 10. et II. 2.

839 *Pretiosa sancti mors sub aspectu Dei*] Ps. CXVI. ib. Aug. et D. C. L.

lib. III. locus, ubi hoc monuit Servius: qui locus mirifice ex superioribus illustratur. Versus sunt: 'Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente, Liminaque, laurusque Dei; totusque moveri Mons circum, et mugire adytis cortina reclusis. Summissi petimus terram, et vox fertur ad aures.' Adyton intelligitur crypta illa, seu, ut ait Hesych. σπήλαιον, i. e. antrum, et locus subterraneus, ubi diximus tripodem collocatum fuisse. Varro ut et Servius Maurus, a corde cortinam dictam volunt. coacta profecto notatio. Perottus *a corte* leg. putat contra omnes libros male, ne dicam inepte. Ait enim Varro cortinam cæli ab Ennio dictam ad similitudinem cortinæ Apollinis. hoc non intelligo. Ego cortinam cæli dictam puto, ut amictum cæli. Laurus etiam ibi non longe abfuisse videtur. Hinc Virg. in versib. superioribus: 'Liminaque laurusque Dei.' Et Lucret. 'Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur.' Scio adyta etiam remotiora templi esse, ut cortinam etiam vas ingens, quod ipsum tripus appellatur; atque ita accepisse videri potest Virg. superiori loco, cum ait, 'Cortinam mugire,' et cum Propert. ait 'Cortinam Sibyllæ dicere.' Etsi de mensa ipsa seu holmo ea etiam accipi possint non incommode, &c.

448 *Libycis in Syrtibus Ammon*] Jupiter Ammonius sub forma arietis in Libya colebatur. Phæstus Macedonicis: 'Juppiter hæc Ammon audi Cornute Lybumque Vates.' M. Minuc. Octav. 'Jupiter vester, cum Hammon dicitur, habet cornua.' Athanas. παρὰ Λίβυσι κριοκέφαλος Ἄμμων, Arnob. l. VI. 'Itaque Hammon cum cornibus jam formatur et fingitur arietinis.' Aristoph. Avibus: Κοὐδ' εἰς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες, ἐκεῖ θύσομεν. Ibi Scholiast. ἔνθα μαντεῖά εἰσιν. ἐν μὲν Δελφοῖς τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν δὲ Λίβυσι τὰ τοῦ Ἄμμωνος. Propert. IV. 1. 'Hoc neque arenosum Libyci Jovis explicat antrum.' Ovid. de Arte III. 789. et Met. XV. 309. 'Corniger Ammon.' In Ibyn vs. 300. 'Corniger Jupiter.' Lucan. lib. III. Plin. XXXVII. 10. Inf. in Symmach. II. 420. Hygin. fab. CXXXIII. et CCLXXV.

454 *Perfidus ille Deo*] Julianus Imp. eruditione summis Philosophis, felicitate maximis ducibus comparatus fuit: bono Reip. natus dicebatur. A Sophistis circumventus, et factus apostata, Christianos mirum in modum vexavit. a cæde autem abstinens, alios exilio, penuria, et infamia punivit: plurimos blanditiis et muneribus avertit; non paucos metu minisque terruit. Christianorum scholas clausit: Sophistarum, Philosophorum, æruscatorum aperuit: templa dicata Christo demolitus est; Judaica et Ethnica extruxit et ornavit. Aliquando sacrificans, litare non potuit: quæsita causa, satelles Christianus inventus est: quo deprehenso e templo terrore aufugit. Id se puero accidisse, narrat Prudent. Apoth. Interficitur 6. Cal. Julii in Perside, a milite transfuga. Fabric.

458 *Gypso*] Arnob. adv. Gent. VI, p. 196.

459 *Pollucis equum*] Inf. in Symmach. I. 229. Alcman apud Scholiast. Pindari: Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης κυδνὸς, πώλων ταχέων δμητῆρες, ἱππόται σοφοί. Pindar. Olymp. III. εὐξείνους appellat: et Pyth. I. λευκοπώλους Τυνδαρίδας, ὧν κλέος ἄνθησεν αἰχμᾶς. Pollucem autem cæstibus et pugillatu fuisse clarum, Castorem re equestri, multi prodidere memoriæ. Horat. 'Castor equo gaudens, ovo prognatus eodem Cæstibus.' Homer. Odyss. XI. 299. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Arnob. 'Tyndaridæ Castores, unus equos domitare consuetus, alter pugilator bonus.' Ab antiquis enim dicti sunt Castores. Turneb. adv. XV. 21.

Castoris autem equus nuncupabatur Cyllarus, παρὰ τὸ κέλλειν, ὅτι ταχὺς, ait Suidas. Et subjungit, quod Stesichorus dicat, τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τοῖς Διοσκούροις φλόγεον καὶ ἅρπαγον, ὠκέας, τέκνον ποδάργας καὶ κύλλαρον. Virg. Georg. III. 89. 'Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.' Seneca Hippol. 'Si dorso libeat cornipedis vehi Frenis Castorea mobilier manu Spartanum poteris flectere Cyllarum.' Claudian. de IV. Consul. Honorii: 'Serviretque tuis contemto Castore frenis Cyllarus.'

460 *Forte litans Hecaten*] Inf. in Symmach. I. I.

463 *Cupressus*] Vide Cæl. Rhodigin. antiq. lect. XXIV. 2. H. Junium animadvers. I. 20. Joh. Kirchman. de funerib. Roman. III. 1. Festum in 'Cupressi.' Jac. Pont. progymnas. vol. III. parte 2. p. 860.

465 *Vittatus de more senex*] Manifestum est, vittatum sacerdotem dici eum, qui et infulatus simul et vittatus esset. Paschal. Coron. IV. 18. et 22.

Vittatus] Sup. περὶ στεφ. VI. 1012.

472 *Spumantia cymbia lacte*] Virgilianum est Æn. III. 66. Ubi consule Servium.

483 *Flamen et ipse suas*] Alibi hic ipse Poëta hos Flamines, quos vocat 'Deum ministros,' facit laurigeros, 'Laurigerosque Deum templis adstare ministros.' Amphiaraus quidem in imaginibus pingitur fugiens cum coronis et lauro, insigniis sacerdotalibus. Paschal. Coron. IV. 13.

487 *Lotus procul absit et unctus*] Loti et Uncti dicebantur Christiani per contumeliam, propter baptismum et Catechumenos, qui oleo tingebantur. Unde exclamatio usitata fuit, Juliani Imp. orta temporibus, qua in templis per præconem utebantur: LOTUS PROCUL ABSIT ET UNCTUS. quales illæ apud Græcos, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. item: ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Christiano autem aliquo præsente, Ethnici litare in sacrificiis non potuerunt: ut modo dictum ex Lactantio. Fabric. Adi Baron. Annal. lib. I. fol. 332.

491 *Posito diademate*] Coronæ sacerdotales, quod essent aureæ, quandoque dictæ sunt diademata. Quin et ipsi Reges, quoties sacrificabant, regalibus insigniis erant conspicui. Prudentius hic. Et quandoque corona ponitur præ metu: sicut hic locus edocet. Carol. Paschal. Coron. IV. 13. et X. 11.

494 *Zoroastræos susurros*] Gilb. Cognat. adag. 1003. Leonhar. Lessius de Just. et Jur. II. 44. dubit. 1. August. de C. D. XXI. 14.

495 *Armiger e cuneo puerorum flavicomantum*] Flavicomantum puerorum cuneum vocat flavorum, i. e. Germanorum ministrorum et satellitum, corporisque Imper. custodum ac militum cohortem. Manil. IV. 706. 'Flava per ingentis surgit Germania partus.' De Germanis autem satellitibus omnes meminerunt, Tacit. Sueton. Lampridius, &c. Gifan. Ind. Lucret. p. 339. Confer Lips. ad Corn. Tacit. German. p. 85. et seq.

513 *Jacet illud nobile templum*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 74. Ἡνίκα τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον ναὸν, καὶ τὴν περιβόητον, καὶ πολλοὺς πολέμους ἀναιμακτὶ νικήσασαν, τῶν Ἰουδαίων μητρόπολιν πῦρ Ῥωμαϊκὸν, διὰ τὸ τετολμῆσθαι ἐν αὐτῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ ἀτόλμητα, ἔκλινε. Vide ibid. Ep. 75.

517 *Quod fieri recipit, recipit quandoque perire*] Ambros. Hexaëm. I. 3. 'Quæ initium habeat, et finem habent: et quibus finis datur, initium datum constat.' Lactant. VII. 11. 'Nam corpus, quia ipsum fragile est atque mortale, quæcunque opera molitur, æque caduca sunt. Nihil enim Tullius ait esse, quod sit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel injuria hominum, vel ipsa confectrice rerum omnium vetustate,' pro M. Marcello. Augustin. tom. IX. lib. de cognit. veræ vi-

tæ, c. VII. 'Omne, quod ex nihilo esse cœpit, in nihilum redigi poterit.' Max. Tyrius dissertat. XXVII. Τὸ φθειρόμενον πᾶν, ἢ διαλύεται, ἢ τήκεται, ἢ κόπτεται, ἢ ῥήγνυται, ἢ μεταβάλλει καὶ τρέπεται, &c. Arnob. lib. II. 'Quod habet introitum, et vitæ incipientis exordium, necessario sequitur, ut habere debeat et occasum.' Seneca Ep. X. 72. 'Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingui. Quicquid est, non erit; nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi perire est.' Et XIV. 92. 'Hoc unum scio, omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt: inter peritura vivimus.' Vide antecedentia, et Ovid. Met. XV. 420.

522 *Sublime columnis*] Virgil. Æn. VII. 170. 'Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.' vide Johan. II. 19. Matth. XXVI. 61. et XXVII. 40. Marci XIV. 58. Isidor. Pelusiot. Ep. IV. 217.

525 *Verbum caro factum est*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 166.

538 *Quid mereare, Titus docuit*] Arcus Titi de capta urbe erectus in foro Romano est, contiguus Ecclesiæ, quæ Mariæ Novæ cognominatur: monumentum omnibus hominibus in hunc diem de ira Dei loquens et testificans. De victoria Titi, ejusmodi inventa inscriptio est: IMP. TITO CÆSARI DIVI VESPASIANI F. PRINCIPI SVO S. P. Q. R. QVI PRÆCEPTIS PATRIS CONSILIISQVE ET AVSPICIIS GENTEM IVDÆORVM DOMVIT, ET VRBEM HIEROSOLYMAM OMNIBVS ANTE SE DVCIBVS, REGIBVS GENTIBVSQVE AVT FRVSTRA PETITAM, AVT OMNINO INTENTATAM, DELEVIT A SOLO. In eodem arcu Judæorum vinctorum insculptæ ad latera imagines sunt: intra arcum expressa arca fœderis, candelabrum, tabulæ legis, mensa cum panibus, et alia templi vasa religiosa. Fabric.

539 *Pompeianæ acies*] Florus III. 5. Joseph. lib. XIV.

541 *Exiliis vagus huc illuc*] Judæi ubique vagi et odio. Psal. LIX. Isidor. Pelus. Ep. IV. 74. Τότε δὴ καὶ αὐτοὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰχμαλώτων τρόπον διεσπάρησαν. Idem III. 128. Αὐτοὶ ὥσπερ μαστιγίαι τινὲς καὶ δραπέται, ἄτιμοί τε καὶ ἀλῆται πανταχοῦ διεσπάρησαν. Et ibid. Epist. 394. Gregor. Nyssen. de opificio hominis, p. 288. Baron. Annal. tom. I. p. 897. M. Velserus, Vir Ampliss. Rer. Aug. Vind. lib. VI. p. 125.

554 *At cælitus illum Affirmant non esse Deum*] Hoc vero tam in proclivi est probare, quam imber, quando pluit; aut quam facile pirum vulpes comest. Vide Ambros. de fide I. 4. 5. et III. 6. 7. et IV. 4. item lib. de fide contra Arrianos.

558 *Omne opus egregium ingenii aut aut roboris*] Vide Saresber. VIII. 2. Refer huc illud Pind. Nem. I. Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, Βουλαῖσι δὲ φρήν, &c.

561 *Cana senescunt Ingenia*] Contraire videtur Plutarchus περὶ παιδ. ἀγωγ. Μόνος ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ, καὶ ὁ χρόνος, τἄλλα πάντ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προστίθησι τὴν ἐπιστήμην. Cui astipulatur D. Hieronymus ad Nepotian. de vita cleric. 'Omnes,' inquiens, 'pene virtutes corporis mutantur in senibus; et crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ virtutes.'

562 *Validos consumunt sæcla lacertos*] Testatum facit hoc et Plutarch. l. d. his verbis: Ἰσχὺς ζηλωτὸν μέν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον, καὶ γήρᾳ. Cujus in sententiam pedibus discedit apud Stob. serm. 268. Sophron: Τὸ γὰρ ἀπεχθόμενον γῆρας ἅμα μαραῖνον ταριχεύει. Et Diphilus in Phreate: πολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε, χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα. Ita Cratetis illud est: Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἀνέκαμψε τέκτων οὐ σοφὸς, Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα. Confer Ovid. Trist. IV. 7.

567 *Nec fœda voluptas*] Ferrandus

Diaconus in parænetico ad Reginum: 'Verbum caro factum est, postquam venit plenitudo temporis, mirabiliter et singulariter, sine morbo libidinis procreatus.' Hanc etiam rationem Patres afferunt, cur B. Mariæ τῆς ἀεὶ παρθένου αἱ ὠδῖνες fuerint ἀνώδυνοι, et sine dolore partus. vide clariss. Casaubon. ad epist. Gregor. Nysseni ad Eustath. &c. n. 121.

668 *Intactam thalami virtus divina puellam Sincero afflatu*] Basil. M. in sanctam Christi Nativitatem, p. 232. Καὶ τί τὸ ἐργαστήριον τῆς οἰκονομίας ταύτης; παρθένου ἁγίας σῶμα. τίνες δὲ ἀρχαὶ τῆς γεννήσεως; πνεῦμα ἅγιον καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάζουσα. vide ibid. plura. Cyprian. in exposit. Symb. Apostol. 'Huic, quem dudum de patre natum ineffabiliter didicisti, nunc a Sancto Spiritu templum fabricatum intra secreta uteri virginalis intellige. Et sicut in Sancti Spiritus sanctificatione nulla sentienda est fragilitas, ita et in partu virginis nulla est intelligenda corruptio. Novus enim huic seculo datus est partus: nec immerito: qui enim in cælis unicus filius est, consequenter et in terra unicus est, quia et unice nascitur. Nota sunt omnibus et in Evangeliis decantata de hoc scripta Prophetarum, quæ dicunt, quod virgo concipiet et pariet filium: sed et partus ipsius modum mirabilem Ezechiel Propheta ante formaverat, Mariam figuraliter Portam Domini nominans, per quam scil. Dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo: Porta autem, quæ respicit ad Orientem, clausa erit, et non aperietur, et nemo transibit, et clausa erit. Quid tam evidens dici de consecratione virginitatis potuit? Clausa fuit in ea virginitatis porta, per ipsam introivit Dominus Deus Israël, et per ipsam processit, et in æternum porta virginis clausa, servata integritate, permansit. Igitur Spiritus Sanctus refertur Dominicæ carnis et templi ejus creator,' &c.

573 *Pubertas signata manet*] A nonnullis, ut jam dixi ex Cypriano, refertur huc illud Ezech. XLIV. 'Porta hæc clausa erit.' vide Ambros. Epist. x. 81. et lib. de institut. virginis, cap. 8. 9. Gruter. suspic. III. 9. Henric. Salmuth ad Panciroll. lib. II. p. 421. Augustin. de tempore Serm. CXXIII.

575 *Maris inscia mater*] Cyprian. l. d. et serm. de nativitate Christi. Lactant. IV. 12.

576 *Quid inane caput non-credule quassas*] Caput movere, derisionis vel subsannationis est gestus. Job. XVI. 4. et XLII. 11. Esai. XXXVII. 22. Matth. XXVII. 39. alibique. Justin. Mart. contra Tryphon. supra verba Psalmi XXII. 'Et moverunt caput:' Οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐσταυρωμένον, τὰς κεφαλὰς ἕκαστος ἐκίνουν, καὶ τὰ χείλη διέστρεφον, καὶ τοῖς μυξωτῆρσιν ἐν ἀλλήλοις διαρινοῦντες ἔλεγον εἰρωνευόμενοι ταῦτα, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται. Adi Gilb. Cognat. cent. XIII. adag. 1218.

589 *Utero puer interceptus anili*] Isidor. Pelus. Ep. I. 363. Augustin. tom. x. de Sanctis, Serm. XXII. et XXIII. Ambros. de fide IV. 4. Basil. Seleuc. Orat. XXXIV.

600 *Gaudia concipiunt lacrymas*] A gaudio non raro lacrymæ prorumpunt. Eurip. Helena vs. 659. ἐμὰ δὲ δάκρυα, χαρμονὰν πλέον ἔχει χάριτος, ἢ λύπας. V. N. ad Terent. Heaut. II. 3. et Adelph. III. 4. Exemplum talium lacrymarum est apud Diodor. Sicul. et Orosium II. 17. Panegyr. Flaviens nomine dictus: 'Ibant per hæc ora lacrimæ nobis salutares, tibi gloriosæ; et nos invicem jam dolore discusso flebamus gaudio. Nam sicut agros diuturno ardore sitientes expetitus votis imber ubertat.' Vide Ambros. lib. de excessu fratris c. I.

604 *Emmanuelque meum*] Ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. πάλιν ἐκείνη ἡ προσηγορία τοῦ παντὸς μυστηρίου τὴν δήλωσιν ἔχει, ὅτι θεὸς ἐν ἀνθρώποις. ἐπειδὴ ἑρμηνεύεταί φησιν τὸ Ἐμμανουήλ, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. Basil. M. in Christi Nativit. p. 233. Augustin. de

tempore Serm. XXVII. Lactant. IV. 12.

608 *Cujus cunas veneratus Eous*] Supra Cathem. 12. Basil. M. in Christi Nativit. p. 233. Cyprian. Serm. de Stella et Magis.

617 *Diriguit trepidans*] Chrysost. Homil. VI. in Matth.

631 *Myrrhæque, et turis, et auri*] Cyprian. l. d. et Basil. M. p. 234. Ἀκολουθοῦντες τῇ προφητείᾳ οἱ μάγοι, ὡς μὲν βασιλεῖ, τὸν χρυσόν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ, τὴν σμύρναν προσήνεγκαν, ὡς δὲ θεῷ, τὸν λίβανον. Augustin. de tempore, Serm. XXIX.

637 *Cælum habitat, terris intervenit*] Basil. ibid. Θεὸς ἐπὶ γῆς, θεὸς ἐν ἀνθρώποις. Ambros. l. III. de Virginib. 'Hodie quidem secundum hominem homo natus ex virgine, sed ante omnia generatus ex patre; qui matrem corpore, virtute referat patrem. Unigenitus in terris, unigenitus in cælo, Deus ex Deo, partus ex virgine.' Salvian. lib. VI. de gubernat. Dei: 'Propter hoc involvi se pannorum crepundiis voluit, qui cælum regebat in pannis.'

647 *Præsepia, pannos*] Nazianz. εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν p. 263. Τίνα δὲ ἦν τὰ τοῦ Χριστοῦ; παρθένος, γέννησις, φάτνη, σπαργάνωσις, ἄγγελοι δοξάζοντες, ποιμένες προτρέχοντες, ἀστέρος δρόμος, μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία, Ἡρώδου παιδοφονία, φεύγων Ἰησοῦς εἰς Αἴγυπτον, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, &c.

652 *Æquora tendi*] Nazianz. in carm. de Filio vs. 72. Ὡς βροτὸς ὕπνον ἔδεκτο, καὶ ὡς θεὸς εὔνασε πόντον. Nazianzen. in Cyprian. p. 110. Χριστὸν δὲ ἐπὶ πνεύμασιν ἐπιτιμᾷ, καὶ πεζεύει πέλαγος.

667 *Qui spiritus olim Ore superfusus patrio volitabat*] Basil. M. Hexaëm. Homil. III. p. 8.

675 *Illevit cæcis oculos*] Sup. Cathem. IX. Ambros. Epist. IX. 75.

680 *Variis Siloa refundit Momentis latices*] Inf. in Enchiridio sive Diptycho vs. 163. Arator lib. I. Sedul. lib. III. Johann. v. et IX. vide quæ notat Nans. in Nonn. super Johan. c. v. et Fabric. in Siloa. Basil. Seleuc. orat. VI. Ambros. de Sacrament. II. l.

705 *Totus quæ non capit orbis*] Johann. XXI. 25. et ibi Nans. in Nonnum. Isidor. Pelus. Epist. I. 259. et II. 99.

706 *Quinque in deserto panes*] Nonn. in cap. VI. Johan. Basil. Seleuc. orat. XXXVI. Πάλιν ἔρημος ἄρτους ἐπήγαζεν, καὶ χεῖρες δεσποτικαὶ πενίαν ἀποστολικὴν διωρθώσαντο. Vide ejusdem orat. XXXIII. in quinquies mille homines quinque panibus pastos. Arnob. lib. I. Augustin. tractatu in Johan. XXIV.

708 *Undique septum*] Virg. Æn. IX. 783. 'Et vestris o cives undique septus Aggeribus.'

716 *Et paucis crescente cibo per fragmina crustis*] Basil. Seleuc. l. d. Ὢ τῶν δρωμένων τότε πραγμάτων! ἄρτοι τοὺς ἄρτους ἀπέτικτον καὶ τροφῶν αὐτοσχεδίων ἐκόμων αἱ τράπεζαι. ἄρτοι γεωργικῶν ἱδρώτων ἐλεύθεροι· οὐκ ἐκ σταχύων βλαστήσαντες, ἀλλ' ἐκ χειρῶν δεσποτικῶν ἐξανθήσαντες, &c.

718 *Bissenos cophinos*] Ἰσάριθμοι γὰρ τοῖς ἀποστόλοις οἱ κόφινοι, ἵνα ἕκαστος ἕνα βαστάζων ἔχῃ τὸν πόνον τοῦ θαύματος μάρτυρα. καὶ τριβόμενος ὦμος παιδεύει τοῦ γενομένου τὴν αἴσθησιν, καὶ φυλάττῃ τὴν μνήμην ὁ κόπος. Basil. Seleuc. ibid.

721 *Quis cumulare potest*] Διὰ τοῦτο νῦν ὁ δεσπότης πολυπλασιάζει παρὰ τὴν χρείαν, τὴν ἐξουσίαν προβαλλόμενος, καὶ παρέχων, πᾶσι μανθάνειν, τίς ὁ τὴν τροφὴν διδοὺς πάσῃ σαρκί. Ibid.

723 *Ex nihilo, nulla existente creavit Mundum materia*] Justin. Martyr in eversione Aristot. dogmat. Ambros. Hexaëm. I. c. 1. et 2. Theodoret. Græcar. affect. l. IV.

742 *Procede sepulcro Lazare*] Basil. Seleuc. Orat. XXXVI. Λάζαρος τετραήμερος ἐκ τῶν τάφων ἐξέτρεχεν. ἠκολούθει γὰρ τῇ καλούσῃ φωνῇ. Vide ejusdem Orat. XL. et XLI. Nonn. c. XI. Johan. Ambros. de fide IV. 3. 'Imperantis utique vox ista est, non precantis,' &c

759 *Nec de corporeo nidorem sordida tabo Aura refert*] Basil. Seleuc. Orat.

XL. Οὐ γὰρ ἂν ἐφάνη ἡ χάρις εὐθέως δοθεῖσα, εἰ μὴ καὶ δυσωδία προεχώρησε.

778 *Finxerat hoc digitis*] Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. Ὑπὲρ πάντα ἡ ἀνθρώπου γένεσις. ἔλαβε κύριος ὁ θεὸς, καταξιοῖ ἰδίᾳ χειρὶ διαπλάσαι τὸ ἡμέτερον σῶμα. οὐ προσέταξεν ἀγγέλῳ. οὐχ ἡ γῆ αὐτομάτως, ὥσπερ τοὺς τέττιγας, ἡμᾶς ἐξέβρασε. οὐκ εἶπε τῷδε καὶ τῷδε ποιῆσαι λειτουργικαῖς δυνάμεσιν· ἀλλ' ἰδίᾳ χειρὶ φιλοτεχνεῖ γῆν ἔλαβεν. ὅταν πρὸς τὸ ληφθὲν ἀπίδῃς, τί ἐστιν ἄνθρωπος; ὅταν πρὸς τὸν πλάσαντα κατανοήσῃς, μέγα ἄνθρωπος. ὥστε καὶ τὸ μηδὲν διὰ τὴν ὕλην, καὶ μέγα διὰ τὴν τιμὴν, &c. Inf. vs. 1024.

Animam sufflaverat ore] Infra vs. 1034. Basil. M. p. 86. Ἐπειδὴ σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἔκ τε τοῦ γηΐνου πλάσματος, καὶ ἐκ τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς τῷ σώματι. γῆ μὲν λέγεται τὸ ἐκ τῆς γῆς πεπλασμένον· κατοικῶν δὲ τὴν οἰκουμένην, ἡ τὴν ἐν σώματι διαγωγὴν λαχοῦσα ψυχὴ, &c.

779 *Totum hominem Deus assumit*] Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευστον, ait Nazianz. Epist. II. ad Cledon. Vide Cyrill. in Johan. VII. 7.

788 *Anne fides capit, ut substantia*] Augustin. lib. de Animæ quantitate.

790 *Similisque creanti*] Ambros. lib. de dignitate humanæ conditionis c. II.

799 *Ædificare sui similem*] Ambros. Hexaëm. VI. 7. et 8. Basil. M. Hexaëm. Homil. X. et XI. Isidor. Pelus. Ep. III. 95. 112.

Non habet umbra, Quod corpus] Philo lib. νόμ. ἀλληγορ. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ θεοῦ, ἀρχέτυπος ἄλλων ἐστί· πᾶν δὲ μίμημα ποθεῖ τοῦτο, οὗπέρ ἐστι μίμημα, καὶ μετ' ἐκείνου τάττεται.

802 *Sæclis quod non consumitur ullis*] Ἀθάνατος est καὶ ἄφθαρτος. Lactant. III. 18. et 19. rursus VII. 8. 9. 11. 13. Item epit. divin. institut. c. X. Isidor. Pelus. IV. 10. Ep. 125. et 146.

803 *Justique capax*] Imo τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν πανδεχές ἐστι, καὶ ἔοικε κηρῷ πάντας τύπους, καλούς τε καὶ αἰσχροὺς δεχομένῳ, inquit alicubi Philo. sive ut loquitur lib. περὶ τῶν μετονομαζ. κηροῦ τρόπον ἔμελλεν αὐτὴ δέξασθαι καλοῦ τε καὶ αἰσχροῦ διαφοράν.

Reginaque rerum] Philo περὶ ὀνείρων: Ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ὁ ἡγεμὼν νοῦς. Basil. M. Hexaëm. Homil. X. p. 45. Τὸ μὲν σῶμα, ὄργανον τοῦ ἀνθρώπου, ψυχῆς ὄργανον. ἄνθρωπος δὲ κυρίως κατ' αὐτὴν τὴν ψυχήν.

804 *Præcavet*] Basil. M. Hexaëm. Homil. V. Ἀλλά σοι μὲν αὐτάρκης ὁ σύνοικος λόγος πρὸς τὴν φυλακὴν τῶν ὀλεθρίων. οὐδήπου γὰρ πρόβατα μὲν καὶ αἶγες ἴσασιν ἀποφεύγειν τὰ κακοῦντα αὐτῶν τὴν ζωὴν, μόνῃ τῇ αἰσθήσει τὸ βλαβερὸν διακρίνοντα. σοὶ δὲ, ᾧ καὶ λόγος πάρεστι καὶ ἰατρικὴ τέχνη τὸ χρήσιμον ἐκπορίζουσα, καὶ ἡ τῶν προλαβόντων πεῖρα, τῶν βλαπτόντων τὴν φυγὴν ὑποβάλλουσα, χαλεπόν ἐστι, εἰπέ μοι, ἐκκλῖναι τὰ δηλητήρια;

Antevidet] Hinc Columbanus in Monostich. vs. 158. 'Consilio mentis, quodque imminet, antevideto.'

805 *Verborum*] Supra περὶ στεφ. X. 771.

806 *Et cælum sensu percurrere docta*] Manil. 'Docet ratio, cui nulla resistunt Claustra nec immensæ moles, ceduntque recessus, Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cælum.' Philo: Μόνον γὰρ αὐτὰ τῶν παρ' ἡμῖν ὁ νοῦς, ἅτε πάντων ὠκυδρομώτατος, καὶ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ γίνεσθαι δοκεῖ, φθάνει καὶ παραμείβεται, κατὰ τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἀχρόνως τοῦ τε παντὸς, καὶ μερῶν, καὶ τῶν τούτων αἰτίων, ἐπιψαύων. Ambros. Hexaëm. VI. 8. 'Non ergo caro potest esse ad imaginem Dei, sed anima nostra, quæ libera est, et diffusis cogitationibus atque consiliis huc atque illuc vagatur, quæ considerando spectat omnia. Ecce nunc sumus in Italia et cogitamus, quæ ad Orientales aut Occidentales partes spectare videantur; et cum illis versari videmur, qui in Perside sunt constituti; et illos videmus, qui degunt in Africa, si quos cognitos nobis ea terra susceperit; sequimur proficiscentes, inhæremus peregrinantibus, copulamur absentibus, alloquimur separa-

tos, defunctos quoque ad colloquium resuscitamus, eosque ut viventes complectimur et tenemus, et vitæ officia his usumque deferimus.' Vide Max. Tyrium dissertat. vi. sub finem, sup. Cathem. vi. 30. et in Symmach. ii. 479.

811 *Ut claudi valeat sensuve teneri*] Lactant. viii. 9. 'Deus non aspectu nobis, aliove fragili sensu comprehendendus est, sed mentis oculis intuendus, cum opera ejus præclara et miranda videamus.' Basil. M. Hexaëm. Homil. x. Ἀπὸ δυνάμεως θεὸς νοεῖται, ἁπλότης φύσεως, μέγεθος ἄποσον. πανταχοῦ ἐστι, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν περισσεύει, καὶ ἔστιν ἀφαὴς ἀόριστος. ὥσπερ τὴν σὴν ἐκπίπτων κατάληψιν, οὔτε μεγέθει περιορίζεται, οὔτε σχήματι περιλαμβάνεται, οὔτε δυνάμει ἐκμετρεῖται, οὔτε χρόνοις περισφίγγεται, οὔτε πέρασιν ὁρίζεται. οὐδέν ἐστι περὶ θεὸν, οἷον περὶ ἡμᾶς. Empedocles apud Cl. Alex. Strom. v. p. 250. Τὸ γὰρ θεῖον, inquit, οὐκ ἔστιν πελάσασθαι ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν ἡμετέροις, ἢ χερσὶ λαβεῖν. Plura habes Ibid. p. 256. supra περὶ στεφ. x. 312.

828 *Intravit germana domum*] Præfat. Hamartig. vs. 57. 'Caro in sororem tela mentem dirigit.' Ambros. Hexaëm. vi. 6. 'Caro amictus est animæ, quæ se induit quodam corporis vestimento.'

833 *Est impossibile spectare profunda Sabaoth*] Pindar. apud Cl. Alexand. Strom. v. pagin. 259. Ζαθείων βουλεύματα ἐρευνᾶσαι βροτέᾳ φρενὶ, δύσκολον. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; Ibid. Hesiodus: Μάντις δ' οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Ὅστις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο. Item Solon: Πάντῃ δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι. Chrysost. Homil. in 1 Corinth. Οἱ σφόδρα μωροὶ οὗτοι μάλιστα εἰσιν, οἱ λογισμοῖς ἐπιτρέποντες, ἅπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἢ διὰ πίστεως. Luther. tom. ii. pag. 60. 'Velle scire consilium Dei, est, fieri velle æqualem Deo.' Noti sunt versiculi veteres: 'Ad secreta poli curas intendere noli, Sed de terrena mortalis quære Camœna.'

884 *Speculum, &c.*] Inde apud Cl. Alex. protrept. p. 28. φωτὸν οὐράνιον indigetatur.

886 *Qui patrem proprium*] Ambros. Hexaëm. vi. 7.

889 *Nunc flatum tepidum*] V. N. ad Dracont. vs. 413.

842 *Adde et distinctum quem Musica tibia*] Confer Cassiodor. Var. Ep. ii. 40.

862 *Ista figura manus nostræ est*] Ambros. Hexaëm. vi. 9. 'Succedunt brachia, et validi lacertorum tori, validæ ad operandum manus, et proceritoribus digitis habiles ad tenendum. Hinc aptior usus operandi, hinc scribendi elegantia, et ille calamus scribæ velociter scribentis, quo divinæ vocis exprimuntur oracula. Manus est, quæ cibum ori ministrat. Manus est, quæ præclaris enitet factis,' &c.

863 *Sed tradita forma est, Humanis quæ nota animis*] Athanas. Dial. 8. de S. Trinit. Ἐπὶ θεοῦ ὅταν λέγονται μέλη ἢ μέρη, ἀνθρωποπαθῶς μὲν λέγονται, θεοπρεπῶς δὲ νοοῦνται. Philo lib. de sacrif. Abelis et Caini: Ὥστε οὐδὲ τὰ ὅσα ἀνθρώποις, ἐπὶ θεοῦ κυριολογεῖται· κατάχρησις δὲ ὀνομάτων ἐστὶ παρηγοροῦσα τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Adi Cl. Alex. Strom. v. p. 248.

872 *Omne quod hora Natalis profert, locus accipit*] Arist. Phys. iv. text. 1.

881 *Spiritus et Sanctus baptismate justificatam*] Nazianz. Orat. εἰς ἅγιον βάπτισμα. p. 238. Basil. M. in sacrum Baptisma p. 190. Βάπτισμα, αἰχμαλώτοις λύτρον, ὀφλημάτων ἄφεσις, θάνατος ἁμαρτίας, παλιγγενεσία ψυχῆς, ἔνδυμα φωτεινὸν, σφραγὶς ἀνεπιχείρητος, ὄχημα πρὸς οὐρανὸν, βασιλείας πρόξενον, υἱοθεσίας χάρισμα. Ambros. lib. de mysteriis initiandis c. 5. 6. et de Sacram. i. 4. 5. 6. item de Sp. Sancto i. 5. 6.

889 *Quum peccet et ipse Angelus*] Nazianz. ἐν ἀπορρήτοις, ut quidem hos

versus edidit opt. et eruditiss. Hæschelius in Philon. opusculis p. 219. Εἰς πάντ' ἄτρεπός ἐστι θεοῦ φύσις· εἰς κακίην δὲ Δύστροπος ἀγγελική· καὶ τὸ τρίτον εὔτροποι ἡμεῖς, Ὅσσον τῆλε θεοῖο, τόσον κακίῃ πελάοντες. Τοὔνεκεν ὁ πρώτιστος ἑωσφόρος ὑψόσ' ἀερθεὶς, Ἦ γὰρ δὴ μεγάλοιο θεοῦ βασιληΐδα τιμὴν Ἤλπετο, κῦδος ἔχων, περιώσιος ὤλεσεν αἴγλην Καὶ πέσεν ἐνθάδ' ἄτιμος, ὅλον σκότος ἀντὶ θεοῖο· Καὶ κοῦφός περ ἐὼν, χθαμαλὴν ἐπὶ γαῖαν ὄλισθεν, &c. Iuf. Hamart. vs. 169.

892 *Quocunque modo sit factus, id unus Scit factor*] De substantia Angelorum disputatur varie. Inprimis vero de Materia eorum, nec non de tempore, quo fuerint conditi. Nazianzeno hæc tribuitur sententia: Quod ante cœli terræque creationem, Angelica natura ex nihilo fabricata sit. Quidam, secundo die eosdem conditos, et eodem quamplurimos eorum lapsos fuisse, statuunt. Alii ad primum τῆς παλιγγενεσίας diem eorum creationem referunt, eosque adeo una cum luce ex luce productos esse, conjecturam faciunt: inde, quod natura eorum ad naturam lucis aliquo modo accedere videatur, attestantibus id tum nominibus Seraphim et Uriel, quibus Angeli in Scriptura insigniuntur, tum sententia illa Davidica Psalm. CIV. qua Spiritus illi administratorii Eschlohét, i. e. 'ignis flammescens et fulgescens,' dicuntur. Eodem quoque collimare creditur pronunciatum Jehovæ, Job. XXXVIII. quo profitetur, 'se, cum poneret fundamenta terræ, ab astris matutinis laudatum fuisse, omnesque Filios Dei jubilasse.' D. Frid. Balduin. Academiæ Witebergensis lumen et ornamentum fulgentissimum. Videatur et Perer. l. I. in Gen. p. 243. et seqq.

894 *Solus labe caret peccati*] Nazianz. ἐν ἀπορρήτοις: Πρώτη μὲν θεότητος ἀγνὴ φύσις, ἄτροπος αἰεὶ, Ἀνθ' ἑνὸς οὔποτε πολλὰ (τί γὰρ θεότητος ἄρειον, Εἰς ὃ μετακλίνοιτο; τὸ δὲ πλέον ὄντος ἄλυξις.)

900 *Quæ peccare valet, valet et succumbere pœnæ*] Ambros. lib. de paradiso cap. 7. 'Quia mortis causa, inobedientia est.'

908 *Dum transgressa Dei positum*] Basil. M. p. 164.

912 *Infecit genus omne hominum*] Rom. v. 12. Macar. Homil. XI. et XXIV. Peccatum autem originis ab Adamo in posteros transfusum, Pelagius negabat, ut ex Augustino lib. II. de peccato originis, citat Baron. annal. tom. V. ad annum Christi 412. qui Pelagianam hæresim Romæ et Carthagine fuisse damnatam commemorat.

914 *Nec quisquam nascitur insons*] Job. XIV. Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου. Gregor. Nyssen. Homil. in Psal. VI. καθαρὸς γὰρ ἀπὸ ῥύπου παντελῶς οὐδεὶς, οὔκουν ἐν γεννητῇ φύσει, εἰ καὶ φανῇ δοκιμώτερος. ῥύπος δὲ ἀνθρώπου, ἡ ἁμαρτία. Ambros. de interpellatione I. 7.

915 *Ne traduce carnis transfundi in sobolem*] De origine animæ Disputationem Philosopho-Theologicam vix ullam reperies inter literatos, in contrarias partes, ab acutissimis quibusque ingeniis, majori contentione discussam, spinosioribus et perplexioribus contradictionum et absurditatum in utramque partem apparentium plurimarum rationibus fecundam. Duæ sunt autem potissimum opiniones, inter se discrepantes: quarum prior, animas hominum singulorum corporibus, in utero matris ex semine parentum efformatis, ex nihilo, a Deo indies creatas, certo tempore cœlitus, et immediate novas inseri: posterior vero, easdem una cum corpore, potentia seminis parentum, vi benedictionis, et operationis suffulta, per traducem ex parentibus in sobolem propagari existimat. Utri sententiæ quinam fuerint astipulati, et in quam pedibus discesserint opinionem, vide apud acutiss. Renneman. De legitima ratione recte disputandi, in Co-

rollario: et Goclen. in Psychologia.

939 *Peccati sæva satelles, pœna*] Plato v. de LL. τιμωρία δ' ἀδικίας ἀκόλουθος πάσης. Statius Thebaid. vi. 'Sed videt hoc, videt ille Deum regnator, et ausis Sera quidem, manet ira tamen.'

943 *Mors alitur culpa*] Basil. M. Homil. Quod Deus non sit causa mali, p. 164. ἥμαρτε μὲν διὰ μοχθηρὰν προαίρεσιν. ἀπέθανε δὲ διὰ τὴν ἁμαρτίαν. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. ὅσον γὰρ ἀφίστατο τῆς ζωῆς, τοσοῦτον προσήγγιζε τῷ θανάτῳ. ζωὴ γὰρ ὁ θεός. στέρησις δὲ ζωῆς, θάνατος.

945 *Sic mors in Domini consumta est corpore Christi*] Cl. Alex. Epitom. Theodoti pag. 842. Ἐπεὶ πᾶς τῆς ζωῆς παρούσης ἐν αὐτῷ, ἀπέθανεν τὸ σῶμα· οὕτω γὰρ ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ὁ θάνατος ἐκράτησεν ἂν ὅπερ ἄτοπον· δόλῳ δὲ ὁ θάνατος κατεστρατηγήθη· ἀποθανόντος γὰρ τοῦ σώματος, καὶ κρατήσαντος αὐτὸν τοῦ θανάτου, ἀναστείλας τὴν ἐπελθοῦσαν ἀκτῖνα τῆς δυνάμεως ὁ σωτὴρ, ἀπώλεσε μὲν τὸν θάνατον· τὸ δὲ θνητὸν σῶμα ἀποβαλὼν πάθη ἀνέστησεν.

1021 *Si dedignatur adire Carnis onus*] Paulo ante vs. 934.

1031 *Jusserat ut lux Conficeret*] Cl. Alex. Strom. vi. p. 254. Ἀκηκόασι γὰρ τοῦ Μωϋσέως, λέγοντος, Εἶπε, καὶ ἐγένετο· τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἔργον εἶναι, διαγράφοντος. Basil. Seleuc. orat. i.

1034 *Solus homo emeruit flabro Deitatis figmine nasci*] Lactant. lib. ii. 13. 'In ipsius hominis fictione, illarum duarum materiarum, quas inter se diximus esse contrarias, ignis et aquæ conclusit, perfecitque rationem. Ficto enim corpore spiravit ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis, ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis similitudinem gereret. Constat enim ex anima et corpore, i. e. quasi e cælo et terra: quandoquidem anima, qua vivimus, velut e cælo oritur a Deo, corpus e terra, cujus e limo diximus esse formatum.' Conjunge Philonem lib. i. legis allegoriar.

1048 *Christi virtute resurgo*] Job. xix. Lactant. vii. 23.

1068 *Nec me vel dente, vel ungue Fraudatum*] Macar. Homil. xv. Εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται. ἀπόκρισις· τῷ θεῷ πάντα εὔκολά ἐστι, καὶ οὕτως ἐπηγγείλατο· ἀνθρωπίνῃ δὲ ἀσθενείᾳ καὶ λογισμῷ ὥσπερ ἀδύνατον τοῦτο καταφαίνεται· ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τῆς γῆς λαβὼν ὁ θεὸς, ὡς ἄλλην τινὰ φύσιν κατεσκεύασε τὴν τοῦ σώματος μὴ ἐοικυῖαν τῇ γῇ, καὶ γένη πολλὰ ἐποίησεν, οἷον τρίχας, καὶ δέρμα, καὶ ὀστέα, καὶ νεῦρα· καὶ ὃν τρόπον βαλλομένη ῥαφὶς εἰς πῦρ, ἀλλάσσει τὴν χρόαν, καὶ μεταβάλλεται εἰς πῦρ. μέντοι γε ἡ φύσις τοῦ σιδήρου οὐκ ἀνῃρέθη, ἀλλὰ συνέστηκεν· οὕτως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται, καὶ θρὶξ οὐκ ἀπόλλυται. καθὼς γέγραπται, καὶ ὅλα γίγνονται φωτοειδῆ, &c. 2 Mac. vii. 11. et 12. Legesis Æneam Gazæum in Theophrasto, sive De immortalitate animarum, et corporum resurrectione. Strignic. in Ossibus redivivis, conc. xv. p. 161. Ich werde kommen gants herfur Und wirdt an nichtes mangein mir, Mein Grab das wirdt mich speyen rauss, Kein zahn noch nagl wird bleiben auss.

AD HAMARTIGENIAM.

Præf. 1 *Fratres ephebi, fossor et pastor, duo*] Ambros. de Cain et Abel i. 3. et 6.

3 *Sistunt ad aram*] Ambr. lib. c. 7. 10. Saresber. vii. 21. Basil. Seleuc. Orat. xxxiv. Philo lib. de sacrificiis Abelis et Caini.

11 *Cain quiesce*] Ambros. ibid. ii. 6. 7. Perer. in Genes. lib. vii. pag. 973.

17 *Mundum recentem*] Ibid. ii. 8. et 9.

21 *Cessit deinde vulnerato innoxio*] Sup. Apoth. vs. 945.

36 *Marcion*] Irenæus adv. hæreses, i. 29. Duos Deos asserebat, unum bonum, alterum malum: unde Duita-

Hunc Diaboli primogenitum nominavit Polycarpus. Tertullian. lib. I. contra Marcion. 'Sed nihil tam barbarum ac triste apud Pontum, quam quod illic Marcion natus est,' &c.

40 *Nec monentem negligat*] Cic. pro Cluent. 'Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.' Hesiod. I. ἔργ. καὶ ἡμερ. Cujus verba hunc ad modum expressit Adamus Th. Siberus, ὃς πόλλ' εἰδῇ σοφὰ, 'multa tenens antiqua sepulta.'

Sapiens Hesiodius.

Is longe optimus est, qui cuncta intelligit ipse,
Quæque futura dehinc, quæque olim commoda cernens.
Quin etiam bonus est, qui paret recta monenti.
At qui nil sapit ipse, nec audit dicta aliena
Intra cor volvens, vir prorsus inutilis hic est.

41 *Pacem quietam diligat fraternitas*] Hæc inserta est Trigæ illius omnium pulcherrimæ, apud Siracidem cap. 25. Antisthenes fratrum inter se concordiam quovis muro esse firmius monumentum aiebat. Aristot. Polit. VII. χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν. Eurip. Iphig. Aulid. Δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους Μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν. Pindar. Pyth. IV. Μοῖραι ἀφίσταντ' εἴτις ἔχθρὰ πέλει ὁμογόνοις. Ovid. Met. III. 128. 'Fraternæ fidem pacis,' dicit. Severus Imp. opulentiam regni sui, ac prope invictam potentiam filiis suis, qui mutuis dissidebant odiis, commendans, οὐδὲν ὄφελος τούτων πασῶν ἔλεγε, στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, τοῦ τε πολέμου ἔνδον ὄντος· 'nullum aiebat ex his omnibus emolumentum ad eos rediturum, ipsis mutuo dissidentibus, et bellum domi intestinum gerentibus.' Herodian. l. III. Confer Camerar. meditat. hist. cent. III. c. 92. Stephan. Guazzum de civili conversat. dissert. V. part. 3.

Hamartig. 1 *Insincera acies duo per divortia semper*] Oppian. Halieut. III. 501. Εἴκελος ἀνδρὶ Κείνῳ ὃς ἐν τριόδοισι πολυτρίπτοισι κυρήσας Ἕστη ἐφορμαίνων· κραδίη δέ οἱ ἄλλοτε λαιὴν, Ἄλλοτε δεξιτερὴν ἐπιβάλλεται εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν. Πανταίνει δ' ἑκάτερθε· νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα Εἰλεῖται· μάλα δ' ὀψὲ μιῆς ὠρέξατο βουλῆς. Ovid. Fast. V. 3. 'Ut stat, et incertus, qua sit sibi, nescit, eundum, Cum videt ex omni parte viator iter.'

14 *Dum putat esse Deum, qui prava effinxerit olim*] Marcion duos finxit Deos; alterum creatorem boni, alterum mali. Hinc Cl. Alexand. Strom. IV. p. 211. Ἵνα μὴ ὡς Μαρκίων ἀχαρίστως ἐκδέξηταί τις τὴν δημιουργίαν κακήν. Tertull. lib. de præscript. adv. hæret. pag. 129. et lib. I. contra Marcion. pag. 165. D. Hieron. tom. III. adv. errores Joh. Hierosol. pag. 76. b.

22 *Nihil summum, nisi plenis viribus unum*] Just. Mart. de Monarchia.

25 *Jus varium non est plenum*] Adi Tiraquel. tom. I. de jure primogen. quæst. 3. §. 21. et aliquot seqq.

34 *Ex quo cuncta fluunt, et lux, et tempora*] Cl. Alex. pædag. I. p. 50. Οὐδὲν δέ ἐστιν, οὗ μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι ὁ Θεὸς παρέχεται.

51 *Forma patris veri verus stat filius*] Ambros. Hexaëm. I. 5.

70 *Una per immensam*] Sup. Cathem. XII. 98.

71 *Texit Sol unicus annum*] Minuc. Octav. 'Vide et annum ut Solis ambitus faciat.'

74 *Motu agitur*] Ambros. Hexaëm. IV. 1. 'Tam velox est Sol, ut rapidis cursibus die ac nocte lustret omnia,' &c. Inf. in Symmach. I. 312.

Fervore cremat] Ambros. ibid. 'Sol magno mundum complens lumine, vaporans calore.' Lucret. V. 593.

Lumine fulget] Ambros. Hexaëm. I. 5. 'Adhæret enim umbra corpori, et fulgor lumini.'

Sunt tria] De hac similitudine Augustin. lib. de cognitione veræ vitæ c. 10. 'Quid dixi superius essentiam

Dei esse? Lucem. De luce quid gignitur? Splendor. Quid in luce et splendore simul consideratur? Calor. Num in substantia lucis, splendoris, et caloris invenitur diversitas? Non, sed identitas. Num in vocabulis vel officiis prædicatur identitas? Minime, sed diversitas: nam lucis vocabulum ipsam substantiam; splendoris vocabulum lucis gratiam; caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam. Igitur, tria vocabula diversa una constare individua essentia, per omnia patet. Summum spiritum patrem lucem appellari, habetis in Johanne Apostolo: Deus lux est, et in eo tenebræ non sunt ullæ. Summum quoque spiritum filium splendorem nuncupari, habetis in alio Apostolo: Qui est splendor substantiæ ejus. Summum nihilominus Spir. Sanctum calorem nominari apud Moysen: Deus noster ignis est.' Vide Nazianz. homil. in Sp. Sanctum p. 226. sub finem.

83 *Parvorum speculo non intellecta notamus*] Euripid. in Œnomao: *Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ*: 'Existimamus, quæ latent, ab iis quæ sunt.' Rursus idem in Phœnice: *Τἀφανὲς τεκμηρίοισιν εἰκόσιν ἁλίσκεται*: 'Quod delitet, congruentibus conjecturis deprehenditur.' Et Hyperides Orator dicit: *ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν.* Consona his et Isocrates Orator scripsisse cernitur. Inquit enim: *δεῖ γὰρ τὰ μέλλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμαίρεσθαι*, &c. Theodoret. l. VI. Græc. affect. sub finem.

120 *Testamenta duo fluxerunt principe utroque*] Tertull. lib. IV. contra Marcion.

132 *Liventes oculos suffundit*] Basil. M. homil. *περὶ φθόνου*, p. 172.

133 *Impatiens justorum gaudia ferre*] De onagris scribunt, eos sereno cœlo tristes, pluvio autem hilares esse: quæ est imago diaboli, secundis ac prosperis hominum rebus dolentis, adversis gaudentis. Est enim *ἐπιχαιρέκακος*.

136 *Ipse manu laqueos*] Macar. Homil. XXI. Vide Bernard. in Meditat. c. XIV. pag. 1061.

143 *Nembroth*] Saresber. I. 4. et VIII. 20. Nazianzen. *περὶ φιλοπτωχίας*, p. 137. Zehner. cent. I. adag. I. Isidor. Pelus. Epist. I. 265. D. Hieron. tom. IV. de nominibus Hebraic. 'Nemroth, tyrannus, vel profugus, aut transgressor.' Philo lib. De Gigantibus sub finem.

144 *Qui mundum curvis anfractibus*] Isidor. Pelus. lib. Epist. II. 164.

155 *Qui mala principio*] Basil. M. homil. Deum non esse mali causam.

158 *Consecrasse Deas Febrem*] Febris, quasi Dea culta a Romanis, fanum habuit in Capitolio, aram in Esquiliis. Deos quosdam coluerunt, qui juvarent: alios venerati sunt, ne nocerent. Fabric. Cl. Alexand. protrept. p. 11. *Ῥωμαῖοι δὲ, ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ, καὶ Πυρετῷ, καὶ Φόβῳ θύουσιν.* Plin. II. 7. Cic. III. de N. Deor. Seneca de morte Claudii. Epictet. I. 19. Augustin. D.C. III. 12. M. Minuc. Octav. p. 58. Arnob. l. IV. et quæ notantur ad Plin. l. d.

159 *Angelus illud Degener infami conceptum*] Augustin. D. C. XI. 17. Vide XIV. 1. et seqq.

169 *Dum grande tumens sese altius effert*] Nazianz. *ἐν ἀποῤῥήτοις*: *Εἷς πάντ' ἄτροπός ἐστι Θεοῦ φύσις· εἰς κακίην δὲ Δύστροπος ἀγγελική· καὶ τὸ τρίτον εὔτροπος ἡμεῖς, Ὅσσον τῆλε Θεοῖο, τόσον κακίῃ πελάοντες. Τοὔνεκεν ὁ πρώτιστος Ἑωσφόρος ὑψόσ' ἀερθεὶς, Ἦ γὰρ δὴ μεγάλοιο Θεοῦ βασιληΐδα τιμὴν Ἤλπετο, κῦδος ἔχων, περιώσιον ὤλεσεν αἴγλην· Καὶ πέσεν ἐνθάδ' ἄτιμος, ὅλον σκότος ἀντὶ Θεοῖο· Καὶ κοῦφός περ ἐὼν, χθαμαλὴν ἐπὶ γαῖαν ὄλισθεν. Ἔνθεν ἀπεχθαίρει πινυτόφρονας· οὐρανίης δὲ Εἴργει πάντας ὁδοῖο χολούμενος ἣν διὰ λώβην· Οὐδὲ θέλει θεότητος, ὅθεν πέσεν, ἆσσον ἱκέσθαι Πλάσμα Θεοῦ· ξυνὴν γὰρ ἔχειν ἐπόθησε βροτοῖσιν Ἀμπλακίην σκοτίην τε· τὸ καὶ βάλεν ἐκ*

παραδείσου Ἐδέμος ἱμείροντας ὁ βάσκανος ἰσοθέοιο. Ὣς ἄρ' ὅγ' οὐρανίης ἐξ ἄντυγος ἦλθεν ἀερθείς. Ἀλλ' οὐ μοῦνος ὄλισθεν· ἐπεὶ δέ μιν ὤλεσεν ὕβρις. Κάππεσε σὺν πλεόνεσσιν, ὅσους κακίην ἐδίδαξε, Ὡς στρατὸν ἐκ βασιλῆος ἀποῤῥήξας τις ἀλιτρὸς, Καὶ πλεόνεσσι κακοῖσιν ἔχων πόθον ἐμβασιλεύειν. Ἔνθεν ἄρ' ἐβλάστησαν ἀπεχθόντοι κακότητες· Δαίμονες ἀνδροφόνοιο κακοῦ βασιλῆος ὀπηδοὶ, Ἀδρανέα, σκιόεντα, δυσάντεα φάσματα νυκτὸς, Ψεῦσταί θ', ὑβρισταί τε, διδάσκαλοι ἀμπλακιάων, Πλάγκται, ζωροπόται, φιλομειδέες, ἠγρεσίκωμοι, Χρησμολόγοι, λοξοὶ, φιλοδήρεες, αἱματόεντες, Ταρτάρεοι, μυχόεντες, ἀναιδέες ἀρχιγένητες, Ἐρχόμενοι καλέουσιν, ἀπεχθαίρουσι δ' ἄγοντες, Νὺξ, φάος, ὅς κεν ἔλωσιν ἢ ἀμφαδὸν ἢ λοχόωντες. Τοίη μὲν κείνων στρατιὴ, τοῖος δέ τε ἀρχός.

182 *Cuncta per ipsum Facta*] Ambros. Hexaëm. I. 5.

191 *Dominum quoque conditioni*] Macar. Homil. XI. Καὶ ταῦτα τὰ κτίσματα εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῷ ἐδόθη. κύριος γὰρ καὶ βασιλεὺς κατεστάθη πάντων τῶν κτισμάτων. Ambros. lib. de Paschæ mysterio cap. II. Basil. Seleuc. Orat. III.

204 *Principe ab illo fluxit origo mali*] Basil. M. Homil. Deum non esse mali autorem, p. 164. et Homil. De invidia p. 215. Ambros. lib. de paradiso c. XII. XIII.

207 *Ultimus exitium*] Ambros. lib. de paradiso c. XV. Basil. Seleuc. Orat. III.

214 *Hominis subjecta domus*] Basil. Seleuc. Orat. I. Gregor. Nyssen. de opificio hominis.

229 *Bruchus*] Lege Pisidem Hexaëm. vs. 1222. Cujac. Observat. XV. 28.

231 *Quid loquar herbarum fibras*] Basil. M. Hexaëm. Homil. V. Ambros. Hexaëm. III. 8. 9. 10.

235 *Rhododaphnem*] Plin. XVI. 20. et XXIV. 11. Theophrast. I. 15. histor.

238 *Rapiuntque ruuntque*] Virg. Æn. IV. 581. 'Idem omnes simul ardor habet; rapiuntque trahuntque.' Et IX. 516. 'Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque.'

240 *Frangunt umbriferos aquilonum prælia lucos*] Vide Ovid. Trist. III. 10. Cæl. Rhodig. XV. 7.

242 *Violentus aquis torrentibus amnis*] Basil. M. in Mamantem martyrem p. 239. Οὐκ ἔστιν ὥσπερ χείμαῤῥος ἀλλοτρίᾳ συῤῥοίᾳ σεμνυνόμενος. Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγ. Πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων. Homer. Iliad. V. comparat impetum Diomedis 'torrenti hibernis aquis aucto, et obvia quæque dissipanti:' ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάῤῥῳ. Themist. Euphrades orat. IV. ad Valentem Imp. Ὥσπερ χειμάῤῥους ἀθρόως μὲν αὐξηθεὶς, ἀθροώτερον δὲ ἐκλιπὼν, αἰθρίας ἐπιφανείσης. Lucret. I. 277. 'Quam quum mollis aquæ fertur natura repente Flumine abundanti, quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decursus aquai, Fragmina conjiciens silvarum, arbustaque tota: Nec validi possunt pontes venientis aquai Vim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri Molibus incurrens validis cum viribus amnis Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis Grandia Saxa: ruit, qua quicquid fluctibus obstat,' &c. Vide Coint. Smyrn. XIV. 5. Virg. Æn. II. 305. Claudian. in Rufin. I. 269. et Panegyr. de Mallii Theod. consulatu vs. 238. H. Jun. cent. II. adag. 64. Macrob. Sat. V. pag. 386. Ovid. Met. III. 568.

252 *Vesania*] Seneca Epist. 88. 'Sua cuique nocet stultitia.' Demosth. Πολλῶν κακῶν ἡ ἄνοια πολλοῖς αἰτία γίγνεται. Pindar. Olymp. VII. Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ Παρέπλαγξαν καὶ σοφόν.

Et error] Pindar. Olymp. VII. Ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι Ἀναρίθματοι κρέμανται.

256 *Finis quam nullus habendi temperat*] Basil. M. Homil. de avaritia, p. 159. Καὶ κόρος οὐκ ἔστι, καὶ τέλος τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἐξευρίσκεται. ὅσῳ πλειόνων ὁ πλεονέκτης ἐμφορεῖται, πλειόνων ἐφίεται. Et orat. εἰς πλουτοῦντας p. 158. πένης γάρ ἐστιν ὁ πολλῶν ἐνδεής·

πολλῶν δὲ ἡμᾶς ἐνδεεῖς ποιεῖ τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόρεστον. τοῖς δέκα ταλάντοις δέκα ἕτερα προστιθέναι σπουδάζεις. ἐπειδὰν εἴκοσι γένηται, ἄλλα τοσαῦτα ἐπιζητεῖς, καὶ ἀεί σοι τὸ προστιθέμενον οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν, ἀλλ' ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. ὥσπερ γὰρ τοῖς μεθύουσιν ἀφορμὴ τοῦ πίνειν ἡ προσθήκη τοῦ οἴνου γίνεται, οὕτω καὶ οἱ νεόπλουτοι, πολλὰ κτησάμενοι, πλειόνων ἐπιθυμοῦσι, τῷ ἀεὶ προστιθεμένῳ τὴν νόσον τρέφοντες, &c. Rursus orat. ἐν λακιζ. pagina 213. Οὐδαμοῦ ἵσταται τῆς πλεονεξίας ἡ νόσος, ἀλλ' ὁμοία ἐστὶ τῇ τοῦ πυρὸς φύσει. καὶ γὰρ τὸ πῦρ, ἐπειδὰν καταπρήσας ἅψηται, σπεύδει πᾶσαν ἐπινεμηθῆναι τὴν ὕλην· καὶ οὐδεὶς αὐτὸ στῆσαι δύναται, πρὶν ἂν ἐπιλίπῃ ἡ ὕλη. τὸν δὲ πλεονέκτην τί δύναται ἐπισχεῖν; πυρός ἐστι χαλεπώτερος. πάντα διὰ συνεχείας νεμόμενος, &c. Themist. Euphrad. Orat. v. ad Valentem pag. 110. Οὐχ ἵστησι τοὺς ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγομένους πέρας οὐδὲν, οὐδὲ ὅρος οὐδεὶς, οὐδ' ἂν πέλαγος εἴπῃς Ἀτλαντικόν. οἷς γὰρ οὐ πέπηγεν ὅρος ἐν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ἐν τῇ γῇ. Quem ad locum consule Notas Amplissimi D. Remi, amici ob insignes animi dotes plurimum nobis amandi et æstimandi : ut et Cl. Zehner. cent. II. ad. 25. Recte itaque Germani : 'Neminem satis divitiarum collegisse, nisi qui sua sorte contentus sit.' Quod Ausonius ita reddidit : 'Quis dives ? qui nil cupiat. quis pauper ? avarus.' Et Manil. l. IV. 'Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit, Nec, quod habet, numerat, tantum, quod non habet, optat.'

258 *Auri namque fames parto*] Iterum Basil. M. homil. εἰς πλουτοῦντας p. 158. Ἀκόρεστον σεαυτοῦ τὴν ψυχὴν κατεσκεύασας. ὅσα βλέπει ὁ ὀφθαλμὸς, τοσούτων ἐπιθυμεῖ ὁ πλεονέκτης. οὐ πλησθήσεται ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾷν, καὶ οὐ κορεσθήσεται φιλάργυρος τοῦ λαμβάνειν· ὁ ᾅδης, οὐκ εἶπεν, ἀρκεῖ. οὐδὲ ὁ πλεονέκτης εἶπέ ποτε, ἀρκεῖ. Et mox : Ἡ θάλασσα οἶδεν τὰ ὅρια αὐτῆς. ἡ νὺξ οὐχ ὑπερβαίνει ὁροθεσίας ἀρχαίας. ὁ δὲ πλεονέκτης οὐκ αἰδεῖται χρόνον· οὐ γνωρίζει ὅρον· οὐ συγχωρεῖ ἀκολουθίᾳ διαδοχῆς· ἀλλὰ μιμεῖται τοῦ πυρὸς τὴν βίαν, πάντα ἐπιλαμβάνει, πάντα ἐπινέμεται, &c.

259 *Inde seges scelerum*] Basil. M. ibid. p. 159. Ἕως πότε χρυσὸς τῶν ψυχῶν ἀγχόνη, τὸ τοῦ θανάτου ἄγκιστρον, τὸ τῆς ἁμαρτίας δέλεαρ; ἕως πότε πλοῦτος, ἡ τοῦ πολέμου ὑπόθεσις; δι' ὃν χαλκεύεται ὅπλα· δι' ὃν ἀκονᾶται ξίφη· διὰ τοῦτον, συγγενεῖς ἀγνοοῦσι τὴν φύσιν, ἀδελφοὶ κατ' ἀλλήλων φονικὸν βλέπουσι· διὰ τὸν πλοῦτον, αἱ ἐρημίαι τοὺς φονευτὰς τρέφουσιν· ἡ θάλασσα τοὺς καταποντιστάς. αἱ πόλεις τοὺς συκοφάντας. τίς ἐστιν ὁ ψεύδους πατήρ; τίς ὁ πλαστογραφίας δημιουργός; τίς ὁ τὴν ἐπιορκίαν γεννήσας; οὐχ ὁ πλοῦτος; οὐχ ἡ περὶ τοῦτον σπουδή; Ibid. Ἐφόδια κακῶν, χρήματα. ἀφορμὴ ἀπωλείας. ὑπηρέτης ἀκολασίας. ὕλη ἁμαρτημάτων.

Radix et sola malorum] Phocylid. vs. 38. Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. Vide Chrysost. ad 1 Timoth. VI.

261 *Ornatus, solvendi leno pudoris*] Euripid. Γυνὴ δ', ἀπόντος ἀνδρὸς, ἥτις ἐκ δόμων Εἰς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ' ὡς οὖσαν κακήν. Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύρασιν εὐπρεπὲς Φαίνειν πρόσωπον, ἢν τι μὴ ζητεῖ κακόν. Zaleucus, Locrorum legislator, lege caverat, ne liceret mulieri aureis ornamentis circumponi, neque contextis indumentis, arteque laboratis venustari, nisi cum scortari atque amatorem sibi moliri studuerit. Diodor. Sicul. lib. XII. Bibliothecæ.

266 *Externam mentitur fœmina formam*] Omnium elegantissima et selectissima comportavit huc facientia magnus ille et famatissimus JC. Tiraquell. in lege III. Connubial. ubi et hæc autoris nostri verba adducit §. 7. Vide et Tertullian. De Virginib. velandis. et, De habitu muliebri. et, De cultu fœminarum. Isidor. Pelus. Ep. II. 53. Ambros. Hexaëm. VI. 8. et l. I. de Virginib. Divine D. Hieronymus ad

Furiam de Viduitate servanda: 'Quid faciat in facie Christianæ purpurissus et cerussa, (quorum alterum ruborem genarum labiorumque mentitur, alterum candorem oris et colli,) ignis juvenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia? Quomodo flere potest pro peccatis suis, quæ lacrimis cutem nudat, et sulcos ducit in faciem? Ornatus iste non Domini est: velamen illud Antichristi est. Qua fiducia erigit ad cælum vultus, quos conditor non agnoscit?' &c.

268 *Hyacinthis*] Ambros. lib. de Nabuthe Israëlita c. v.

270 *Colla vel ignitis*] Arnob. lib. II. contra Gentes: 'Idcirco Deus animas misit, ut divini ponderis et gravitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, castitatis dispendio compararent? conspiciendos quærerent corporibus fucos? innecterent his colla? laminas pertunderent aurium? imminuerent frontes limbis? fuligine oculos obumbrarent? nec informibus erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem, cutem corporis lævigare?' Quanquam ille videatur loqui de maribus, ut verba sequentia ostendunt.

271 *Auribus aut gravidis*] Plinius IX. 35. 'Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, (*obstrigillis*, Scaliger in Manil.) sed totis socculis addunt. Neque enim gestare jam margaritas, nisi calcent, ac per uniones etiam ambulent, satis est.' Tertull. de veland. virginib. et, De habitu muliebri sub finem. Vincent. spec. XVII. 51. Chrysost. Homil. ad populum Antiochenum XXI. in Matt. Homil. VIII. et L. in Johan. Homil. LX. in Epist. ad Hebræos, Homil. XXVIII. et in Genes. Homil. XXXVI. et XLI. item homil. De mulieribus se sertis et auro ornantibus. Sed et idem multa scripsit contra mulieres se fucantes et curiosius ornantes; in Genes. Homil. XXXVII. in Matth. Homil. XXXI. et in 1. ad Timoth. Homil. V. vide et Lips. de magnitud. Rom. IV. 7. Cl. Alexand. pædag. II. 10. et 12. et ibid. III. 2. et 3. D. Hieron. tom. I. ad Eustochium p. 66. b. 'Omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistri vestigio rotantur; digiti de annulis radiant: et ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia.' Vide et Georg. Schönborn. Polit. III. 17. et I. 6.

278 *Sexus male fortis*] Aristot. hist. animal. IX. 1. Ælian. et Plin. XI. 49. scribunt, mares in omni genere animalium fortiores esse atque animosiores, præterquam in pantheris et ursis.' Avicenna vero, aut qui eum traduxit, lib. de animalib. IX. circa initia, leopardos et lupos excipit. Albertus autem Magnus de anim. VIII. 1. ursos et leopardos. Idem Aristot. de generat. animal. IV. 6. fæminas scribit sua natura debiliores esse, quam mares. D. Hieron. in reg. monach. cap. XVI. 'Debilis est nimium sexus, quem geritis, ac fragilis, ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio.' D. etiam Petrus Epist. I. 3. mulieres vocat 'infirmius vasculum.' Hinc Philo apud Ant. Monach. in II. tom. Meliss. Serm. XXXIII. Ἀσθενέστεραί πώς εἰσιν αἱ γνῶμαι τῶν γυναικῶν. Aristot. I. polit. c. ult. mulierum consilium esse invalidum, scribit. Consule Tiraquell. in leg. I. connubial. Georg. Schönborn. Polit. II. 12.

Cui pectore in arcto Mens fragilis facili] Eurip. in Medea: *Γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται· Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώτατοι.*

279 *Vitiorum fluctuat æstu*] Ex Virg. Æn. IV. 'Varioque irarum fluctuat æstu.' Æn. VIII. 'Magno curarum fluctuat æstu.' Et lib. XII. 'Heu quid agat? vario nequicquam fluctuat æstu.'

280 *Ipse caput muliebris corporis, et rex*] Tiraquell. in leg. I. Connubial.

283 *Cernas mollescere cultu*] Prolixe hac de re itidem Tiraquell. in lege

III. connubial. §. 45. et seqq. ubi §. 51. hunc quoque locum producit: ut et P. Faber Semest. I. 16.

288 *Eoo ex orbe petitis Ramorum spoliis*] Plin. VI. 17. 'Primi sunt hominum, qui vocantur Seres, lanitio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat.' V. N. ad Dracont. vs. 207. et Basil. M. Hexaëm. Homil. VIII. pag. 88. de verme Indico. Jul. Polluc. VII. 17. Cl. Alexand. pædagog. II. 10. Ambros. Hexaëmer. V. 8. et 23. Tiraquell. in lege III. connubial. §. 18. et 19. Pisides Hexaëm. vs. 1264.

291 *Additur ars, ut fila herbis saturata*] Plin. VII. 56.

294 *Hunc videas*] Delicatioribus etiam vestes, ex plumis variis contextæ. Seneca Epist. XCI. 'Non avium plumæ in usum vestis conservantur.' Hinc Plumarius, qui vestimenta ex plumis avium conficit: quo genere delectata est prisca luxuria. vel, qui acu pingit, et clavos, scutulas, aut alia, quæ plumas avium referant, in veste adtexit. Hieron. in Chronicis: 'Macedonius artis plumariæ.' Varro in Logistoricis: 'Etenim nulla, quæ non didicit pingere, potest bene judicare, quid sit bene pictum a plumario aut textore in pulvinaribus plagis.' Petronius: 'Plumato amictus aureo Babylonico.' quem ad locum Joh. a Wouweren p. 322. Turneb. adv. XI. 25. et XXIX. 19. Lexicon Jurid. in Plumarius. D. Georg. Schönborn. Polit. III. 47. pag. 303.

300 *Sensibus in quinque statuens*] Graphice hæc diducit Saresber. VIII. 6. quæ inibi promtum est legere. D. Hieron. tom. III. lib. II. adv. Jovinian. p. 34. b. et seq.

303 *Ipse etiam toto pollet qui corpore tactus*] In vita Pythagoræ apud Photium in Biblioth. p. 713. 'Η δὲ ἁφὴ, καὶ διὰ τῆς κεφαλῆς καὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος κεχώρηκε, καὶ ἔστι κοινὴ πάσης αἰσθήσεως· μᾶλλον δὲ κατὰ τὰς χεῖρας ἐπιδηλοτέραν παρέχεται τὴν κρίσιν.

307 *Perversum jus omne viget*] V. N. Trist. II. 301.

309 *Idcircone, rogo, speculatrix*] Chrysost. in 1 Corinth. IX. Homil. XXII. Καὶ γὰρ ὀφθαλμοὺς ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, οὐχ' ἵνα ἀκολάστως βλέπωμεν, ἀλλ' ἵνα τὰ δημιουργήματα αὐτοῦ θαυμάζοντες, προσκυνῶμεν τὸν ποιήσαντα. Vide Pisidæ Hexaëm. vs. 680. et seqq.

312 *Incestans miseros fœdo oblectamine visus*] Συνάλγεις τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσι συμπάσχουσιν ὀφθαλμοὶ, καὶ ταῖς ἀμυθήτοις τροπαῖς συμμεταβάλλειν πεφύκασι· διὰ τὴν οἰκειότητα, ut ait Philo lib. II. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων. Ideoque Chrysostom. 'radicem adulterii esse curiosam inspectionem' dixit. ex quo istud in Collectaneis Antonii: ῥίζα μοιχείας ἡ περίεργος θέα τῶν ὄψεων. Ea propter oculi putantur atrocis alicujus facinoris conspectu pollui et contaminari. Adi P. Fabrum Semest. III. 19.

313 *Mediaque ex arce cerebri*] Ambros. Hexaëm. VI. 9. Pisides hexaëm. vs. 699.

316 *Pigmentato crine*] Videatur Lips. ad Corn. Taciti Germ. p. 85. et seq. Tiraquell. in leg. connubial.

319 *Patulas Deus addidit aures*] Chrysostom. in 1 Corinth. IX. Homil. XXII. Πάλιν ἀκοὴν ἐποίησεν, οὐχ ἵνα βλάσφημα δεχώμεθα ῥήματα, ἀλλ' ἵνα σωτήρια δόγματα.

320 *Cavernosos meatus*] Ambros. lib. de Noë et arca c. VII. et hexaëm. VI. 9. Pisides eleganter in Hexaëm. vs. 683. Στενὰς δὲ ποιεῖ τῆς ἀκοῆς εἰσόδους, Καὶ κοχλοειδεῖς τὰς θύρας ἐργάζεται, Ὡς ἂν καθ' εἱρμὸν εἰσρέωσιν οἱ κτύποι, Καὶ μὴ καταπλήξωσι τοὺς ἔσω πόρους, Ἤχοις ἀτάκτοις ἐμπεσόντες οἱ ψόφοι.

321 *Numquid madido sapor inditus ori*] Saresber. VIII. 6.

322 *Medicata fercula*] Saresber. ibid. 'Multiplicantur fercula, cibi

alii aliis farciuntur, condiuntur hæc illis, et in injuriam naturæ innatum relinquere, et alienum coguntur afferre saporem.'

331 *Felix, qui indultis potuit*] Turpilius in Lindia: 'Profecto ut quisque minimo contentus fuit, Ita fortunatam vitam ducit maxime.' Xenophon ad Lamproclem scribit, Socratem divitias ex usu metiri jussisse. 'Non enim,' inquit, 'immensas possessiones vocabat divitias, sed tantum, quantum requiritur ad decentem usum.' V. N. ad Psychom. vss. 609. et 430. Boëth. II. prosa 5.

339 *Principio rerum*] Ambros. Hexaëm. I. 2. 4.

342 *Vidit, ait, Deus esse bonum*] Gen. I. Philo lib. Quis rerum divinar. hæres.

358 *Putrefacta inter contagia*] Cassiodor. variar. Ep. XII. 11. 'Sicut fontis puritas per limosa corrumpitur: sic affluentia,' &c.

361 *Non ferrum causa furoris*] Confer Ovid. Trist. II. 266. ibidemque notas meas. Arnob. l. VII. p. 212. 'Quis in gladium formavit ferrum? non homo?' &c. 'Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari.' Cassiodor. var. Ep. I. 30.

362 *Vesania fervida Circi*] Tertull. apologet. c. XXXVIII.

364 *Mens vulgi rationis inops*] Pindar. Nem. VII. Τυφλὸν δ' ἔχει Ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος.

365 *Perfurit*] Circus, ἱππόδρομος. Dio: συνέδραμον ἐς τὸν ἱππόδρομον. Et Herodianus: ἔς τε τὸν ἱππόδρομον, ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει, τὸν Ἰουλιανὸν ἐβλασφήμουν. Ait, 'in Circo maxime solitum populum ἐκκλησιάζειν, h. e. per tumultum convenire, et suæ voluntatis significationem dare.' Doctiss. Casaubon. in Notis ad Spartian. p. 247. Philip. Rubenius Elector. I. 30.

366 *Sic Lacedæmonias oleo maduisse palæstras*] Veget. lib. III. prolog. et ibid. Stewech. Erasm. adag. 'Oleum non vidit.' P. Faber Agonist. I. 12.

368 *Inde per aërium pendens audacia funem*] Ἀεροβάτης, σχοινοβάτης. Juvenal. Sat. XIV. 'Quique solent rectum descendere funem.' Ibi Scholiast. 'Periphrasis est funambuli, qui per funes ambulat: idem funerepus nominatur ab Apuleio, a fune et repo: Græce schœnobates dicitur.' Pisides de vanitate vitæ vs. 149. Ὡς οἱ πρὸς ὕψος ἐν μεταρσίῳ τάσει Σχοίνους διατρέχουσιν ἰσχνοσυνθέτους, Εἴ που παρασφαλῶσι τῶν ὑψωμάτων, Ἐν τῷ βάθει πίπτουσι τῶν συντριμμάτων.

368 *Pendens audacia*] Παράβολοι καὶ παρακεκινδυνευμένοι, 'per funem incedentes,' deinde tanquam casabundi fingunt se excidere, et pendent unico pede. Vopiscus in Carino Anemobatam vocat (ut vult magnus Scaliger ad Manil. p. 465.) qui velut in ventis cothurnatus fertur. Vide Justinum Martyr. ad Zenam et Serenum p. 390. et prol. Hecyræ Terentianæ.

370 *Inde feras volucri*] Intelligit bestiarios, non utique qui ad bestias damnati erant, quos ἐπιθανατίους vocat Apostolus 1 Corint. IV. sed eos, qui auctorati hoc faciebant, ac spectaculo meridiano operam locabant, vel, ut Maniliane loquar, qui luxuriæ cædem parabant; de quibus diserte scribit Theodericus Rex apud Cassiodorum in epist. antepenult. lib. V. et Callistratus lib. III. §. lege De testib. Ii propter desperatam audaciam dicebantur παράβολοι. Socrates in historia Ecclesiastica: κυνήγια δέ ποτε ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ ὁ δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. Vides Claudianum τοὺς παραβόλους audaces vertere. Inde verbum elegans Apostolo παραβολεύεσθαι, Philipp. II. Dicuntur et οἱ παράβολοι Confectores Suetonio. Glossæ, Confector, ἀναιρέτης. Item: Confectorium, χοιροσφαγεῖον. Item: Confectores, καταβόλοι. ita dicti, quod

hasta feras collocabant in ludo meridiano. Et videndum, an locus, quem ζωγρὸν et ζωγρεῖον vocant Græci, quo bestiæ includebantur, hinc dictus sit. Vocabatur enim Catabolum ; de quo in Martyrologiis, et aliis. Joseph. Scalig. ad Manil. p. 317. P. Faber Semest. II. 10. Lips. Saturn. I. 14. G. Cognat. adag. παράβολος. Manil. l. IV. Turneb. XIII. 23.

385 *Curvo quærit terrestria sensu*] Chrysost. Homil. XXI. in eam ad Ephesios : μέχρι τίνος ἐσμὲν σάρκες; μέχρι τίνος ἐπὶ τῆς γῆς κύπτομεν; Et sæpius κατωφερεῖς ac χαμαιζήλους, et τοὺς ἐκ τῆς γῆς κενολογοῦντας homines eandem ob causam vocant Græci patres. Lactant. VI. 1. Manilii etiam huc traho verba l. IV. ' Quid juvat in semet sua per convitia ferri, Et fraudare bonis, quæ nec Deus invidet ipse, Quosque dedit natura, oculos deponere mentis ? Perspicimus cælum ; cur non et munera cæli ?' &c.

394 *Namque illic numerosa cohors*] Galat. v. 19. 20. 21. Saresber. lib. VII. 24.

400 *Ambitio ventosa tumet*] ' Est Cenodoxia, ut patribus placuit, inanis gloria, quæ mentem inflat et aures, et nihil aliud emolumenti de soliditate virtutis mortalibus affert,' &c. Saresb. VIII. 1. per integrum, et ibid. c. 5.

Doctrina superbit] Τετυφωμένη. περπερεύεται καὶ φυσιοῦται. 1 Cor. XIII. 4. At vero πᾶν ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν : quod scribit Basil. M. in Asceticis.

402 *Inde canina foro*] V. N. Trist. III. 12. Cujac. observat. IV. 40.

403 *Hinc gerit Herculeam sapientia clavam*] Fabric. Hercules, cultus a doctis, quia laboriosi esse debent et benefici. Unde Romæ consors cum Musis templum habuit in Circo Flaminio, et μουσαγέτης a Græcis cognominatus.

406 *Incerat lapides*] Inf. in Symmach. I. 205.

410 *Surgit in auxilium Chananæus*] Ambros. lib. de Noë et arca c. 28. ' Simul significat, ex illo Chanaan Chananæos fuisse ; qui post multas generationes a populo justo oppressi, cesserunt in ejus possessionem.' Quocum non inepte consonat illud Philonis lib. νόμων ἀλληγορ. Κέχυται γὰρ καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς τὸ ἀδίκημα. παρὸ καὶ τὸ Χαναὰν καταρᾶται, ὅτι τὴν τῆς ψυχῆς τροπὴν ἔξω ἀπήγγειλε· τουτέστι· καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς ἔτεινε καὶ ἀπεξειργάσατο, προσθεὶς τῷ κακῷ βουλήματι κακὸν τὸ διὰ τῶν ἔργων ἀποτέλεσμα. Vide eundem Ambros. de Cain et Abel I. 10.

413 *Furens exercitus regis Amorrhæi*] Justin. Mart. dial. cum Tryphone p. 286. Ὃν (Ἡρώδην) ὁ λόγος καλεῖ βασιλέων Ἀσσυρίων, διὰ τὴν ἄθεον καὶ ἄνομον αὐτοῦ γνώμην, ἐπίστασθε γὰρ τοιαῦτα, ἔφην, ἐν παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι πολλάκις λαλοῦν τὸ ἅγιον πνεῦμα· οἷον πεποίηκε καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, πολλάκις φῆσαν πρὸς αὐτοὺς, ὁ πατήρ σου Ἀμοῤῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σοῦ Χετταία. Cæterum regio sive terra Chanaan a septem populis fuit habitata, Amorrhæis, Chananæis, Gergesæis, Hetæis, Hettevæis, Jebusæis, et Pherezæis : quibus adjungi etiam Philistæi seu Palæstini possunt. De Amorrhæis, Philo lib. II. legis allegor. et lib. Quis rerum divinarum hæres. De Chananæis, lib. Resipuit Noë.

427 *Sub fædere falso Tristis amicitiæ*] V. N. Psychom. vs. 552. et seqq.

435 *Ducitur innexus manicis, et mille catenis*] Ovid. Pont. II. 8. ' Sic fera quamprimum pavido Germania vultu Ante triumphantes serva feratur equos.'

440 *Qui summum solidumque bonum putat*] Saresber. VII. 17.

444 *In laqueum jam colla dedit*] Confer Muret. var. lect. XVI. 15. et Ovid. Trist. v. 9. et 3. 7. et notas nostras Pont. IV. 3.

449 *Hæc illa est Babylon*] Ambros.

de fide III. 1. 'Et Jeremias de Babylone memoravit, quod in ea habitabunt filiæ Sirenum: ut ostenderet, Babylonis, h. e. secularis confusionis illecebras, vetustis lasciviæ fabulis comparandas: quæ velut scopuli in istius vitæ litore dulcem sonare quandam cantilenam ad capiendos animos adolescentum viderentur,' &c.

463 *Nonne fuit melius*] Vincent. Spec. XVII. 49. Augustin. tom. X. de tempore Serm. LXXXV. LXXXIX. XCVII. D. Hieronym. tom. I. ad Eustochium, pag. 65. b.

471 *Virga serpente*] Exod. IV. Macar. Homil. L. Ὁμοίως καὶ Μωϋσῆς ἔθηκε ῥάβδον, καὶ ἐγένετο ὄφις· καὶ πάλιν εἶπε, καὶ ἐγένετο ῥάβδος. Justin. Martyr contra Tryphon. p. 244. Μωϋσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπολύτρωσιν ἐπέμφθη· καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ ἔτεμε τὴν θάλασσαν. Idem ibid. p. 288.

472 *Æquoreum, pelago cedente, profundum Calcasse*] Exod. XIV.

478 *Inventi vallem botryonis*] Vallem autem botryonis, h. e. racemiferam, vocat agrum Hierichuntinum: in quem missus est Josua, et socii ejus, ad explorandam soli bonitatem. Fabric.

479 *Cui melle perenni gleba fluens*] Num. XIII. 28. Exod. III. Isidor. Pelus. Ep. II. 99. Zehner. cent. IV. ad. 10.

481 *Si domitam Hierichon lituis*] Macar. Homil. L.

486 *Et quæ nubigenas transcendant culmina*] Gen. XI. Fl. Joseph. Archæolog. I. 6. Ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ τὸν πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν σύγχυσιν τοῦ περὶ τὴν διάλεκτον πρῶτον ἐναργοῦς· Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι. vide et Philon. lib. περὶ συγχύσεως διαλέκτων p. 216. et lib. περὶ μέθης. Zehner. cent. V. ad. 12.

487 *Quis lapis ille est*] Justin. Mart. contra Tryphon. p. 244. Λίθος Χριστὸς διὰ πολλῶν γραφῶν συμβολικῶς κηρύσσεται. Et p. 248. Ἔχει δὲ καὶ ὁ λίθος σύμβολον πρὸς τὸν Χριστόν. Idem p. 255. et 267. et 278.

492 *Angulus hic portæ in capite est*] Eph. II. 20. Ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. Ibi Chrysost. homil. VI. p. 1066. Εἶτά φησιν, Ὁ τὸ πᾶν συνέχων ἐστὶν ὁ Χριστός. ὁ γὰρ λίθος ὁ ἀκρογωνιαῖος καὶ τοὺς τείχους συνέχει, καὶ τοὺς θεμελίους, ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομή. et quæ sequuntur. item Ephes. IV. 15. et seq.

498 *Regina Tyri*] Hanc aliqui ariolantur esse Reginam Saba: de qua 3. Reg. X. et Paralip. II. 9. Princeps Tyri exprimitur Ezech. XXVIII. 2. de quo Ambros. lib. de paradiso c. 2. 'Fuisse enim Diabolum in paradiso, etiam Ezechiel Propheta docet; qui dicit super principem Tyri: In voluntate, inquit, paradisi factus es. Principem autem Tyri in figura accipimus diaboli.'

Accola Parthus Euphratis] Isidor. orig. XIV. 2.

499 *Euphratis*] Isidor. origin. XIII. 21. Lucan. III. 256. Plin. V. 24.

Decolor Indus] Manil. lib. IV. 'Colit India Cancrum: Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignis; Hoc color ipse docet.' Turneb. XX. 9.

500 *Tempora pennatis redimitus nigra sagittis*] Q. Curtius ita de Indis scribit l. VIII. p. 335. mihi: 'Binorum cubitorum sagittæ sunt, quas emittunt majore nixu, quam effectu: quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, instabili pondere oneratur.' Adi Plin. XVI. 36. Cæl. Rhodigin. XXIII. 9.

Tempora pennatis redimitus] Qua quisque dote eminet, hujus insignia potissimum gestare amat. Indi, et in his Bactriani, ἑκηβόλον ἔθνος, 'longe jaculans gens,' quod sagittando valent, ut hanc virtutem gentis faciant testatiorem, sagittis redimiuntur. Paschal. Coron. III. 18.

503 *Tutus eris, nec te*] Hermes apud Lactant. II. 16. Μία φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια.

506 *Ex elementis cuncta solubilib.*] Confer Philon. lib. Quis rerum divinar. hæres.

515 *Sed cum spiritibus*] Isidor. Pelus. Ep. II. 161.

525 *Facile est frenare rebelles Affectus*] Vide Macar. Homil. XXVII.

534 *Parthica harundo*] Claudian. de raptu II. 198. 'Torrentius amne Hiberno, tortaque ruunt pernicius hasta, Quantum non jaculum Parthi, non impetus Austri,' &c. Ovid. Met. X. 588. 'Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta Visa est.' Parthi autem fugiendo pugnabant et sagittas evibrabant. Virg. Georg. III. 'Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.' Seneca Thyeste: 'Telis, quæ procul ingerit Parthus, cum simulat fugam.' Herodian. l. III. τὰ πλεῖστα γοῦν φεύγοντες εἰς τοὐπίσω τε τοξεύοντες ἐμάχοντο. V. N. Trist. II. 228. et Claudian. Epigram. de hystrice.

558 *Ille quidem fomes nostrorum et causa malorum est*] Matth. XV. 19. Sicut neque in fornace carbones ardentes, quin scintillent, neque fimus in sterquilinio, quin fæteat, esse possunt; sic ex corde bulliunt mala. Horolog. Princip. I. 38.

564 *Ut genuit David unum Crimen Abessalon*] Sophocles, Antigone: Ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους Φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων; Vide Heideri orat. Heroum filii noxæ. Ambros. l. V. orat. in obitum Valentiniani Imp. Isidor. Pelus. Ep. III. 219. et IV. 35. Gregor. Richter. axiom. Œcon. c. 15.

577 *Tristibus atque piis variaverat*] Varro lege Mænia: 'Neque in bona segete nullum est spicum nequam; neque in mala non aliquod bonum.' Plato in Philebo: τὸ δὴ λεγόμενον, πικρῷ γλυκὺ μεμιγμένον. Quo rectissime pertinet illud Basilii M. in Asceticis p. 627. Ἀγχιθύρους γάρ φασι καὶ Ἕλληνες τὰς κακίας εἶναι ταῖς ἀρεταῖς· ἑκάστῃ γὰρ ἀρετῆς θύρᾳ τὴν κακίαν ὁμοιοτάτην ἰδέαν ἑκατέρωθεν παρῴκησεν. Ἵν' ὁ σπουδάζων περὶ τὴν ἀρετὴν, παρασχὼν ταύτης τὸ πρῶτον τῇ θύρᾳ, καὶ προιὼν ταύτην δοκῶν· ἀποσχίσας αὐτῷ ἔνθενδε ἢ ἐνθένδε μιᾶς τῶν θυρῶν τῆς κακίας, ἐκ τῆς ὁμοιότητος ἀπατηθεὶς, ὡς εἰς τὸν τῆς ἀρετῆς οἶκον εἰσέλθοι.

583 *Sic vipera Dentibus emoritur fusæ per viscera*] Horapollo in hieroglyph. II. 60. Ælian. de animalib. I. 24. Volaterran. lib. XXV. p. 590. Galen. de theriaca ad Pison. Isidor. Pelus. Ep. I. 105. et 275. et III. 261. Annotat. ad Plin. X. 62. Rhodigin. VI. 13. et 16. Plutarch. in Moralib. 'Jaculos et viperas proprii rumpunt fœtus: sic garrulus, vel cum sua pernicie, promit arcana.' Basil. M. Hexaëm. Homil. IX. p. 41. Et in Psal. XV. Homil. II. in fœneratores p. 69. Πονηρῶν γονέων πονηρὸν ἔκγονον. ταῦτα λεγέσθω γεννήματα ἐχιδνῶν, τὰ τῶν τόκων ἀποκυήματα. τὰς ἐχίδνας λέγουσι τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διεσθιούσας τίκτεσθαι· καὶ οἱ τόκοι, τοὺς οἴκους τῶν ὀφειλόντων ἐκφαγόντες ἀπογεννῶνται. Iterum homil. De invidia, p. 170. Μᾶλλον δὲ ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν κυήσασαν αὐτὰς γαστέρα διεσθιούσας ἀπογεννᾶσθαι· οὕτω καὶ ὁ φθόνος τὴν ὠδίνουσαν αὐτὸν ψυχὴν πέφυκε δαπανᾷν, Isidor. orig. XII. 4. Johan. Brodæus tom. II. Crit. miscell. III. c. 11. et 28. Philo animal. hist. cap. 63. Philostrat. apud Photium in Biblioth. p. 542. et Schol. marginale. D. Bernhard de interiori domo c. 39.

598 *Pietatis crimine*] Crimen pietatis significantissime dixit id quod parant in alvo materno fetus isti:

quod qua patris necem ulciscitur, pietas est: at qua in matrem paratur, crimen. M. Bergius.

617 *Stupro anima*] Vide Macar. Homil. XXVII.

641 *Si non vult Deus esse malum, cur non vetat*] Consule Augustin. tom. 9. de arbore scientiæ boni et mali. et superius περὶ στεφ. II. 4. Tertullian. adv. Marcion. II. 195.

642 *Nil refert, auctor fuerit; anne opera in vitium*] Qui patitur, quod prohibere potest, idipsum facere videtur. ut notat gloss. in l. adigere. ff. de jur. patr. Et in l. pen. C. de Canon, largit. tit. lib. X. ubi pari pœna punitur officialis, qui non prohibet illicitas actiones. Et cap. præterea XXIII. quæstione 8. ubi hæc scribitur sententia: 'Qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit.' Ex legibus quoque Platonis ad fin. lib. IX. æque punitur, qui aliorum injurias, cum prohibere possit, non prohibet, atque is qui facit. Tiraquel. tom. VII. c. 44. §. 13. Commentar. Terent. ad Adelph. p. 449. Clem. Alexand. Strom. I. p. 134. lin. 3. et 21. item Strom. VIII. p. 332. lin. 10. Tertullian. lib. II. contra Marcion. p. 195.

649 *Ipse creavit enim*] Basil. M. homil. Quod Deus malorum non sit causa: οὔτε μὴν γεννητὸν τὸ κακόν. εἰ γὰρ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, πῶς τὸ κακὸν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ; οὐδὲ γὰρ τὸ αἰσχρὸν ἀπὸ τοῦ καλοῦ, οὔτε ἡ κακία ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, &c.

657 *Quis ferat hac injecta Deo convitia*] Pindar. Olymp. IX. τό γε λοιδορῆσαι θεοὺς, ἐχθρὰ σοφία.

666 *Labi, hominis*] Basil. Imp. in parænet. ad Leon. filium, cap. 50. ὥσπερ οὐκ ἔνι σῶμα, ᾧ οὐ παρέπεται σκιά· οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος, ᾧ οὐ παρέπεται ἁμαρτία. ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν, εὐόλισθόν τι χρῆμα, καὶ πρὸς τὸ πταίειν εὐκατάφορον. Justinian. Novel. 5. de monachis § hinc autem: ἡ γὰρ ἀνθρώπου φύσις ὀλισθηρά πώς ἐστι πρὸς τὰ πλημμελήματα. D. Ambros. apolog. David. 'Nec prætermittatur istud, quod cum naturæ nostræ vitio ad peccandum proclives simus, adeo ut neque sine umbra corpus ullum, nec homo absque peccato sit.' Lactant. lib. de ira Dei c. 20. Theodor. Antiochen. apud Photium in Biblioth. p. 205. et seq.

Servare, Dei est] Seneca de Clem. I. 26. 'Hæc divina potentia est, gregatim ac publice servare.'

670 *Invitone potest aliquis peccare Tonante*] Accurate hac de re disserit doctus ille Lipsius. Constant. I. 20.

674 *Nescis stulte tuæ vim libertatis*] Basil. M. homil. Deum non esse mali autorem p. 164. Irenæus adv. hæreses IV. 71. et seqq. Hierocles apud Photium in Biblioth. p. 758. et 757.

694 *Probitate coacta Gloria nulla venit*] Basil. M. homil. Deum non esse mali causam p. 164. Ὅτι καὶ σὺ τοὺς οἰκέτας, οὐχ, ὅταν δεσμίους ἔχῃς, εὔνους ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὅταν ἑκουσίως ἴδῃς ἀναπληροῦντάς σοι τὰ καθήκοντα· καὶ θεῷ τοίνυν οὐ τὸ ἠναγκασμένον φίλον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρετῆς κατορθούμενον. ἀρετὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται. προαίρεσις δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἤρτηται· τὸ δὲ ἐφ' ἡμῖν, ἐστὶ τὸ αὐτεξούσιον. Macar. homil. 27. Οὐ γὰρ ἐπαινετὸν, εἰ καὶ ἐπιθυμητὸν, τὸ μὴ προαιρέσει ἀγαθόν· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ἐπαίνου ἄξιος, ὁ ἰδίᾳ σπουδῇ μετὰ ἀγῶνος καὶ πάλης ἐπανελόμενος τὸ ἀγαθὸν αὐτεξουσίου προαιρέσεως, &c.

696 *Nec tamen est virtus, ni deteriora refutans Emicet*] Sup. περὶ στεφ. II. 59. D. Ambros. de Cain et Abel II. 4. 'Cum renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis ingressum operatur; eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur,' &c. Vide Lactant. divin. institut. epitome c. 3.

705 *Lux comes est justi; comes est nox horrida iniqui*] Ambros. de Cain et Abel II. 9. 'Abscondit se autem, qui velare vult culpam, et tegere peccatum. Qui enim male agit, odit lucem, et amat tenebras suorum et latibula delictorum.' Saresber. III. 12.

'An eum putas in conscientia tua securum quiescere, cujus turpitudinem producere potes in lucem, et proferre in publicum? Certe omnis, qui malus est, odit lucem. Et opus omne artificis sui videtur habere imaginem. Meretricantium mulierum fucus, dum argui veretur a lumine, petit umbras, et timet, ne seipsis deformiores sint, si immediata luce videntium obtutibus pateant,'&c. Supra Cathem. II. et Ambros. de interpellat. L. 3.

710 *Transit propositum fas*] Basil. M. homil. Deum non esse mali causam. Ambros. lib. de paradiso. Gregor. de opificio hominis.

721 *Nunc inter vitæ dominum, mortisque magistrum*] Μεσσηγὺς βιότοιο δμῶς καὶ ὀλέθρου. Coint. Smyrn.

726 *Loth fugiens Sodomis*] Ambros. lib. de fuga seculi c. 9. Saresber. VII. 13. Cyprian. in Sodoma. Victorinus Massiliens. in Genesi lib. III. pæne sub finem. Erasm. adag. 'Remis velisque.' D. Hieron. tomo I. Ep. XXII. fol. 63.

728 *Sulphure cum jam nimboso*] Cyprian. in Sodoma: 'Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur Sol, Ultimus ille quidem, in Sodomamque incendia fervens Infert: nam totos radios armaverat igni. Æmula subsequitur caligo, includere luce Cæptans, atque globos confuso intexere cælo. Fumantes coëunt nubes, novus irruit imber: Sulphura cum flammis flagrantibus æstuat æther: Exustus crepitat liquidis ardoribus æther.' Victor. Massiliens. l. d. De Sodomitico autem incendio vide Augustin. de C. D. X. 8. et XVI. 30. et lib. XXI. cap. 5. Tacit. histor. lib. V. Strabon. lib. XVI. Oros. lib. I. cap. 5. Solin. lib. XXXVIII. Hegesipp. IV. 18. Joseph. de Bell. Jud. lib. IV. Tertullian. apologet. cap. 40. Philo lib. de confusione linguarum: et lib. II. de vita Mosis. Ambros. Hexaëm. V. 14.

731 *Angelus hanc hospes*] Ambros. de Abraham Patriarcha I. 5.

736 *Quæ mundi forma cremandi est*] Salvian. de gubernat. Dei lib. I. p. 28. Epist. Jud. vs. 7. D. Hieron. ad Marcellam tom. I. p. 57.

737 *Ore Post tergum verso*] Nazianzen. in carminib. Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἰθείην ὁδὸν ἕλκει· Οὐδὲ μεταστρέφεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν ἐρήμην, Ἣν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυρὶ δηωθέντων. Φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέλησται· Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἀλὸς μετόπισθε λίπηται. Chrysost. in Epist. ad Roman. Homil. IV. p. 34. Augustin. t. X. p. 116. et seq. Alcim. Avit. II. 390. Ambros. lib. II. de virginitate p. 6. Zehner. cent. III. ad. 67.

743 *Solidata metallo Diriguit fragili*] Victor. Massiliens. lib. III. in Genes. 'Quin etiam Loth, heu! miserabilis uxor, Seu tanto stupefacta metu, seu stulta cupido Illa fuit, vetitum contra consurgere pactum Fæmineis innata animis, quæ denique cunque Causa fuit, Sodomam inspectans se pone ruentem, Confestim pænas violata lege subivit, In statuam conversa salis, spoliataque luce. Sic animam infelix cum corpore perdidit omni, Ut nullum extaret forma remanente cadaver.' Philo lib. II. allegor. Legis. Et lib. de profugis. Item lib. de somniis. Irenæus adv. hæretic. V. 51. Tertullian. lib. IV. contra Marcion. Cyprian. in Sodoma. Ambros. lib. de fuga seculi cap. I. Clem. Alexand. protrept. p. 29. scribit, 'Lothi uxorem poëtis esse Nioben:' qua de Homer. Iliad. XXIV. Ovid. Met. VI. 165. Cic. III. Tusc. Agell. XX. 6. Pausan. in Attic. Auson. Epitaph. 27. Sophocl. Antigone et Electra vs. 149. Seneca Herc. Fur. vs. 389. Herc. Œt. vs. 184. Agamem. vs. 371. Hadr. Jun. cent. I. ad. 68. Niobes archetypum. vide rursus Clem. Alexand. Strom. II. p. 167. et Strom. VII. p. 321. Pari modo fingitur de Orpheo, cum ad Inferos descendisset, repetiturus Eurydicem suam; quod, cum respexisset, illa sit retracta. Fabulam vide apud Plat.

1. Sympos. Virg. Georg. IV. Ovid. in Met. Senecam Herc. Fur. vs. 568.

752 *Quantumque armenta saporum Altenuant saxum*] Cyprian. in Sodoma: 'Namque comes conjux, heu lethum, metaque legis, Fæmina non patiens, divina ad murmura cæli Audaces oculos nequicquam sola retorsit, Non habitura loqui, quod viderit. et simul illic In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulcrum, Ipsaque imago sibi, formam sine corpore servans. Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram, Nec pluviis dilapsa situ, nec diruta ventis. Quin etiam si quis mutilaverit advena formam, Protinus ex sese suggestu vulnera complet. Dicitur et vivens alio jam corpore sexus Munificos solito depungere sanguine menses.'

777 *Dividit huc illuc rapiens*] Pindar. Pyth. x. Καὶ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας.

779 *Aspice Ruth gentis Moabitidis*] D. Hieron. tom. II. p. 73. a.

780 *Illa socrum Noëmin fido comitatur amore*] Hieron. tom. I. p. 38. b. 'Noëmi, quæ nobis sonat παρακεκλημένη: quam interpretari possumus consolatam; marito et liberis peregre mortuis, pudicitiam reportavit in patriam: et hoc sustentata viatico, nurum Moabitidem tenuit. Ut illud Esaiæ vaticinium compleretur: 'Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filiæ Sion.'' Ambros. lib. de viduis p. 18. b. Rursus D. Hieron. tom. IV. p. 141. b. de nominib. Hebraic. 'Booz in fortitudine. Noëmi, pulchra. Orpha, cervix ejus. Ruth, videns, vel festinans, sive deficiens.'

787 *Fulchra Booz meruit*] 'Ad declarandam Dei potentiam; quod ei facile sit, ad dignitatis culmen evehere, quoscumque voluerit:' ut inquit Bergomensis ad hanc historiam lib. IV. Chron. p. 71. a.

790 *Geminos fratres ad hiulcum Pervenisse simul bivium*] Hesiod. lib. I. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Virg. in litera Pythagoræ. Silius Italic. lib. I. Basil. M. p. 227. Max. Tyr. dissert. IV.

810 *Illiciunt altas fallentia grana*] Plaut. Asinar. 'Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum: Aves assuescunt. necesse est facere sumtum, qui quærit lucrum. Sæpe edunt: semel si sunt captæ, rem solvunt aucupi.' Ambros. lib. de Helia et jejunio c. 8. 'Per escam laqueus non cavetur: in esca hamus latet, et cibus deducit in foveam: cibus inducit in retia: cibus visco etiam aves illigat: cibus volantes deponit ad mortem.'

823 *Multas viscosus inescat Pastus*] Ambros. lib. de bono mortis cap. 5. 'Dum aurum petimus, strangulamur: dum argentum quærimus, in visco ejus hæremus: dum prædium invadimus, alligamur. Quin etiam mulieris decus dum tentat, astringit. Clavus est libido; clavus tristitia; clavus iracundia; clavi sunt omnes passiones, quæ velut veru quodam animam nostram penetrant, et infigunt corpori, visceribusque ejus annectunt.' Confer D. Bernard. in Meditat. c. 14. p. 1061.

840 *Regionibus in paradisi*] Vide Bernhard. Serm. III. Dominica Læt. Alcim. Avit. II. 30. et de festo rogat. sub finem.

863 *Flammarumque apices*] Alcim. Avit. III. 286.

871 *Fenestras*] Ambros. lib. de Noë et Arca, cap. 17.

884 *Pereunt sub nocte colores*] Non dispari schemate Ovid. de Arte I. 249. 'Nocte latent mendæ, vitioque ignoscitur omni; Horaque formosam quamlibet illa facit.'

908 *Ignem animæ*] Comment. Terent. Adelph. III. 2. p. 497.

IN PSYCHOMACHIAM.

Psychomachia] Justin. Martyr nominat θυμομαχίαν, Epist. ad Zenam et Serenum: τὸ τῆς θυμομαχίας εἶδος εἰς ἑαυτὸν καταντᾷν εἴωθεν.

PRÆF. 1 *Senex fidelis, prima credendi via est*] Genes. xv. 6. Roman. iv. 3. Jacobi ii. 21. et seq. Galat. iii. 6. Ibid. vs. 9. vocatur πιστός. Et vs. 7. οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ. Cyprian. ad Quirin. iii. 15. et Serm. iv. de mortalit. pag. 210.

2 *Beati seminis pater*] Gen. xvii. 18. et 21.

4 *Abraham parenti*] Philo περὶ τῶν μετονομαζ. f. 21. et seqq. et lib. περὶ Ἀβραάμ. et lib. De Gigantib. sub finem. Tractat. adv. Judæos de Sina et Sion inter Cypriani opera f. 347.

5 *Pignus qui dicavit victimæ*] Gen. xxii. Macar. Homil. xxxvii. Augnst. tom. x. de temp. Serm. 68. Isidor. Pelus. Ep. iv. 178. Basil. Seleuc. orat. vii. et viii. Chrysost. in 2 Cor. ii. Hom. iii. et 1 Cor. xv. Homil. xli. Cyprian. Ep. iv. 6. Tertul. l. de de patientia. Ambr. l. de Cain et Abel c. 8. Philo l. 'Quod Deus sit immutabilis,' initio Joh. Saresber. ii. 26. 'Quod autem consilii et voluntatis Dei signum certius est, præceptione aut prohibitione divina? Annon recte videbitur velle, quod præcipit? Plane Patriarcham præcepit unigenitum promissionis filium immolare. Rectene Patriarcha mandanti acquievit? Recte quidem per omnia, eo quod mandatum voluntatis, quæ prima omnium causa est, et nunquam suo fraudatur effectu, certissimum indicium sit. Adeo quidem prima est, ut si quæratur de aliquo, cur ita sit, rectissime dicatur, quoniam ille sic voluit, qui omnia quæcunque voluit, fecit. Si vero, cur voluerit, inquiratur, inepta quæstio est; quoniam primæ causæ, voluntatis scilicet, quæritur causa, cujus nulla est omnino causa.'

7 *Quod dulce cordi, Deo libenter offerendum*] Cyprian. Serm. iv. de mortalit. 'Sic Abraham Deo placuit, qui, ut Deo placeret, nec amittere filium timuit, nec gerere parricidium recusavit. Qui filium non potes lege et sorte mortalitatis amittere, quid faceres, si filium juhereris occidere? Ad omnia te facere paratum timor Dei et fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de liberis, de uxore, de excedentibus charis funebris et tristis avulsio, non sint tibi offendicula ista, sed prælia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem,' &c. Lactant. divin. institut. epit. c. 2. 'Hoc sacrificium verum est, quod ex corde profertur: non quod manu, sed quod mente libatur. Hæc acceptabilis victima est, quam de seipso animus immolat.' Vide ibid. c. 9. et lib. vi. de vero cultu c. 25.

10 *Suumque suasor exemplum dedit*] Abraham pugnavit cum prophanis gentibus, capturaque Lothum liberavit. Οὕτω ἡ πιστὴ ψυχὴ τὸ χάρισμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λαμβάνειν καταξιοῦται, μετὰ πολλοῦ ἀγῶνος, καὶ ὑπομονῆς πολλῆς, καὶ μακροθυμίας, καὶ πειρασμῶν, καὶ δοκιμασιῶν, τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως διὰ πασῶν θλίψεων δοκιμαζομένης. Macar. homil. ix. Καὶ οὕτως παραμένων καὶ ἐπικαλούμενος τὸν κύριον ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ καὶ ὑπομονῇ πολλῇ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἐνδεχόμενος, τυχεῖν ἐκεῖθεν τῆς ἔνδοθεν λυτρώσεως τῶν δεσμῶν, καὶ τριχῶν, καὶ φραγμῶν, καὶ σκότους πνευμάτων πονηρίας, ἅπερ εἰσὶν αἱ τῶν κρυπτῶν παθῶν ἐνέργειαι· οὗτος δὲ ὁ πόλεμος διὰ χάριτος καὶ δυνάμεως θεοῦ καταργεῖσθαι δύναται· δι' ἑαυτοῦ γάρ τις ῥύσασθαι ἑαυτὸν τῆς ἐναντιότητος, καὶ πλάνης τῶν λογισμῶν καὶ παθῶν ἀοράτων, καὶ μηχανῶν τοῦ πονηροῦ ἀδυνατεῖ, &c. Idem Homil. xxi. pag. 298.

11 *Prolem, matre virtute editam*] H. e. Animi tranquillitatem et lætitiam: qua qui potiuntur, de iis ait vates regius Psal. xxxv. 'Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos.' Ubi Hieronymus: 'Inebriabuntur filii hominum, i. e. filii Christi, quia ipse filius

hominis est: et sancti filii hominum. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, a pinguedine gratiæ Spiritus Sancti. Domus tuæ, sanctæ Ecclesiæ. Vel inebriabuntur, ut, oblitis flagitiis, virtutibus copulentur. Ubertas domus tuæ, intellectus dogmatum Ecclesiasticorum: torrens voluptatis Dei, Spiritus Sanctus est; qui irrigat omnem animam spiritualibus fluentis, ut fructum exhibeat sanctitatis.' Vide Philon. lib. Quod deterior potiori insidietur.

18 *Quam strage multa*] 'Facilius cujuslibet arboris noxia latitudo ac proceritas exarescit, si antea radices ejus, quibus innititur, vel nudatæ fuerint vel succisæ. Et infestantes humores aquarum continuo siccabuntur, cum generator eorum fons ac profluentes venæ solerti industria fuerint obturatæ.' Vincent. Spec. xx. 53. 'Ita vitiorum peste profligata atque repulsa, virtus sua profert vexilla et pandit pomœria.' Igitur, ait ibid. Vincent. c. 56. 'Unusquisque vitium, quo maxime infestatur, explorans, adversus illud arripiat principale certamen; indesinentes quoque orationem fletus ad Deum fundens. Impossibile est enim de qualibet passione triumphum quempiam promereri, priusquam intellexerit, industria vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse, cum tamen, ut valeat emundari, necesse sit die noctuque eum in omni cura et sollicitudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutum, rursus latebras sui cordis perlustret, et excipiat sibi quam inter reliquas invenerit diriorem; atque adversus eam specialius omnia Spiritus arma commoveat: et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam, quia et mens triumphorum processu redditur fortior; et infirmorum pugna succedens promptiorem ei faciet proventum præliorem.'

14 *Portenta cordis*] 'Plura sunt vitia, quam virtutes. Numerosior est enim carnalium passionum populus de septenario fomite vitiorum procedens. Fortior enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia spiritualium virtutum; quæ non nisi summa contritionum cordis et corporis acquiruntur. Atque ut jugiter teneantur, necesse est, eas semper illa, qua acquisitæ sunt, sedulitate atque industria custodiri. Ideo Salomon eleganter mentis incuriam domati comparavit, tectoque neglecto; per quod primo quidem veluti minutissima quædam penetrant ad animum stillicidia passionum. Quæ si velut parva et levia negligantur, corrumpunt tigna virtutum, et post hæc influunt imbre largissimo vitiorum.' Vincent. ibid. c. 56. et 68.

15 *Reges ceperant Loth*] Genes. xiv. Ambros. de Abraham. ii. 7.

22 *Armat trecentos*] P. Greg. Tholosan De Repub. ii. c. 3. n. 3.

26 *Quin ipse ferrum stringit*] Genes. d. l. Hegesip. v. 16.

43 *Melchisedech*] Genes. xiv. Psal. cix. Heb. vii. D. Ambros. Ep. x. 82. et 84. et lib. de Abraham i. 3. et ii. 8. Pelarg. in Gen. c. xiv. p. 271. Philo l. ii. legis allegoriar. Suidas, et alii.

45 *Mox et triformis*] Genes. xviii. Ambros. Ep. x. 82. et l. de fide resurrect. c. 23.

47 *Et jam victam Sarra*] Philo περὶ τῶν μετονομαζ. fol. 24. Σάρα μετονομάζεται εἰς Σάῤῥαν. ἑρμηνεύεται Σάρα μὲν, ἀρχή μου· Σάῤῥα δὲ, ἄρχουσα. τὸ μὲν οὖν πρότερον, εἰδικῆς σύμβολον ἀρετῆς ἐστι· τὸ δὲ ὕστερον, γενικῆς. &c. vide ibid. f. 41. ubi Ἰσαὰκ exponitur ὁ συνώνυμος τῆς ἀρίστης τῶν εὐπαθειῶν χαρᾶς, γέλως, ὁ ἐνδιάθετος υἱὸς θεοῦ, τοῦ διδόντος αὐτὸν μείλιγμα καὶ εὐθυμίαν εἰρηνικωτάταις ψυχαῖς. Et fol. 1. ibid. Ἰσαὰκ εὐπαθειῶν ἀρίστη χαρά. Idem lib. περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε extremo, pag.

190. 'Ο γὰρ Σὴμ (inquit) ὡσανεὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας ὑποβέβληται, δένδρον δ' ἡμεροτοκοῦν ἐκ ταύτης ὁ σοφὸς Ἀβραὰμ ἀνέδραμεν, οὗ τὸ αὐτήκοον καὶ αὐτομαθὲς γένος Ἰσαὰκ ὁ κάρπος ἦν, ἀφ' οὗ πάλιν αἱ διὰ πόνων ἀρεταὶ καταστείρονται, ὧν ἀθλητὴς ἐστιν, ὁ τὴν πρὸς πάθη πάλην γεγυμνασμένος Ἰακὼβ, ἀγγέλοις ἀλείπταις λόγοις χρώμενος· οὗτος τῶν δώδεκα κατάρχει φυλῶν, ὡς οἱ χρησμοὶ βασίλειον καὶ ἱεράτευμα θεοῦ φασιν εἶναι. D. Hæschel. in Notis ibid. fol. 212.

In alvo fertilis] Cyprian. lib. I. adv. Judæos p. 265. §20. 'Quod Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot synagoga antea habuisset, &c. Sic et Abrahæ, cum de ancilla natus esset prior filius, Sarra sterilis diu mansit, et sero in senecta de pollicitatione peperit filium Isaac, qui fuit typus Christi.' Ambros. de Abraham. I. 7.

52 *Vigilandum in armis pectorum fidelium*] Teste enim Prospero; 'Nunquam bella piis, nunquam certamina desunt: Et, quocum certet, mens pia semper habet.' Quod Reusnerus ὁ μακαρίτης ita vertit: *Οὔποτε τοὺς ἀγαθοὺς ἀπολείπει μόχθος ἀγών τε, Αἰὲν ἀγωνιστὴν εὐσεβὲς ἦτορ ἔχει.* Præclare equidem Bas. Seleuc. orat. VIII. in Joseph. Οὐ γὰρ τοσαῦται κινδύνων ἐπαναστάσεις πολιορκοῦσι τοὺς πλέοντας, ὡς αἱ τοῦ βίου περιστάσεις περιαντλοῦσι τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐμπορίαν ἀνύοντας. τίς γὰρ τῶν δικαίων τὸν τῇδε πλοῦν διὰ γαλήνης παρέπλευσε; Integram perlege Orat. vel, ut Isidor. Pelus. scribit Ep. I. 4. et IV. 195 Πέπεισο, στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προκεῖσθαι ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις οὐκ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν, &c. A quib. non discordant, quæ extant lib. II. epist. 24. δῆλον μὲν γὰρ, ὅτι τῶν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος· τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ὁ μέλλων. Vide Epist. III. 60.

57 *Si quid trecenti*] Caspar Barthius, indefessi ingenii et lectionis plurimæ juvenis, acutissimum hoc ænigma l. 1. Ablegm. Crit. c. 5. ita explicat. Pro *possint*, legendum ait, *prosint*. Trecenti autem aliud nihil nisi crucem Dominicam designant, illi inclusi literæ sive elemento Græcanico *tau*, quoi eum numerum exprimere Magistri linguæ dederunt. Jam sciendum est, quid prosint illi trecenti, h. e. crux Dominica, Gratiæ divinæ et æternæ salutis ostium, quam 'vexillum pietatis' vocat ad Asellam D. Hieronymus, quam 'lignum vitæ' eleganti carmine celebravit D. Cyprian. 'tropæum gloriæ' Venantius Fortunatus, quam 'omnium nostrorum salutem' noster Prudentius in Romano vocat. Porro solentes Christiani scriptores *tau* Græcum crucem suam nuncupare, et ab illa litera lignum sanctum censere consuevere. Tertul. lib. III. in Marcionem: 'Ipsa est enim litera Græcorum tau; nostra autem T species crucis.' D. Paulinus: 'Christus non multitudine nec virtute legionum, sed jamnunc in sacramento crucis, cujus figura per literam Græcam tau numero trecentorum exprimitur, adversarios principes debellavit.' Quo loco proculdubio Prudentium adspexit D. Paulinus. Et hoc quidem modo quid per 'trecentos' Aurelius Clemens velit significatum, liquidum est. Sequitur, ut, quid per 'bis novena' intelligendum, apparere faciamus. Notissimum est Θ literam mortiferum signum Prætoris, ut Martialis loquitur, esse; quia scil. inauspicatum mortis vocabulum *θάνατος* ab ea incipiat. Jam ne pueris quidem incognitum, idem elementum Græcis novenarium numerum exprimere. Per duo itaque theta, sive novenarios indices, duas mortes, et quidem eorum, qui cum tau suspenso Domino obierunt, circumloquitur Poëta. Sunt autem ii latrones comites meriti, immeritissimæ Christo Salvatori necis. Horum latronum nobis cognitio et consideratio magnopere

prodest; ut scil. peccaminum nostrorum identidem, et quidem crebro (sunt enim gemini) recordemur, et simul cum Christi passione gratiæ ministra merentia scelera æternas pœnas ob oculos habeamus. Ne ita facile intuitu suppliciorum indulgeamus dehinc naturæ corruptæ vitia quasi manu facta, nostræ certe arbitrationis. Duorum vero consideratio eo etiam ducere potest, exindeque prodesse, quod duplicem mortem facinora incurrant, mortalem alteram, quam is latro obiit, qui conversus cum Domino paradisum eadem vespera ingressus est; alteram æternis cruciatibus trahendam, cujus vermis nunquam intermoriturus, cujus ignis nunquam exstinguendus est; quam oppetiit nequissimus mortalium, qui sceleribus patratis pœnitentiæ de loco eo scurrilia et impia dicta adjecit, in ipso patibulo in seipsum crudelior, quam in hospites olim ferro liber fuerat. Hæc Barthius noster.

58 *Figura noverimus mystica*] Foliis Sibyllæ obscurius hoc est, et numeris Pythagoricis abstrusius, quod fere nemo est qui promat, et se Œdipum exhibeat; nisi Johan. Drusius lib. II. quæst. et Respons. cujus verba: 'Vir eruditus,' inquit, 'qui Prudentium Commentario recens illustravit, hic Œdipum aliquem desiderat. Nihil opus Œdipo; ego Davus, si ullum est, ænigma solvam, quod facile intellectu est, si sciamus Tau literam referre figuram Crucis. Nam eadem in numeris notat CCC. Isidorus de Etymologiis: Inter mysticas literas tertia est Tau, figuram demonstrans Dominicæ Crucis. Hieronymus in Commentariis Ezech. IX. 4. antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema litera Tau crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, et frequenti manus inscriptione signatur. Quod voles, magis clarescet ex glossa ordinaria; in qua Gen. XIV. loco, ubi hanc historiam sensu allegorico illustrat, ita legimus: Quisque pro anima sua contra spirituales nequitias bellum gerat, cum trecentis decem et octo vernaculis, i. e. cum auxilio sanctæ Crucis. Tau enim litera, quæ habet figuram Crucis, CCC. exprimit. Superest difficultas, quam affert numerus auctior, qua me nullus extrico; si hoc non est, quod suspicor; quia apud Hebræos Tau littera scribitur binis consonantibus, videlicet Th et V, quarum posterior valet sex, existimasse veteres, sicut in Tau ter iteratur centum, sic in Vau ter repeti debere sex. Est autem ternus numerus inter mysticos. Ita emergunt trecenti terque seni vernuli. Ceterum ut nolim hoc posterius pro certo affirmare; ita prius illud, nempe in mente habuisse Prudentium, cum hos versus scriberet, memoratam allegoriam, tam certum habeo, quam quod maxime.' Hactenus doctissimus Drusius. Johan. Heidfeld. in Sphinge Philosoph. c. 31.

60 *Parente*] Cyprian. in Symb. exposit. 'Quomodo sane Deus Pater genuerit filium, nolo discutias; ne te furiosus inseras in profundi hujus arcanum.' Vide ibid. plura, et serm. de nativit. Christi. Ambros. lib. I. de fide: 'Mihi impossibile est generationis scire secretum; mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed etiam Angelorum.' Egregia hanc in rem adfert Basil. M. homil. in sanctam Christi γέννησιν, p. 231. Apoth. vs. 5. et 334. Euphron. Presbyter in exposit. Symb. Athanas. 'Deus Pater Deum Filium genuit non voluntate neque necessitate, sed natura. Nec quæratur, Quomodo genitus sit; quod Angeli nesciunt, Prophetis est incognitum. Unde eximius Propheta Esaias dicit, Generationem ejus quis enarrabit? Ac si diceret; Angelorum nemo, Prophetarum nullus. Nec inenarrabilis et inæstimabilis

Deus a servulis suis discutiendus est, sed fideliter credendus, et pariter diligendus.

5 Psychom. *Dissere Rex noster*] Sine Dei enim Numine, nihil est in homine. Pulcher est in hanc sententiam Luciani Senarius, Antholog. I. Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὔ τις εὐτυχεῖ βροτός. Nec male Eurip. in Supplic. Ἡ 'ρετὴ δ' οὐδὲν φέρει Βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχει. Et rectissime Nestor apud Homerum: Εὔχεσθαι. πάντες δὲ θεοῦ χατέουσ' ἄνθρωποι.

7 *Exoritur quoties turbatis sensibus intus seditio*] Præclare Πλατωνίζων Philo lib. περὶ ὀνείρων: Τοιοῦτος μὲν δὴ κύκλος εἰλεῖται περὶ τὴν πολύτροπον ψυχὴν ἀϊδίου πολέμου. καθαιρεθέντος γὰρ ἑνὸς ἐχθροῦ, φύεται πάντως δυνατώτερος ἕτερος, ὕδρας τῆς πολυκεφάλου τὸν τρόπον. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνης φασὶν, ἀντὶ τῆς ἐκτμηθείσης κεφαλῆς ἀναβλαστάνειν ἄλλην· αἰνιττόμενοι τὸ πολύμορφον καὶ πολύγονον τῆς ἀθανάτου κακίας δυσάλωτον γένος. A cujus mente Chrysostomus longe non abit; dum inquit: Ὁ τῶν παθῶν ἡνίοχος οὐχ ἅπαξ καθυποτάξας ἐᾷ. ἀεὶ γὰρ ὁ πόλεμος οὗτος ἵσταται ἐφ' ὅσον ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Quod Cyprianus ita exsinuat Serm. I. de mortalitate fol. 207. 'Cæterum quid aliud in mundo, quam pugna adversus Diabolum quotidie geritur? quam adversus jacula ejus et tela conflictationibus assiduis dimicatur? Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est,' &c. Confer D. Bernard. in lib. de ordine vitæ p. 1128.

9 *Pro libertate tuenda*] Libertas alioqui res inæstimabilis, § ult. qui et ex quib. caus. man. non po. l. CVI. Radulph. Forner. rer. quotidian. IV. 13. 'Omnesque profecto liberi lubentius sumus, quam servimus.' Plaut. Captiv. Unde concinne Guntherus VIII. 81. 'Sunt, quibus extrema pro libertate tuenda Dulce sit, intrepide mortem promittere voto, Esuriem, cælumque pati, bellique labores, Dummodo pro patriæ sint hæc toleranda salute.' Ita apud Mantuanum Homerum Æn. VIII. 'Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.' Numquid ergo fœdum non erit, ταῖς τῶν παθῶν τρικυμίαις ἐνδιδόναι, ut Theodoret. loquitur, affectuum decumanis cedere fluctibus, vitiorum procellis abripi, et Licentiæ æstu absorberi? Affectuum, inquam, et vitiorum: ἅπερ εἰ τῆς ἐν ἡμῖν ῥώμης κρατήσειεν, οὐ μέχρι τοῦ σώματος ἱστᾶσι τὸν κίνδυνον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ψυχῇ τὸν θάνατον φέρουσιν. Isidor. Pelus. Ep. IV. 195.

10 *Furiis inter præcordia mixtis*] 'Animus, quia tenuis est et invisibilis, cum iis congreditur hostibus, qui videri tangique non possunt. Qui sunt autem hostes animi, nisi cupiditates, vitia, peccata? quæ si vicerit virtus ac fugaverit, immaculatus erit animus et purus.' Lactant. III. 12. 'Tres autem sunt adfectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt; ira, cupiditas, libido. Propterea poëtæ tres Furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitent; ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates,' &c. Idem VI. 21. Cæterum hodie septem tantum principalia numerantur Vitia. at Veteres octo. Cassian. in Biblioth. Photii pag. 266. D. Bernard. lib. de ordine Vitæ p. 1128. Theodulphus Aurelianens. epist. ad Clerum: 'Octo sunt principalia vitia, sine quibus vix ullus inveniri potest. est enim gastrimargia, h. e. ingluvies; secundo fornicatio; tertio accidia sive tristitia; quarto avaritia; quinto vana gloria; sexto invidia; septimo ira; octavo superbia.' Pluribus hoc ostendit Goldastus, ille Germaniæ carbunculus, ad Columban. p. 108.

11 *Nec enim Magnarum virtutum inopes*] Vide Cyprian. de exhortat. Martyrii, cap. 8.

21 *Dubia sub sorte duelli*] Senecæ hæc stabiliuntur calculo, Thebaide, vs. 629. 'Fortuna belli semper anci-

piti in loco est.' Et Virg. Georg. II. 'Dubius Mars errat in armis.' Et Æschyli in ἕπτα Θήβ. Ἔργον δ' ἐν κύβοις ἄρης κρινεῖ. Notus est Homeri quoque versiculus Iliad. VI. Ξυνὸς ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα. Qui Ciceroni in oculis fuit, pro Milone: 'Incerti exitus pugnarum, et Mars communis: qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit et perculit ab abjecto.' Hegesippus ergo non immerito exclamat v. 30. 'O varia atque incerta, velut bellorum quædam alea! quæ sicut jactu quodam, ita casu potius, quam virtute, plerumque inopinatis ludit eventibus, sufficiens novos exitus. Namque et hic jactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarum telorumque plurium, lapidum quoque, quibus sæpe victor sternitur alieno vulnere. Et dum aliena spolia rapit, ipse despoliatur,' &c. V. N. Pont. III. 6. vs. 31.

21 *Petit campum*] Virg. Georg. III. 'Purior electro campum petit amnis.

23 *Nuda humeros*] Ita depingitur Fidei habitus; sat graphice. Appellatur, 'Agresti turbida cultu,' forte, quia simplex et aperta: aut quæ vix fuerit e gentilium et paganorum erroribus ac sordibus eluctata. Nuda humeros; nec enim ei, ut Amori apud Theocritum, Idyll. XXI. νόος ἐμπεπόκασται, neque κεύθει νόῳ ἄλλο, ἄλλο δὲ λαλεῖ ἢ προφέρει. Intonsa comas; quia e vestigio non deficit, labascit, intersecatur et avolat; sed suis usa progressionib. quotidie augetur. Exerta lacertos; quia promta ad operandum. ἐὰν γὰρ ἡ πίστις μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. Jac. II. 17. Vide ib. vss. 14. 18. et seqq.

24 *Repentinus laudis calor nec telis meminit cingi*] Referes huc non inconcinne historiolam de Alberto Comite Tyrolensi, apud Gunther. VII. 667.

31 *Altior insurgens*] Virg. Æn. XI. 'Tum validam perque arma viro perque ossa securim, Altior insurgens, oranti et multa precanti Congeminat.'

36 *Quam mille coactam Martyribus*] Cypr. de duplici martyrio: et de laude martyrii.

39 *Floribus*] I. e. Martyres remunerat eo genere honoris, qui summus est. Hi flores autem mystico sensu hic sunt gemmæ virtutum, inf. vs. 911. Carol. Paschal. Coron. II. 15.

41 *Fulget in armis*] Virg. Æn. VI. 827. 'Paribus quas fulgere cernis in armis.'

Speciosis in armis] Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια. P. Silentiarius. vide Cyprian. de singularitate clericor. p. 408.

42 *Succincta faces*] Vocat Furiam, vss. 10. et 46. ideo, quia igni armatæ istæ ac facibus ardentibus, Libidini easdem assignat. Sophocles: κύπρις ἐστὶ λύσσα μανὰς, rabies furiosa.

54 *Semper prostrata jacebis*] Vox ea propria insultantis adversarii. Ita Achilles Lycaoni insultat jam interemto: Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς Αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες. Sed hæc protrita. Exempla aliquam multa suggeret Homerus, Cointus Smyrn. alii.

60 *Assyrium postquàm thalamum cervix Olopherni Cæsa*] Judith. c. 13. Saresberiensis VIII. 20. 'Sic Holofernes non virtute hostili, sed suis vitiis gladio mulieris occubuit; et qui viris formidabilis fuerat, luxuria, et ebrietate victus a fœmina interfectus est,' &c. Et paulo post: 'Ipsa vero, quæ luxuriari non venerat, fidei et fortitudinis suæ instrumento, usa est luxuria aliena. Et crudelitatem, quam semel sopivit blanditiis, in populi liberatione charitatis armis occidit. Percussit ergo Holofernem in cervicem et abscidit caput ejus, et tradidit illud ancillæ suæ, ut poneretur in peram reportandum in urbem, quæ salutem fuerat consecuta in manu fœminæ.' Isidor. Pelus. Epist. I. 87. August. tom. X. de tem-

pore Serm. CCXXVIII. CCXXIX. Ambros. offic. III. 13. et lib. de Helia et jejunio c. 9. et lib. de viduis p. 18. b. et seq. D. Hier. tom. I. ad Eustoch.

76 *Inde omnis jam diva caro est*] Athanas. apud Theodoret. Dialog. 2. contra Hæret. 'Quia λόγος assumsit carnem, ideo ἐθεοποιήθη ὁ ἄνθρωπος.'

81 *Sed miseros ad nobiliora trahente*] Basil. Selenc. Orat. in prophet. Elisæum et Sunamitidem: Καὶ ἡ ζωὴ τὸ νεκρὸν ἐφόρεσεν ἔνδυμα, ἵνα εἰς τὴν ἰδίαν ἀφθαρσίαν μεταβάλῃ τὴν νέκρωσιν. κατελθούσης δὲ τῆς θεότητος εἰς τὸ σῶμα, ὅλα τὰ μέλη λοιπὸν ἡγιάζετο, καὶ πρὸς τὴν ἀμείνονα κατεβάλλετο χρῆσιν, &c. Vide Jobium apud Photium p. 306.

82 *Ille manet, quod semper erat; quod non erat esse Incipiens*] Juxta illud: 'Sum, quod eram; nec eram, quod sum; nunc dicor utrumque.' Nazian. Orat. II. in S. lavac. 'Dei filius hominis filius et fieri et vocari sustinet; non immutans, quod erat; sed assumens, quod non erat.' Basil. Seleuc. Orat. in Moysem, in illud Phil. II. 'Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, inquit: λαβὼν δι' ἡμῶν, οὐ γενόμενος καθ' ἡμᾶς. μεμένηκε γὰρ ὃ ἦν, λαβὼν ὃ οὐκ ἦν. Τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· δηλονότι, ὃ οὐκ ἦν ἐγένετο, μείνας ὅπερ ἦν. August. tom. X. de tempore Serm. V. 'Accedens ad nos per id, quod assumsit ex nostro; et liberans nos per id, quod mansit in suo.' Vide ibid. Serm. XII. &c.

87 *Lutulenta libido*] Οὐ γὰρ τῶν προπυλαίων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδύτων ἅπτεται ὁ μολυσμὸς, ut sic traham huc verba Isidori Pelus. Epist. IV. 122.

90 *Corpora commaculans*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 129.

Animas in tartara mergis] Nam blandientis libidinis virus occultum est, et arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar cujusdam veneni, ubi in lethales succos dulcedine aspersa, calliditate fallendi, sapore medicato, poculum videtur esse, quod sumitur: ubi epota res est, pernicies hausta grassatur.' Recte ergo atque eleganter Philo lib. περὶ νόμων ἀλληγορ. ὄντως γὰρ οὐδὲν οὕτως θάνατον ψυχῇ ἐπάγει, ὡς ἀμετρία τῶν ἡδονῶν. Imo, ut Synesius scribit Epist. CXLVI. ἐγὼ μὲν οὐ δι' ἄλλο τι τὰς Σειρῆνας ὑπὸ τῶν ποιητῶν βλασφημεῖσθαι, ἢ ὅτι τῷ μελιχρῷ τῆς φωνῆς ἀπόλλυον, προσαγόμεναι τὸν πιστεύσαντα. ἤκουσα δὲ τοῦ τῶν σοφῶν καὶ ἀλληγοροῦντος τὸν μῦθον. Σειρῆνας γὰρ αὐτὰς αἰνίττεσθαι τὰς ἀπολαυστικὰς ἡδονὰς, αἳ τοὺς εἴξαντας καὶ καταγοητευθέντας αὐτῶν τῷ προσηνεῖ μετὰ μικρὸν ἀπολλύουσι. Vide eundem Epist. XXXII.

96 *Furiarum maxima*] Sup. vs. 78.

107 *Catholico in templo*] Solebant milites, confecto bello, quæ gesserant, aut hostibus abstulerant, arma ad Deos suspendere: contra Symmach. II. 61. Propert. l. II. 'Miles depositis annosus secubat armis, Et vetus in templo bellica parma vacat.' Homer. Iliad. VII. de Hectore, Ajacem interficere cupiente: Τεύχεα συλήσας οἴσω ποτὶ Ἴλιον ἱρὴν, Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο. Æn. XI. caeso Mezentio spolia Marti Gradivo dicari facit in trophæo Virg. 'Mezenti ducis exuvias tibi magne trophæum Bellipotens.'. Vide eundem VII. a vs. 177. usque ad vs. 190. Meurs. ad Lycoph. p. 257.

109 *Modestia*] Est enim innata quodammodo atque insita Fortunæ, quæ per aspera et calamitosa eluctatur, modestia. Nec aliam ob caussam bonis viris fortunam ejusmodi Deus plerumque immittit, nisi quia eorum modestiam hac quasi disciplina procurat. Vidit hoc Seneca, lib. Quare bonis viris: 'Cum videris bonos viros acceptosque Diis laborare, sudare, per arduum ascendere; malos autem lascivire et voluptatibus fluere; cogita, filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia.' Belle proinde modestiam, seu morum

moderationem, quam μετριοπάθειαν appellat Plutarchus, ἔκγονον ἀνεξικακίας esse dixit lib. De amore fraterno. Prudentius ergo hic accommodate. Et Lucianus ingeniose libro Imaginum, quam sit Fortunæ redeunti necessaria modestia, designatum ait a poëtis, cum fingerent Dædalum in patriam e carcere revolantem summis fluctibus, alis remigasse, easque subinde aqua inspersisse, ne ardenti Sole diffluerent. P. Roverius Notis in Paneg. ad Franciæ regem, charact. II. p. 131.

Modesta gravi stabat Patientia vultu] Tertulliani verba et Picturam Patientiæ huc nisi traxero, injurius ero. Ait ille scriptor, Patrum antiquissimus, lib. de Patientia: 'Age jam si et effigiem, habitumque ejus comprehendamus. Vultus illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla mœroris aut iræ rugositate contracta: remissa æque in lætum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate dejectis. Os taciturnitatis honore signatum. Color, qualis securis et innoxiis. Motus frequens capitis in Diabolum, et minax risus. Cæterum amictus circum pectora candidus, et corpori impressus; ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet in throno spiritus mitissimi et mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est teneræ serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Helias. Nam ubi Deus, ibidem et alumna ejus, Patientia scilicet. Cum ergo Spiritus Dei descendit, individua Patientia comitatur eum,' &c.

112 *Defixa oculis et lenta*] D. Ignatius victoriam post plagas magnanimi tantum esse, ait apud D. Maximum, de Patientia: μεγάλου ἀθλητοῦ ἐστι, δέρεσθαι καὶ νικᾷν: 'Magnanimi est athletæ, cædi et vincere.' Unde intelligere est, quid causæ fuerit, quod hic Autor Patientiam reparatæ Fortunæ parentem effingit. Quemadmodum enim defixi oculi, ita et lentitudo, magnanimi signum est Aristoteli: qui homini εὐθύμῳ sic præcipit in Physiognom. ἔν τε ταῖς κινήσεσιν βραδὺς ἔστω καὶ ἀνειμένος; 'In motibus tardus esto et lentus.' P. Rover. ibid. p. 140.

113 *Ira tumens*] Seneca de Ira I. 4. et III. 4. Heider. in libello de cohibenda Ira, thesi 90. et 91. Graphice Ovid. de Arte III. 'Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ: Lumina Gorgoneo sævius angue micant.'

Spumanti fervida rictu] Basilius M. homil. ἐν Λαϊκίζοις pag. 213. Ἡ γραφή σοι λέγει· οὐκ εὐσχήμων ἀνὴρ θυμώδης. πῶς ἀσχημονεῖ ὁ θυμώδης; ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον, θηρίου σχῆμα μεταλαμβάνει. ἐννόησον τὸν θυμούμενον. ἐπέζεσεν αὐτῷ ὁ θυμὸς, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑπηλλάγησαν. οὐκ εἰσὶν οἱ αὐτοὶ ὀφθαλμοί. πῦρ βλέπει, ἀνέδραμεν αὐτῷ τὸ αἷμα, περιέζεσε τὴν καρδίαν. ὑπερέδραμε τοὺς χιτῶνας τῶν ὀφθαλμῶν, ἐγένετο ὕφαιμος, ἐκχωρῶν τῷ πάθει. ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον τοὺς ὀδόντας παραθήγοντα, ἐνθυμήθητι ὅτι σῦν ἔοικεν ὁ τοιοῦτος, τὸν ἔνδοθε θυμὸν διὰ τῆς τῶν ὀδόντων παρατρίψεως ὑπεκφαίνων. ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον ἀφρίζοντα, ἐὰν ἴδῃς ἄσημα φθεγγόμενον ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον πατρὸς μὲν ἐπιλανθανόμενον, παιδὸς δὲ ἀγνοοῦντα σῶμα, διὰ πάντων ἀφειδῶς χωροῦντα, ἵνα πληροφορήσῃ αὐτοῦ τὴν ὀργήν. βλέπεις τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πράγματος. Vide ejusdem homiliam κατὰ ὀργιζομένων. p. 66. et seqq. Commentar. Terentian. ad Adelph. III. 2. Chrysost. in Matth. Homil. IV. XVI. XX. XXXIX. LII. et alibi.

114 *Sanguinea intorquens lumina*] Ob oculos habuit hunc locum Galterus Alexand. V. 222. 'Comes indivisa Furoris Præcipites fert Ira gradus, et fellea torquens Lumina, contemnit humiles Rationis habenas, Impatiensque moræ, levis et male cuncta ministrans Impetus.'

Sanguinea intorquens lumina] Ardor

oculorum, signum iræ primarium est. Plaut. Menæch. 'Oculi scintillant.' Captiv. 'Ardent oculi.' Ovid. Met. III. 33. de Dracone: 'Igne micant oculi.' Et VIII. 284. 'Sanguine et igne micant oculi.' Virgil. 'Ardentes oculos suffecti sanguine et igne.' Lucr. III. 290. 'Quam fervescit, et ex oculis micat acribus ardor.' Cassiodorus igitur eleganter Var. VI. 9. 'Iracundus luminum fervore declaratur.' V. N. Trist. IV. 2. vs. 31. Hœschel. ad Horapoll. II. 101.

117 *Hirsutas quatiens cristas*] Quicquid hirsutum galeæ impositum erat, faciebat ad hostium terrorem. Videas passim in nummis veteribus, in capitibus exuvias caprarum, arietum, elephantorum, &c. Virg. Æn. VII. 'Fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habet capiti.' Galeas autem ex diversorum animalium pellibus fuisse confectas, probat in Conjectaneis suis ad Varronem ingeniosissimus Joseph. Scaliger. Godschalc. Stewech. ad Veget. II. 16. Vide Lips. de Milit. Rom. Dial. III. 1. Casaubon. ad lib. I. Sueton. p. 22.

120 *Quia turpe tibi, genuisse dolorem*] Tertull. lib. de patientia.

121 *Sequitur convitia*] Salvian. lib. III. de gubernat. Dei: 'Prima semper irarum tela maledicta sunt, et, quicquid non possumus imbecilli, optamus irati: ac sic in omni animorum indignantium motu votis malis pro armis utimur.'

124 *Sed resilit duro loricæ excussa repulsu*] Seneca de Ira III. 5. 'Ut tela a duro resiliunt, cum dolore cædentis solida feriuntur; ita nulla magnum animum injuria ad sensum sui abducit, fragilior eo, quod petit. Quanto pulchrius, velut nulli penetrabilem telo, omnes injurias, contumeliasque respuere! Ultio, doloris confessio est,' &c.

134 *Lassaverat irrita dextram*] Habet enim ira non solidum robur, sed tantum tumorem, violentisque principiis utitur: non aliter, quam qui a terra venti surgunt, et fluminibus, paludibusque excepti, sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde desinit ante tempus fatigata.' Seneca de Ira I. 16. 'Primi ejus ictus acres sunt, sicut serpentium venena a cubili repentium nocent: innoxii dentes sunt, cum illos frequens morsus exhausit.' Ibid.

135 *Cum ventosa levi*] Vide Senecam ibidem: 'Omnes quos vecors ira animus,' &c.

157 *Lex habet istud Nostra genus belli tolerando*] Josephus: Οὐδὲν οὕτω τὰς πληγὰς ἀναστέλλει, ὡς τὸ φέρειν. καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον, τοῖς ἀδικοῦσι γίνεται διατροπή: 'Nihil plagas tam reprimit, quam eas ferre: et injuriam-accipientium patientia quieta, injuriam-facientibus pudorem adfert.' Menander itaque, apud Stobæum, eum inquit optimum esse, qui plurimum ἀδικεῖσθαι possit sufferre. Quare Lacedæmonii, si quando vota facerent, hoc inprimis a Diis precari solebant, ut injurias perpeti et sustinere possent. Chrysost. venuste ac scite Homil. XXXIII. in 1 Corinth. XIII. Καὶ γὰρ ὅπλον ἐστὶν ἄμαχον ἡ μακροθυμία, καὶ πύργος τις ἀῤῥαγὴς, πάντα διακρουομένη ῥᾳδίως τὰ λυπηρά. καὶ καθάπερ εἰς ἄβυσσον σπινθὴρ ἐμπεσὼν, ἐκείνην μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν, αὐτὸς δὲ ἐσβέσθη ῥᾳδίως· οὕτως εἰς μακρόθυμον ψυχὴν ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ τῶν ἀδοκήτων, τοῦτο μὲν ἀφανίζεται ῥᾳδίως, ἐκείνην δὲ οὐ ταράττει. καὶ γὰρ πάντων στεῤῥότερον μακροθυμία, &c. Et mox: Οὗτος δὲ ὥσπερ ἐν λιμένι καθήμενος βαθείας ἀπολαύει γαλήνης. κἂν ζημίᾳ περιβάλῃς, οὐκ ἐκίνησας τὴν πέτραν· κἂν ὕβριν ἐπαγάγῃς, οὐκ ἔσεισας τὸ πύργον. κἂν πληγὰς προστρίψῃς τὸν ἀδάμαντα, &c.

160 *Ipsa sibi est hostis vesania*] 'Videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alii nimio fervore rupere venas, et sanguinem supra vires elatus clamor egessit, et luminum suffudit aciem, in oculos vehementius hu-

mor egestas, et in morbos ægri recidere. Nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuaverunt iræ furorem; nec, quam expulerant, mentem unquam receperunt. Ajacem in mortem egit furor, in furorem ira.' Seneca de Ira II. 36. Dominus Præcept. Heidor. in lib. de ira.

161 *Merituque suis ira ignea telis*] H. e. quod Aquila dicebat, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ πτεροῖς ἁλίσκεσθαι. 'Hocque habet proprium furor, in se ipse sævit.' Seneca Herc. Fur. vs. 2000. cui succinit λογιώτατος τοῦ Ὁμήρου μαθητὴς ὁ Θέογνις: Οὐδὲν Κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα Πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη. Nec dissentit Euripides, dum inquit: Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν Ἥ τ' ἀσυνεσία, δύο κακὼ τοῖς χρωμένοις. Nimirum iræ, quod ventis, accidit; de quibus Seneca disertissimus nat. quæst. VII. 9. 'Nulla,' inquit, 'tempestas magna perdurat. Procellæ quanto plus habent virium, tanto minus temporis. Venti, cum ad summum venerunt, remittuntur omni violentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant.' Ita βίᾳ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ. Pindar. Pyth. VIII. Hercules ob nimiam bilem sacro morbo fuit obnoxius. P. Crinit. De Sylla dubitat Valer. Max. IX. 3. 'Ipsene prior, an iracundia Syllæ sit extincta. Cum enim irritatus esset a Granio, animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum evomuit.' Bona igitur Isidori Pelusiotæ admonitio est Ep. I. 260. χαλινὸν ταύτῃ θᾶττον τὸν θυμὸν, μή σε κατακρημνίσας εἰς ὄλεθρον ἄγῃ: 'Fac frenum igitur iracundiæ quam ocyssime injicias, ne in exitium te præcipitem agat.'

166 *Proximus Iob Hæserat invictæ*] Vide eleganter de Jobi patientia disserentem Tertull. lib. de patient. Et lib. de fuga in persecut. August. tom. X. de tempore, Serm. CCXXIV. CCXXV. alibique Cypr. Serm. III. de bono patientiæ. Chrys. in 2 Cor. I. Homil. 1. et 1 Cor. XV. Homil. XLI. Item in Matt. homil. XXXIV. p. 330. et 331. et Homil. XXV. p. 251. et Homil. XIII. p. 123.

167 *Sudata recensens Millia pugnarum*] Verissime enim Eurip. Œneo: Τῷ δυστυχοῦντί πως Τερπνὸν, τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν. Quo respiciunt quoque isthæc Isidori Pelus. Epist. IV. 110. Οἱ μὲν γὰρ βοῶντες καὶ πρὸς τοὺς πέλας τὸ πάθος ἐκφέροντες οὐ μικρὰν λαμβάνουσι τοῦ πάθους παραμύθειαν. κουφίζεται γὰρ τρόπον τινὰ τῇ διηγήσει τὰ πάθη. Vide Saresber. VIII. 10. pag. 495.

169 *Illum Diva jubet tandem requiescere*] Jacob. V. 'Contrariis rebus plerunque medicina succedit. Nam dum calor vitalis adhibitus fuerit, frigus pestiferum tunc recedit. Nubila ipsa ventorum spiratione terguntur, et Aquilo faciem cæli tranquillam reddit, quam australis aura turbaverit:' ut Cassiod. Var. Epist. VIII. 20. scriptum venuste reliquit. Et merito quis exosculetur vocem Hegesippi III. 24. 'Virtus vero patiens et secundis valescit, nec usque ad finem labitur in adversis.' Excipiatque nervo brachiali dictum Horat. Carm. II. 10. 'Informes hyemes reducit Juppiter; idem Summovet. non, si male nunc, et olim Sic erit.' Et quotusest-quisque, qui rerum omnium esse vicissitudinem ignoret? V. N. Trist. II. 35. et ad Theocrit. Idyll. IV. 41.

170 *Et perdita quæ sunt, Multiplicare opibus*] Prudentius hic non modo virtutes ceteras firmare, Patientiæ ait esse, vs. 177. sed fortunas quoque ejus ope restitutas in posterum constituere et constabilire. Sic enim de sancto Job patientiæ commilitone: 'Illum Diva jubet,' &c. Ita videlicet, qui cetera conterit, malleus æa durat; quæ ligna corrumpit aqua, quercum firmat: ita Sole gelu liquitur, Sal concrescit. 'Multum sibi adjicit,' inquit Latinus Philosophus

Epist. XIII. 'Virtus lacessita.' Multum et Fortuna, quæ firmior in posterum robustiorque efficitur. Præclare Tertullianus ad Martyres: 'Epistates vester Christus Jesus, qui vos spiritu unxit, et ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore conditione seponere, ut vires corroborarentur in vobis: nempe enim et athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent.' Ita fortunæ aliquando anferuntur, ut constantius reponantur. Ferrum, quo sæpius canduit, durius est: nec radices altas agit seges, nisi quam nix alta oppressit. P. Roverius Not. in Panegyr. pag. 145. quem vide et p. 151. et seqq.

174 *Omnibus una comes virtutibus associatur*] Rotunde hæc Cyprianus dilucidat et perspicue lib. sæpius nominato: 'Late patet patientiæ virtus, et ubertas ejus ac largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus venis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consummandam laudem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem. Patientia est, quæ nos Deo et commendat et servat: ipsa est, quæ iram temperat, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coërcet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet: tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in conjunctis et maritatis individuam charitatem: facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias et contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoscere; si ipse delinquas, diu et multum rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. Ipsa est, quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit; ipsa est, quæ incrementa spei sublimiter provehit; ipsa actum dirigit, ut tenere possimus viam Christi, dum per ejus tolerantiam gradimur: ipsa efficit, ut perseveremus filii Dei, dum patientiam patris imitamur,' &c. Dabo his succedanea Tertulliani verba, lib. de Patient. 'Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus. Si injuriam deposueris penes eum, ultor est. Si damnum, restitutor est. Si dolorem, medicus est. Si mortem, resuscitator est. Quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem!' Nec immerito enim. Omnia enim placita ejus tuetur: omnibus mandatis ejus intervenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exhomologesin assignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat: pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem invitat, servum Domino, Dominum Deo commendat, fœminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in juvene, suspicitur in sene in omni sexu, in omni ætate formosa est. Vis horum omnium quasi summum et compendium? En cape. Sine patientia aut nullum, aut rarum opus virtutis.' Saresber. III. 14. Colophonis loco libet hanc de patientia commentatiunculam obsignare Cypriani verbis Serm. IV. de mortalit. 'Ad omnia te facere paratum timor Dei et fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus charis funebris et tristis avulsio; non sint tibi offendicula ista, sed prælia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem; cum contemnenda sit omnis injuria malorum præsentium fiducia futurorum bonorum.'

179 *Effreni volitabat equo*] Equus

omnium superbissimum animalium. Unde quidem *ἱπποτυφία* in Proverbium abiit, pro ingenti fastu et nimia gloriæ affectatione. Gilbert. Cognat. in append. adag. 4. Ideoque, ut superbia satis exprimatur vivis depicta coloribus, fingitur effreni volitare equo.

188 *Turritum tortis caput accumulaverat Crinibus*] Tanta ornandi capitis onerositas, propria superbiæ nota et character. Nazianz. feminas comæ suggestum in altum educentes, turrificare crines dicit: *μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.* Tertull. lib. de cultu femin. 'Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adjicere posse pronunciatum est. Vos plane adjicitis ad pondus,' &c. Vide Just. Mart. Ep. ad Zenam et Serenum: Juven. Sat. VI. 491. Lips. de magnitud. Rom. IV. 7. Isidor. Pelus. Epist. I. 461.

Turritum] Græcum illud *πυργωτὸν* exprimit, turritum nempe verticem. Quippe hic est ille ornatus adscititius adjutor formæ, et comes incessus fastuosi, et cerviculæ tumidæ, qualem Synesius tribuit illi, quam vocat *πυργοφόρον καθάπερ Κυβέλην*, 'turritam sicuti Cybelen;' cui Virg. Romam assimilat, Æn. VI. 'Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.' Ergo in tam artifice, tamque sollicita capillorum structura merito habitare Superbia dicitur; quomodo tres Furiæ perhibentur serpentib. venenatis esse crinitæ. Lascivum hoc genus capillamenti et structuram comæ Dicæarchus vocat *λαμπάδιον*, credo ab similitudine flammæ, quæ sensim acuminatur, ut ait Pollux. Carol. Paschal. Coron. I. 5.

199 *Mens humilis regina quidem, sed egens alieni Auxilii*] Macarii verba locum sibi hic merito vendicant, hom. XLI. *Ἐὰν δέ τις μὴ ᾖ ἐν ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ, παραδίδοται οὗτος τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀπογυμνοῦται τῆς πρὸς αὐτὸν γενομένης θείας χάριτος, καὶ πειράζεται ἐν θλίψεσι πολλαῖς, καὶ τότε φανεροῦται αὐτοῦ ἡ οἴησις, ὅτι γυμνὸς καὶ ταλαίπωρος ὑπάρχει. ὀφείλει οὖν ὁ πλουτῶν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ἐν πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ συντριμμῷ καρδίας ὑπάρχειν, καὶ ὡς πτωχὸν καὶ μηδὲν ἔχοντα ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι· ἀλλότριον αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἄλλος ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ, ὅτε βούλεται, αἴρει αὐτό. ὁ οὕτως ταπεινῶν ἑαυτὸν ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, δύναται διαφυλάξαι τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην χάριν, καθώς φησιν, ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται*, &c. Vide D. Chrysost. super Acta Apost. Hom. XXX. p. 661. et Homil. XLVIII. in Matt. p. 499. et seq.

201 *Spem sibi collegam conjunxerat*] Ideo Spes Humilitatis collega; quia, si adflictus et *παθῶν τρικυμίαις* oppressus Deo se submittit, 'More nec indomiti frena recusat equi;' utique spei firmissima nitetur anchora, non, si nunc male, et olim sic fore. *Ὅταν δὲ ἔχῃ τις πάντοτε τὴν ἐλπίδα τοῦ θεοῦ, ὥσπερ λεπτύνεται καὶ ἐξυδαροῦται τὸ κακὸν*, teste Macario homil. XVI. *Ὀφείλει δὲ ἔχειν καθ' ἡμέραν τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν χαρὰν, καὶ τὴν προσδοκίαν τῆς μελλούσης βασιλείας, καὶ ἀπολυτρώσεως, καὶ λέγειν ἐὰν σήμερον οὐκ ἐλυτρώθην, αὔριον λυτροῦμαι*: ut loquitur idem Macar. hom. 26. e qua et seqq. adjunge de plantante vineam et domum ædificante. Vide quoque Homil. XIV. ejusdem.

Edita cujus Et suspensa ab humo est Opulentia regno] Cl. et erudit. M. Bergius esse *ἀνταπόδοσιν* censebat istius: 'Beati pauperes, quia regnum Dei possidebunt.' Vide Proverb. 'Semper agricola in novum annum dives.' Et, 'spes servat afflictos.' Itemque meas Notas Pont. I. 7. vs. 30.

205 *In vocem dictis se fundit amaris*] Chrys. Homil. XVII. in Ephes. v.

κραυγὴν appellat *ὄχημα οὖσαν τῆς ὀργῆς.* Ibid. *ἡ πικρία, καὶ ἡ κραυγὴ, καὶ πᾶσα κακία, καὶ βλασφημία, καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῦ θυμώδους ἐστίν.* V. N. ad Terent. prolog. Phorm.

206 *Non pudet, o miseri, plebeio milite*] 'Aut vires augendæ,' inquiebat Archidamus, 'aut minuenda audacia.' Impar congressus Achilli *οὐδὲν τι ἄλλο* reportat, *ἢ ἀδίκημα καὶ ὄνειδος*, quod Brenni est dictum apud Plutarch. 'In se spuit is, qui spuit adversus Olympum,' alicubi ait Scaliger. Itaque 'Contra Rhodanum ne stolide natare tentes: Contra Boream ne temere flare ruentem: Contra pelagi streperum clamare tumultum:' inquit idem. Et bonum est Salvatoris monitum Luc. xi. 21. quod vide.

212 *En, qui nostra suis in prædam cedere dextris Sceptra volunt*] Apposite et lepide Siren Arpinas pro P. Quint. 'Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est, injuria: acerbum est ab aliquo circumveniri: acerbius a propinquo. calamitosum est bonis everti: calamitosius cum dedecore. funestum est a forti atque honesto viro jugulari: funestius ab eo, cujus vox præconio quæstu prostitit. Indignum est a pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore atque humiliore: luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius inimico.'

219 *Rudibus dominamur in omnibus omnes*] Politianus ex Platone non dubitavit asserere, 'Non esse quenquam Regum, qui non sit e servis ortus; nec servum, cui non sint origo Reges: omnia enim ista tempus miscuit.' Audiatur vetus sapiens, Boëth. Met. iii. 6. 'Omne hominum genus in terris Simili surgit ab ortu: Unus enim rerum pater est, Unus cuncta ministrat,' &c. Astipulatur Eurip. in Alexandria: Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα, Διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γᾶ βροτοὺς, Ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν. Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία δὲ γονά Τό τ' εὐγενὲς, καὶ τὸ δυσγενές. Confer Lactant. v. 15.

226 *Pelliteque habitus sumsit Adam*] Aliam vero causam sacra nobis oggerunt, Gen. iii. 21. Cypr. Serm. de jejun. et tentat. 'Malum hoc Adam in Paradiso pulsavit et stravit, cum subjectionem, quam Deo debebat, fastidiens appetiit dominatum: et cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit et novit; et conspectam Evam abhorruit fœditatem, quam licet operiret, manens tamen perpes ibi contumelia stetit et hæsit. Ad amissionem diaboli animam vanitati subjectam dejecit ambitio,' &c. Vide orat. ii. de Adamo Basil. Seleuc. ubi hæc annectit: Τοιαῦτα γὰρ τοῦ διαβόλου τὰ μηχανήματα μεθ' ἡδονῆς τετρώσκει, καὶ μετ' αἰσχύνης ἐλέγχει. ἀθεῖ πρὸς πτῶσιν, καὶ στηλιτεύει πεσόντας.

222 *Quæ miseros optare jubet, quandoque futuri Spem boni*] Recte Phædrus in Fabulis, 'Gaudium,' inquit, 'et dolorem miscere totam hominum vitam. Habetque has vices conditio mortalium, ut ex adversis nascantur secunda,' teste Plin. Paneg. Trajani, vel, ut est apud Cassiod. Ep. iv. 47. 'mundanis rebus frequenter nascitur de adversitate prosperitas.' Ideoque 'sperat infestis alteram sortem bene præparatum pectus.' Horat. 'Spes enim effectus, tædium laboris excludit: et magnum genus incitamenti, credere desiderata compleri.' Cassiod. Ep. v. 17. Sin autem spes quandoque decollet, ut Comici utar verbo; ne statim, parma abjecta, nunciam Constantiæ extremum remitte, et valedic patientiæ, manusque præsentibus porrige malis; sed 'perfer et obdura,' 'veniendo veniet Dominus, nec in æternum dabit justo fluctuationem.' Habac. ii. Malac. vii. ἡ ἐλπὶς γὰρ οὐ καταισχύνει. Rom. v. vide Job. ii.

243 *Justitia est ubi semper egens*] Quis non exclamet enim cum illo: Ὦ τλῆμον ἀρετὰ, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε Ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. 'Est etenim,' ut Manilius ait

lib. IV. 'infelix virtus, et noxia felix, Et male consultis pretium est; prudentia fallit.' Eodem judicio Firmicus: 'Fortis ab ignavo superatur; bonum prostravit inferior; justo justitia non profuit; castos providentia sæpe decepit; pudicis ac sobriis impudicus ac dissolutus in honoris petitione prælatus est. Jacent strenui, laudantur improbi, et quicquid huic profuit, illum incauta imitatione decepit.'

Pauper honestas] Hieronymus Ep. LXIX. 'Omnis dives, aut iniquus, aut iniqui hæres.' Cæcus enim Aristophanis Plutus ad improbos ut plurimum divertit. Judiciose itaque Timandrides Spartanus, qui cum post diutinam peregrinationem domum reversus multis auctam partibus rem offendisset familiarem, graviter commotus, 'Fieri,' inquit, 'non potest, o fili, quin et Deos et familiares, et hospites plurimos injuria tuam per avaritiam affeceris.' Ælian. XIV. Hinc paupertatem habuerunt contubernalem viri etiam præstantissimi, qui vitam et sanguinem patriæ ac honestati impenderunt. P. Val. Poplicola copias familiares tam habuit exiguas, ut, cum moreretur, funeri sumtus deessent. Liv. II. dec. 1. Epaminondas ille Græciæ princeps, qui Spartanos vinci posse docuit, unicam habebat vestem, quæ si resarcienda, domi latitare cogebatur. Ælian. l. v. Var. hist. Senec. Hippol. 'Castos sequitur mala paupertas.'

245 *Aperta Simplicitas*] Neo enim Candori νόος ἐμπεπύκασται, ut de Amore Moschus fingit, aut ἐν χολᾷ ἔστιν ἀνάμερος, ἠπεροπευτὰς, Οὐδὲν ἀλαθεύων: sed ὀρθὴν ἀληθείας τέμνει κέλευθον, quod de se aiebat Rhesus Eurip. vel, ut ait Pind. Pyth. I. ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χαλκεύει γλῶσσαν. Hinc adeo ad 'omne patet sine tegmine vulnus:' præsertim quia τὸ ἁπλοῦν καὶ ἄδολον τοῦ ἤθους εὐκόλως ἐξαγορεύει τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ψυχῆς, teste Basil. V. N. Trist. II. 572. et Pont. II. 5.

248 *Quam degenerem trepidatio prodit*] Respicit ad illud Virg. Æn. IV. 'Degeneres animos timor arguit.' Recte Olor Dircæus et lepide Olymp. I. Ὁ μέγας κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Inde apud Lucan. III. 'Metus degener.' et Gunth. VII. 590. 'Degener fuga.' Seneca de Clement. I. 16. 'Quicquid est indolis, comminuitur trepidatione degeneri.' Confer Sarisber. Policrat. VI. 14.

249 *Faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur*] Satis confidenter! De Pyrgopolinice Artotrogus plane geminas spirat glorias, Milit. Glorioso: 'Cujus tu legiones difflavisti spiritu, Quasi ventus folia, aut peniculum tectorium.' Et de Ægyptiorum exercitu Val. Max. refert IX. 1. 'Quapropter tam enerves delitiis animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.' M. Varro de R. R. II. 'Avus, cum cohortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter se illos, ut scrofa porcos, disjecturum: id quod fecit.'

252 *Fragilique viros fœdare triumpho*] Seneca lib. de provid. c. 3. 'Indignus visus est, a quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignavissimum quemque refugit. q. d. Quid ego istum adversarium mihi assumam? statim arma submittet. Non opus est in illum tota potentia mea, levi comminatione pelletur. Non potest sustinere vultum meum: pudet congredi cum hoste vinci parato. Ignominiam judicat gladiator, cum inferiore componi: et scit, eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna,' &c.

257 *Sed cadit in foveam præceps*] Nimirum h. e. quod Salomon dixit: Τῇ ἀβουλίᾳ αὐτῶν ἁλίσκονται παράνομοι, 'temeritate sua capiuntur prævaricatores.' Ad quam faciem et Heges. I. 32. 'Incauta semper nimia præsumtio, et sui negligens.' Re-

fer huc illud Sedulii l. I. 'Hanc sprevit habere salutem Arrius infelix, qui curva per avia rectum Flectere nisus iter, foveam delapsus in atram Corruit, et tetri mersus petit ima profundi.' Vide Gilbert. Cognat. cent. x. adag. 926.

260 *Fallendi versuta opifex*] Boëth. Met. I. 5. 'Fraus mendaci comta colore.' Vide Lips. Polit. IV. c. ult. 'Ut autem inferiorum est, niti insidiis, sic fortiorum cavere, ne virtuti illudat dolus.' Hegesipp.

261 *Planiciem scrobibus violaverat insidiosis*] Simile strategema Gunth. de Cremonensib. refert x. vs. 306. Et de venatorib. scribit Manil. l. v. 'Claudunt campos formidine mortis, Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces.'

270 *Hunc eques illa dolum*] O quam verum apud Hegesip. Vespasiani effatum est! IV. 2. 'Incuriosior suis sæpe motibus cadit, et dum irruit incautus, impetu suo fusus procumbit. Atque adeo circumretit vis atque injuria quemque, atque unde exorta est, ad eum plerumque revertit.' Lucret. v. 1153. Nec abs re scriptum a Fabricio: 'Nectere quod si quis fraudem tentabit iniquam, Artibus interimet seque suosque malis. Inque scrobes aliis multo molimine fossas, Prospera promittet cum sibi cuncta, ruet.' Verum quoque illud Artabani est ad Xerxem, Herod. lib. VII. 'Ut venti jam desituri vehementissime spirant, Ita proximi exitio maxime efferuntur. Et incredibile est, Nimia fiducia quantæ calamitati esse soleat.' Æmil. Prob. in Pelop.

277 *Comi moderatur gaudia vultu*] 'Est enim prudentis in adversis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere.' Hegesipp. IV. 2. 'Et qui novit omnia temperare, is vincit assidue.' Cassiod. Ep. II. 41.

285 *Desine grande loqui*] Superbiæ pedissequa, Dejectio est et Pœna. Nam 'Nil ita sublime est, supraque pericula tendit; Non sit ut inferius suppositumque Deo.' Ovid. IV. Trist. 8. 'Ille novit planare sublimia, et altius elevare prostrata.' Bonif. ad Aug. Ep. 191. sive ut apud Laërt. Chilon ait, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. Vide Senec. Hippol. vs. 1125. et Herc. Furent. vs. 384. Erasm. adag. 'Ne magna loquaris.' Bernhard. de bustis, Domin. Palmar. Serm. IX. part. 1. lit. Q. hunc locum adducit.

Frangit Deus omne superbum] Nihil altum ille præter se vult: adeo ut B. Maria recte canat, διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Luc. I. 51. Et sane 'ante confractionem superbia, et ante lapsum alti sunt spiritus.' Proverb. XVI. 18. Vere Isidor. Pelus. Epist. I. 164. Ὑπερηφάνεις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἀντετάξατο. Σκόπει τοίνυν ὅσον ἐστὶ καὶ θεὸν ἔχειν ἀντίμαχον, καὶ τὸν ἀρχαῖον ἀντάρτην συμμέτοχον. Quam formidabilem vero, funestam, et tragicam ἐπίβἀσιν sint sortiti homines inflati et tumidi, videre licet in Sennacherib, Esaiæ XXXVII. Nabuchodnosore, Herode, qui γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυχεν. Actor. XII. 23. et aliis. Ideoque 'Desinat elatis quisquam confidere rebus, Instabilesque Deos, ac lubrica numina discat.' Claudian. in Rufin. II. 440. 'Parcite mortales animos extollere fastu, Collatis opibus aspernarique minores:' ut ait Galterus de Castilione lib. I. Reconde hæc, o! quisquis legis; simulque illud recta tecum via Senecæ reputa: 'Quo fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes; Hoc se magis supprimere felices decet. Qui non se plicat, rumpitur.' Bernhardin. de bustis, loco dicto V. N. Trist. IV. 8. Itemque doctissimi D. Gruteri Discurs. ad Tacitum part. 2. fol. 18. et seqq. Lips. in monit. Polit. II. 14. Basil. Seleuc. Orat. XXXV. sub finem.

286 *Magna cadunt*] Ut fumus a loco ignis erumpens in altum extollitur, et ipsa elatione in globum magnum intumescit. Sed quanto fiet globus ille grandior, tanto fit vanior: sic quo magis impius exaltatur, tanto citius deficit. Augustin. in Psalm. XXXVI. Summa; quod Basil. Seleuc. scribit Orat. XXXV. in publicanum et Pharisæum, jure huc transscribam: *Ὑπερηφανία νοσημάτων ἀκρόπολις, θεῷ πολεμοῦσα, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀγνοοῦσα, τὰ διαβόλου νοοῦσα. δι' ὧν ὁ τῆς ἀρετῆς ἀνόνητος δρόμος, κἂν ὅλος ἐν μέσῳ τὰς ἀρετὰς παραστήσῃς, ἔσβεσεν αὐτῶν τὰς λαμπάδας παρακύψας ὁ τῦφος. οὐδὲν ὄφελος νηστείας, ὑπερηφανίας συνεζευγμένης. περιττὴ παρθενία τῷ πάθει τῆς ὑπερηφανίας μολυνομένη. δικαιοσύνην θεὸς ἀποστρέφεται τῷ τύφῳ δουλεύουσαν. εὐποιΐαν μισεῖ τῷ τῆς ψυχῆς ὄγκῳ φλεγμαίνουσαν. ὢ παραδόξου κακοῦ, τὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν μολύναντος· ὢ νόσημα τῆς οὐρανίου φιλανθρωπίας ἀλλότριον. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλα πταίοντας ὁ δημιουργὸς ἢ μεταγινώσκοντας ἐλεεῖ, ἢ κολάζει τοῖς πταίσμασιν ἐναπομένοντας· ὑπερηφάνοις δὲ μόνοις ἀντιτάσσεται, πολεμίους, οὐ δούλους ἡγούμενος.* Conjunge Saresber. III. 3. et VIII. 1. Chrysost. Homil. XXV. in Matt. et XIX. sub finem. Pisidem de vanitate vitæ vs. 26.

286 *Tumefacta premuntur*] Eurip. Heraclid. vs. 387. *Τῶν φρονημάτων Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.*

289 *Sententia Christi, Scandere celsa humiles*] Lactant. V. 16. Basil. Seleuc. Orat. XXVIII. Augustin. tom. X. operum de tempore Serm. CCXIII. Isidor. Pelus. Ep. I. 15. Cyprian. ad Quirin. III. 5. Basil. M. Homil. de humilitate. Et ex Matt. XVIII. Sedulius: 'Omnibus Celsior est humilis, cunctisque potentior ibit, Qui cunctis subjectus erit, seseque minorem Demissa cervice gerit.' Zehner. cent. III. adag. 42. et seq.

291 *Vidimus horrendum membris*] 1 Samuel. XVII. Basil. Seleuc. orat. in Davidem XV. et XVI. Macar. Homil. L. Isidor. Pelus. Epist. I. 265. et 180. Saresber. VI. 19. Augustin. tom. X. de tempore Serm. 197. et tom. VIII. super Psalm. CXLIII. D. Hieronym. ad Marcellam tom. I. p. 56. Cypriani omittere verba hic non possum lib. de duplici martyrio: 'Ad eundem modum de cæteris tentationibus, objice tentatori clypeum scripturarum, in quibus tibi loquitur Deus, non minore fide, quam si tibi coram ore ad os loqueretur. Ex his torrentibus sume tibi lapides, quibus dejicias superbum Goliath,' &c.

292 *Cecidisse*] Scilicet 'nihil tam firmum est, cui non sit periculum, etiam ab invalido. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fit, et ferrum rubigo consumit. An ignoras, magnas arbores diu crescere, una hora extirpari?' Curt. l. VII.

Invalida cecidisse manu] Galterus VIII. 401. 'An nescis, longo quod provocat æthera ramo, Arboreum robur, firma radice superbum, Quodque diu crevit, una exstirparier hora? Stultus, qui fructum cum suspicit arboris, altum Non vult metiri. Videas, sublime cacumen Prendere dum tendis, postquam comprenderis illud, Cum ramis ne forte cadas. Avium fuit esca Parvarum quandoque Leo, rex ante ferarum. Ferrum cuncta domans, atque omni durius ære, Consumit rubigo vorax. Sub cardine Phœbi Tam solidum nihil est, cui non metus esse ruinæ Possit ab invalido.' Haud ergo falso Sophocles Ajace: *Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις Ἔφασχ' ὁ μάντις.* Quin imo 'tantum valent momenta in præliis, ut brevi casu dispares sui reddant, cum aut potentes dejiciuntur, aut afflicti levantur;' quemadmodum præclare scribit Hegesippus III. 18.

300 *Ille puer virtutis pube*] Quo cum Varronis hoc amice conspirat, Aboriginib. *περὶ ἀνθρώπου φύσεως*: 'sed neque vetulus canterius quam novellus

melior, neque canitudini comes virtus.' Vide Cassiodorum Epist. I. 38. et Notas Pont. II. 2.

302 *Servatur quia certe mihi*] Macar. Homil. XII. pag. 147. et seqq.

311 *Luxuria, extinctæ jamdudum prodiga famæ*] 'Infamiæ apud prodigos novissima voluptas est.' Corn. Tac. Annal. XI. 'Nolunt autem peccare solita, quibus peccandi præmium infamia est;' ut ait Seneca Epist. 123. Inde Menander: *Τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον, Τὸ καλῶς ἀκούειν, ταχὺ ποιεῖν πᾶσι κακῶς.* Scilicet 'luxuriæ finis indubitatus confusio est,' ut verbis utar Saresberiensis VIII. 6. Verissime Timotheus, cum in Aristophontem prodigum inveheretur, 'Cui nihil,' inquiebat, 'satis est, eidem nihil turpe est.'

312 *Delibuta comas*] Eleganter hac de re Tertullian. lib. de cultu femin. Senec. nat. quæst. VII. 31. et liber de disciplina et dono pudicitiæ, qui inter Cypriani legitur opera.

Oculis vaga] Oculus erraticus animi impudici signum. Unde quidem et Pericles, Atheniensium princeps, intemperantiam Sophoclis increpans, dixit: 'Prætori non solum manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere.' Val. Max. IV. 3. Cic. Off. I. Stob. Serm. XV. Vide Isidor. Pelus. Epist. III. 199. P. Roverium Not. in Panegyr. p. 137.

Languida voce] Non inepte huc trahes illud Senecæ controvers. procem. 'Torpent, ecce! ingenia desidiosæ juventutis, nec in ullius rei labore vigilatur. Cantandi saltandique nunc obscœna studia effœminatos tenent: et capillum frangere, et ad muliebres blanditias voces extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, et immundissimis se colere mundiciis, nostrorum adolescentium specimen est.'

Delibuta comas] Galter. Alexand. V. 216. 'Discors Bellona furebat Sanguineis maculosa jubis, sanieque recenti Delibuta comas.'

313 *Perdita deliciis*] Claudian. de laudib. Stilic. II. 131. Camerar. meditat. histor. cent. I. c. 19. August. tom. X. de temp. Serm. 231. 232.

Vitæ cui causa voluptas] Eundem ad sensum Varro, Modio: 'Ganeones nostri, quibus modulus est vitæ culina.' Et de Agrigentinis Plato divinus venuste dixit: 'Ædificant quasi semper victuri, comedunt quasi nunquam morituri.'

317 *Quia forte jacens ad fercula*] 'Sic solent luxui et saginæ nuncupati eutique, (Tacit. II. hist.) ut ignava animalia, si cibum suggeras, jacent torpentque.' Lege Epist. Senecæ XXII. 123. ad Lucil.

330 *Et male dulcis odor domat ora*] 'Effeminat animos amœnitas. Amœna sine dubio aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Ideoque indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Hannibalem, illum indomitum nivibus atque Alpibus virum, enervarunt fomenta Campaniæ.' Seneca Epist. VII. 52. ad Lucil. Val. Max. IX. 1. Strabo l. V. Florus II. 6. Livius l. XXXII. Cic. Orat. I. cont. Rullum. Saresber. VIII. 6.

335 *Bracteolis crepitantia lora*] Varro Hecatombe: 'Ubi illa phalerata gemmeaque ephippia, Et arma margarito candicantia.'

342 *Luxuriæ servire volens*] 'Ita ingenium est omnium hominum,' inquit Simo Terent. Andr. I. 1. 'ab labore proclive ad libidinem.' Et vere Philo lib. *νόμ. ἀλληγ.* *Ἄτριπτος ὁ ἀρετῆς χῶρος· ὀλίγοι γὰρ βαίνουσιν αὐτόν. τέτριπται δὲ ὁ κακίας, ἐν ᾗ κατατρίβονται τὸν βίον οἱ φυγάδες ἀρετῆς λογισμοί*: vel, ut Coint. Smyrn. XII. 290. *Ῥηϊδίη μὲν ἐς ἀργαλέην κακότητα Αἰζηοῖσι κέλευθος.* 'Estque arridentis nequitiæ facies læta,' quód præclare scribitur a Cypriano Epist. II. 2.

344 *Fortissima virtus Sobrietas*] Euripid. Hippol. *Σωφροσύνης* *Οὔποτε θνη-*

τοῖς ἀρετῆς ἄλλη δύναμις μείζων. Pythagoræ est ῥώμη ψυχῆς. Unde quidem Stobæo referente, a quopiam ita fuit definita: Σωφροσύνη ἐστὶν ἀνδρείας στολὴ, ἀναλγείας δὲ πάλυξ, ὀφθαλμῶν φύλαξ, εὐνοίας δὲ ἐπίσκοπος, λογισμῶν περιτομὴ, ἀκολασίας ἐκτομὴ, φύσεως ἀντίφωνος, καὶ πυρώσεως ἀντίθετος, ἔργων ὑπουργος, καὶ ἐγκρατείας συνεργὸς, καρδίας καμπτὴρ, εὐχῆς γνώμη.

347 *Vexillum sublime crucis*] Σταυρὸς γὰρ ἀοίδιμος τοῖς ἐπιγείοις ἐλευθερίαν πρυτανεύει. Isidor. Pelus. Epist. IV. 32. estque ψυχῆς σωτηρία καὶ σώματος, πάντων τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον, πάντων τῶν ἀγαθῶν πρόξενος, ἁμαρτίας ἀναίρεσις, teste Damasceno l. IV. de orig. Fidei. Vide Lipsium de cruce III. 15. 16. 17.

354 *Lilia luteolis*] Homini Christiano atque adeo militi veterano exprobrat luxum coronarum, quæ constant e floribus, quæque capiti imponuntur: hic quidem ὁμόφρων eadem mente cum Tertulliano, qui flores nequaquam capiti ornando, sed naribus tantum oblectandis inventos ait. Et uterque insectatur flores Lasciviæ. Carol. Paschal Coron. II. 15.

371 *Excidit ergo animis eremi sitis*] Exod. XVII. Vide August. tom. X. de temp. Serm. 98. et sup. Cathem. III. 90.

374 *Angelicus ne cibus*] Exod. XVI. Psal. LXXVIII. Num. XI. Sapient. XVI. Justin. Martyr Dial. cum Tryphone fol. 283. Οἷς ἄρτον εἰς τροφὴν δι' ἀγγέλων οὐρανίων τὸ μάννα ἔβρεξεν, ἵνα μηδὲ σιτοποιΐας δεόμενοι ζητήσητε. De Manna Philo περὶ τῶν μετονομαζ. fol. 80. Τὰς δ' ἀπ' οὐρανοῦ τροφὰς νείφει χωρὶς συμπράξεως ἑτέρων ὁ μόνος αὐτουργὸς θεός. καὶ μὴν λέγεται, Ἰδοὺ ὕω ὑμῖν ἄρτους ἀπ' οὐρανοῦ. τίνα οὖν ἀποτροφὴν ἐνδίκως ὕεσθαι λέγει, ὅτι μὴ τὴν οὐράνιον σοφίαν; ἣν ἄνωθεν ἐπιψεκάζει ταῖς ἵμερον ἀρετῆς ἐχούσαις ψυχαῖς ὁ φροντίσεως εὐθηνίαν καὶ εὐετηρίαν ἔχων, καὶ τὰ ὅλα ἄρδων. Ad quem locum plura doctiss. Hœschelius. τὸ δὲ μάννα ἑρμηνεύεταί τι τοῦτό ἐστι, τὸ γενικώτατον τῶν ὄντων καὶ ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ, ὑπεράνω παντός ἐστι τοῦ κόσμου, καὶ πρεσβύτατος καὶ γενικώτατος τῶν ὅσα γέγονε. Philo lib. allegor. vide Isidor. Pelus. Epist. III. 34. et IV. 78. Basilium Seleuciens. orat. XXXI. et XXXIII. Augustinum tom. X. de temp. Serm. 91. Bochium supra Psalm. LXXVII.

375 *Quem nunc Vespertinus edit populus de corpore Christi*] Johan. VI. 31. et seqq. Macar. Homil. IV. pag. 49. Hom. XXX. pag. 406. Chrysost. l. d. Tertullian. l. de patient. 'Post mannæ escatilem pluviam, post petræ aquatilem sequelam desperant de Domino, tridui sitim non sustinendo.' Cyprian. Serm. de Cœna: 'Panis iste Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus, qui digne et devote sumunt, secundum desiderium suum sapit, et amplius quam Manna illud eremi implet, et satiat edentium appetitus, et omnis carnalium saporum irritamenta, et omnium exuperat dulcedinum voluptates,' &c. Idem serm. de Spiritu Sancto: 'Hic Spiritus Rubri maris aquas siccavit, et suspensis hinc inde vehementibus fluctibus, ab ollis carnium et Ægypti pulmentariis populum ad spiritualem eremi libertatem eduxit incolumem, et alimoniis cælestibus pavit, Manna quasi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi jussum est ad mensuram.'

377 *His vos imbutos dapibus jam crapula turpis*] Cyprianus hoc ipsum dilucide expressit, Serm. de Cœna: 'Abi retro cum sacellis tuis, qui lucris inhias, et mercedes sectaris, qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, et in stratis segmentatis lascivis, qui vestiris mollibus, et in terra suaviter viventium conversaris.' Et inf. 'Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit, amplius sitit, et ad Deum vivum erigens desiderium, ita singulari fame illo uno appetitu tenetur,

ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, et omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum radensque palatum acutæ mordacitatis aretum.'

396 *Si pœnitet, haud nocet error*] B. Hieronymus in Psal. IV. Pœnitent. 'Clarum,' inquit, 'venturæ salutis indicium, si homo incipit cognoscere semetipsum.' Nec aliud arguunt illa Isidori Pelus. Epist. I. 381. Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, καὶ πρὸς θεὸν ἔχον ἐγγύτητα· καλὸν δὲ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ ταχέως ἐξαναστῆναι τοῦ πτώματος. Hinc Chrysostomus in Epist. ad Corinth. II. 7. Homil. XV. Ὁ λυπούμενος ἐφ' ἁμαρτίαις, οὗτος μόνος ὀνίνει τι πλέον ἀπὸ τῆς λύπης. δαπανᾷ γὰρ καὶ ἀφανίζει τὰς ἁμαρτίας· ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τοῦτο κατεσκεύασται τὸ φάρμακον, ἐνταῦθα ἰσχύει μόνον, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιδείκνυται· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων καὶ βλάπτει. εἰς ἁμαρτίας μόνον ἡ λύπη χρήσιμον. Recte proinde Verinus e Cicerone: 'Errare est hominis, sed non persistere. Sæpe Optimus est portus vertere consilium.'

397 *Pœnituit Jonathan*] 1 Samuel. XIV. Ambros. Serm. XXV.

403 *En ego sobrietas Pando viam cunctis virtutibus*] Non injuria Menander, ταμεῖον ἀρετῆς εἶναι σωφροσύνην μόνην, dixit. ὅστις γὰρ τὸ ἀπόβλεπτον καὶ ὑπέρκαλον τῆς σωφροσύνης κάλλος θεασάμενος, οὐκ ἐδαμάσθη τῷ φίλτρῳ, οὗτος ἀνέραστος τῶν καλῶν παρ' ἐμοὶ κριτῇ γεγράφθω, quod præclare scribitur ab Isidor. Pelus. Epist. II. 7. Nam cæteris virtutibus omnibus est honori et ornamento; 'Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.'

430 *Lascivas vitæ illecebras gustatus amaræ Mortis*] Pronunciatum Pindari est Isth. VII. τὸ πὰρ δίκαν Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. vel, ut Nazianzeni habent verba, σαίνει μὲν τῷ χρηστῷ, τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν. Quibus, tanquam jucunda Echo, adsonat Philo Judæus lib. περὶ θυόντων: Τὰ μὲν περὶ τὴν κατάποσιν γλυκαίνουσα, πικρὰς δὲ καὶ δυσιάτους αὖθις ἐπιφέρουσα ἀλγηδόνας. Unde non præpostere Moschion apud Stobæum Serm. CCXL. ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. Signateque Boëthius Prosa III. 7. 'Tristes esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget.' Probe ibid. Met. VII. 'Habet hoc voluptas omnis, Stimulis agit fruentes; Apiumque par volantum, Ubi grata mella fudit, Fugit, et nimis tenaci Ferit icta corda morsu.' Cui congruenter Isidor. Pelus. Epist. III. 218. μυρίων τιμωριῶν πρόξενοί εἰσιν αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. Neque secus Cyprian. Epist. II. 2. 'Malorum blandientium virus occultum est, et arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar cujusdam veneni, ubi in lethales succos dulcedine aspersa, calliditate fallendi, sapore medicato poculum videtur esse, quod sumitur: ubi epota res est, pernicies hausta grassatur.' Et strictim Serm. de jejun. et tentat. 'Carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eum, qui sibi adhæserit, aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morsus quisquam evasit illæsus.' Et hoc est, quod scribit Philo lib. νόμ. ἀλληγ. Ὁρᾷς, ὅτι οὐ μόνον τῶν ἐν Αἰγύπτῳ παθῶν ἐφιεμένη ἡ ψυχὴ περιπίπτει τοῖς ὄφεσιν, ἀλλὰ καὶ, ὅτε ἐστὶν ἐν ἐρήμῳ, δάκνεται ὑφ' ἡδονῆς τοῦ ποικίλου καὶ ὀφιώδους πάθους. οἰκειότατον δὲ ὄνομα εἴληφε τὸ ἡδονῆς ἔργον. δηγμὸς γὰρ καλεῖται. 'Cavenda sunt igitur oblectamenta ista, tanquam laquei et plagæ, ne suavitudinum mollicie capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipavimus:' Sicut acute et pie ait Lactantius VI. 22. 'Initia namque cupidinis, dulcia sunt super mel et favum: at novissima ejus quovis absynthio amariora sunt;' ut Saresberiensis hæc obsignem verbis. VI. 23. vel ut Basilius Magnus Homil. εἰς

ἅγιον βάπτισμα inquit p. 190. ἡδονὴ πρὸς καιρὸν μὲν καταλεαίνει τὸν ἀπολαύοντα· ὕστερον δὲ, πικροτέρας χολῆς ποιεῖται τὰς ἀναδόσεις. Quare, 'O quater, et quoties non est numerare beatum, Qui sub obumbrata dulcedine triste venenum Deprendit latitare, boni mendacis operto.' Hamartig. vs. 336. Sic enim Dionysius Sophista præcepisse perhibetur, voluptates concessas mellis in morem, non cava manu, sed summo digito gustari debere. Si turpes, quod monebat Aristoteles, non tam venientes, quam abeuntes spectandas esse.

432 *Cæde ducis dispersa fugit acies*] 'Militarem sine duce turbam esse corpus sine spiritu,' insigne Perdiccæ effatum est apud Curt. l. x. 'Frons enim occipitio prior,' Cato de R. R. Et 'urget præsentia Turni' Virg. Æn. IX. Quod pensiculantes Macedones, cum ab Illyriis prælio pulsi fuissent, rege suo in cunis prolato, et ante aciem posito, acrius certamen repetivere; quasi ideo fuissent victi, quod bellantibus auspicia regis sui defuissent. Conserto itaque prælio, magna cæde Illyrios fuderunt, attestante Trogi decurtatore l. VII. Inde Quintil. l. v. 'Ut remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore nihil valere adfirmat. Quorum tametsi numerosus exercitus, spernendus tamen est, quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum, temere ac passim limphante, raptatur.' Ut Boëthii hæc hanc ad faciem usurpem, l. I. Scilicet 'Imperator vinculum est, per quod Respub. cohæret: et ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperii subtrahatur.' 'Rege incolumi mens omnibus una; Amisso, rupere fidem:' quod Seneca de Clement. I. 4. eleganter pronunciat. Cui astipulatur Simplicius in Epictetum: 'Duce interfecto,' inquiens, 'vel victores ejus milites statim et animis concidunt, et, non secus atque oves, opilione carentes, lupis invadentibus, alii alio diffugiunt, ut non castra tantum, sed ipsa etiam patria, duce in bello cæso, periclitetur.' Clare idipsum fatetur Justinus de duce Thebano, l. v. 'Post paucos deinde dies Epaminondas decedit; cum quo vires quoque Reipubl. ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo, veluti mucrone teli, ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt; ut non tam illum amisisse, quam cum illo interiisse omnes viderentur. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere; nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit, patriæ gloriam et natam et extinctam cum eo fuisse.' Sed hac de re fuse, et, ut solet, docte eruditissimus Dn. Gruterus in Discurs. ad Tacitum parte I. fol. 83. et seqq.

Cæde ducis dispersa fugit] Galter. III. 219. 'Fugit agmine facto Turba ducum; partesque labant, ubi summa moventur. Cumque caput nutat, turbari membra necesse est.'

433 *Jocus et petulantia primi Cymbala projiciunt*] Lignis a foco subtractis, ignis extinguitur: κόρον amove, et frigebit, sat scio, venus, libidinum stimuli retundentur, jocus languescet, petulantia exspirabit, Amor elisus suffocabitur. Nec enim Antistes Carthaginensis male, Serm. de jejun. et tentat. 'Jejuniis vitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitivæ abeunt voluptates. Jejunium extraordinarios motus in cippo claudit et artat, et appetitus vagos distringit et ligat.'

439 *Pompa inani exuitur nudata peplo*] Ad hos enim terminos redigit sua mancipia dissuasor honesti Luxus; qui revera est εἰς πενίην οἶμος ἑτοιμοτάτη, qui 'rem aufert cum pulvisculo, pennasque ita incidit, ut nequeant renasci.' Plaut. Bacch. Cic. ad Atti-

cum Epist. IV. 2. Hinc argute admodum Comicus Luxuriæ filiam esse fingit Inopiam, Trinum prol. Unde Chilo cum videret adolescentem patrimonium suum profuse largientem aliis, 'Si,' inquit, 'sumtus magnos, ubi non decet, feceris; ubi decet, mox exiguos facies.' Et secuturæ paupertatis metu Diogenes a prodigo minam petiit, nummulos ab aliis petere solitus. Florus itaque festive III. 12. 'Magnificus apparatus conviviorum, et sumtuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox Egestatem?'

440 *Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis*] Prisco more nonnulli galeas radiant gemmis et auro. Ovid. Pont. III. 'Scuta, sed et galeæ gemmis radientur et auro.' Stat. Theb. IX. 'Et pictum gemmis galeæ jubar.' Prudentius hic. Nec solum auro et gemmis honestabantur galeæ tempore pacis, sed et olea, quod verissimum symbolum pacis. Hac ratione Romam galeatam describit in Symmach. II. 663. Carol. Paschal. Coron. X. 21.

443 *Non piget attritis pedibus ire voluptatem*] Exemplo filius sit prodigus, Luc. XV. Siracides igitur immane-quantum pie et bene c. 18. μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, μηδὲ προσδεηθῇς συμβολῇ αὐτῆς. μὴ γίνου πτωχὸς, συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ. Ejusdem notæ reperies plura Proverb. XXIII. 21. et 29. Notumque est illud πολυθρύλλητον: 'Festa Martini sæpe iterata, Absumunt anseres et prata.' Wer immer will seyn Sanct Martens Gast, Der muss zu letzt dem Niclaus fastn. 'Fugienda sunt itaque,' inquit Macrobius, 'omnibus modis, et abscindenda igne et ferro, totoque artificio separanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia.' Saresber. VIII. 15.

454 *Avaritia gremio præcincta capaci*] Graphice Avaritiam nobis depingit Chrysostomus in 1 ad Corinth. cap. X. Homil. XXIII. p. 528. et seqq. Et in Matth. Homil. LXXI. Isidor. Pelus. Epist. II. 233. Et III. 412. August. tom. X. de temp. Serm. 196.

456 *Vasto ore inhians*] Saresb. VIII. 15. Vide Chrysost. Homil. XXIX. in Matth.

458 *Nec sufficit*] 'Avaritiæ solius et quæstus ardor nec satiat cupidum, nec pœnitet eum cumulasse, quod crescere optat, non minui.' Cyprian. proleg. Serm. Et Serm. de Jejun. 'Nunquid et sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest fames tua, offa hujus mundi injecta dentibus tuis, et faucibus tuis universa rerum massa intrusa?' Propter hanc inexplebilitatem avari conferuntur a Diogene hydropicis, apud Stobæum Serm. X.

460 *Turpe lucrum*] Hujusmodi hominibus 'Lucri bonus est odor ex re qualibet.' Eorumque hæc sunt παλεύσματα: 'Unde habeas, curat nemo, sed oportet habere,' Ennius. 'O cives, cives! quærenda pecunia primum, Virtus post nummos,' Horat. Μηδὲν σὺν κέρδει κακόν, Sophocl.

461 *Quos læva celante tegit*] 'In his duobus articulis furor totius avaritiæ constat, quod immoderatius appetit aliena, aut sua tenacius servat. Et quidem immoderatius appetit, quisquis, quod deest, legem necessitatis excedens et usus exposcit. Tenentur quoque avidius, quæ usui subtrahuntur. Ea quoque, quæ sine usu possessoribus elabuntur, inutilia sibi esse quis dubitat?' Saresber. VII. 16.

462 *Velat opermento*] Refer huc fabulam de cane, qui fœno frendens incumbebat, quo tamen nec ipse frui poterat, neque boves, ut vescerentur, admittebat.

463 *Abradit*] Confer Juven. Sat. XIII. ibi: 'Confer et hos veteris,' &c.

464 *Cura*] Basil. M. homil. ἐν Λαϊκοῖς, p. 213. Εἶτα ἀγρυπνίαι ἐντεῦθεν,

αἱ μέριμναι, αἱ φροντίδες. ὅσον αὔξει ὁ πλοῦτος, τοσοῦτον φέρει τοῦ βίου τὸ μεριμνητικὸν, &c. Et mox: Αὗται αἱ μέριμναι δαπανῶσι τοῦ πλεονέκτου τὴν ψυχήν. κύων ὑλακτεῖ, καὶ ὁ πλούσιος νομίζει κλέπτην εἶναι. μυὸς ψόφος, καὶ τοῦ πλουσίου ἡ καρδία πηδᾷ. τὸν παῖδα ὑποπτεύει. πάντα δι' ὑποψίας ἔχει, &c. Seneca Ep. XXI. 116. Cyprian. Ep. II. 2. Horat. Carm. III. 10. Chrysost. in Matth. Homil. XLVIII. p. 431.

Fames] Avari plerumque 'nec sibi patiuntur bene esse, nec alteri; qui enim geniis suis belligerant, parcipromi.' Plaut. Trucul. 'Qui famem utendam, si roges, nunquam dabunt; Qui Divum atque hominum clamant continuo fidem, De suo tigillo fumus si qua exit foras;' sicut Comicus lepide jocatur de Euclione, qui vivum Famis exemplum, imo hospitium et indivisum contubernium. Aulular. Non dissimile est, quod de Chio quodam Plutarchus refert, lib. de cupid. divit. qui vinum vendebat optimum, ipse bibens vappam. Proinde servus cuidam sciscitanti, quid rerum ageret Dominus, respondit, ἀγαθῶν παρόντων, ζητεῖ κακὸν, 'bona cum adsint, quærit mala.' De metu, Carcinus: Δειλὸν ἐσθ' ὁ πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν. Et Theodoret. lib. de Provid. VI. Ὁ πλοῦτος πολλοὺς θορύβους ἔχων καὶ φροντίδας παντοδαπὰς καὶ τρικυμιῶν εἴδη μυρία. De perjuriis, Pacuvius, qui mantile, quo noxæ quotidianæ extergeantur, esse ea, adseverabat. Glaucus jurejurando pecuniam alienam intercipere volebat; qui, quamvis ab oraculo monitus resipuerit, tamen cum omni posteritate est extinctus. Herodot. lib. VI. De pallore, nescio quis: 'Pallet aurum, quia multos habet insidiatores.' De corruptela, proditorum perfidia docet; qua de consule Camerar. meditat. hist. cent. I. c. 7. De dolo, utique eadem: 'Nihil tam munitum, quod non expugnari possit pecunia.' Cic. II. in Verrin. 'Omnia castella hæc machina dejiciet, in quæ modo asellus onustus auro possit ascendere.' Cic. ad Attic. Epist. I. 12. De insomniis, Chrysost. l. supra allegato: Τοῖς δὲ φιλαργύροις καὶ τοῦτον ἡ πλεονεξία προσέχωσε τὸν λιμένα, τοσαῦτα καὶ ἐν νυκτὶ φροντίζουσι χαλεπῶς, ἅτε μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, μετὰ σχολῆς ἁπάσης κατακόπτοντες ἑαυτούς: 'Pecuniæ autem amantibus hunc quoque portum obstruxit avaritia; tam multa etiam noctu graviter mente agitant, utpote nemine negotium facessente, cum omni otio seipsos laniantes.' De sordibus Suet. et Dion. Vespasianus vectigal urinarium instituit. Reprehensus a filio dissimulavit, donec prima pensio esset soluta; tum pecuniam admovit ad filii nares, sciscitans, num odore offenderetur: illo negante, 'Atqui hæc,' inquit, 'est e lotio.' Indignum quolibet bono, lucrum ex omni occasione odorari; et quod vetus verbum ait, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν, vel a mortuo auferre. Ammian. Marcell. l. XXII. Aristot. Rhetor. II.

467 *Rabidorum more luporum*] 'Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor? Similem lupi dixeris.' Boëth. lib. IV. Prosa 3. Vide Lactant. V. 5. Basil. M. Hexaëm. Homil. X. Ὁ δὲ πλεονέκτης, οὐκ ἔστι λύκος ἅρπαξ; Et p. 116. νῦν δὲ, ὡς λύκος ἅρπαξ, ἐφεδρεύων τοῖς ἀλλοτρίοις.

472 *Caput socio mucrone ferire*] Chrysostomus loco bis terve nominato: Φιλαργυρία καὶ τὸ πέλαγος αἱμάτων ἐνέπλησε, καὶ τὰ τῶν δικαστῶν φοινίσσει ξίφη παρανόμως πολλάκις, καὶ τοὺς ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύοντας νύκτωρ καὶ μεθημέραν ὁπλίζει αὕτη, καὶ φύσιν ἀγνοῆσαι ἔπεισε, καὶ πατραλοίας ἐποίησε καὶ μητραλοίας, καὶ πάντα ἐπεισήγαγε τῷ βίῳ τὰ κακά. διὸ καὶ ῥίζαν αὐτῶν ὁ Παῦλος ταύτην καλεῖ. Elegantissima quoque vide apud Basil. M. homil. εἰς πλουτοῦντας p. 159. Columban. Carm. III. ad Fedolium.

482 *Hunc lumine ademto*] Huc trahendum illud apud Juven. Sat. XIII.

'Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur; Hic putat esse Deos, et pejerat, atque ita secum: Decernat, quodcunque volet de corpore nostro Isis, et irato feriat mea lumina sistro, Dummodo vel cæcus teneam quos abnego nummos.'

486 *Alium capit intuitu*] Testis est Ælian. Var. Hist. lib. v. puerum, cum auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in judicium fuisse adductum: Areopagitæ crepundia, talos, et laminam auream puero proposuerunt; qui cum iterum ad aurum inclinaret, capite plexus est. Hoc nimirum est quod ait Varro in Fragmentis; 'aurum præstringit oculos.'

494 *Neque enim est violentius ullum*] Chrysost. l. d.

496 *Damnetque Gehennæ*] Hinc Augustinus avaritiam justitiæ novercam, et nutricem gehennæ appellat: et doctor aurei oris et linguæ melleæ Homil. XXIV. loci sæpius adducti, τὴν πτωχοποιὸν, τὴν ψυχοφθόρον, τὴν γεέννης φίλην, τὴν ἐχθρὰν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ μητέρα πάντων ὁμοῦ τῶν κακῶν.

502 *Ni ratio armipotens*] Fortasse ad Rationale Mosaicum, quod in pectore Pontificis suo ornatu induti erat, alludit. M. Bergius.

517 *Ingenium omne neci dedimus*] Sed de sensu; egregie Sallust. de rep. ord. 'Ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.' Et paulo ante: 'Ubi cupido divitiarum invasit, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis aut minus mature, postremo tamen succumbit.'

520 *Quicquid Styx abdit avaris Gurgitibus*] Scilicet 'Itum est in viscera terræ, Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes irritamenta malorum.' Ovid. Met. I. 138. Atque hinc adeo diræ sunt Anacreontis in Plutum: Ὤφελες ὦ τυφλὲ Πλοῦτε Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι Ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν κ' Ἀχέροντα. Διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

523 *Quod miscet mundus vesana negotia, nostrum est*] Præclare ad hanc rem Sophocles, Antigone: Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος Κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο γὰρ πόλεις Πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων· Τόδ' ἐκδιδάσκει, καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν. Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν, Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.

529 *Nonne triumphos Egimus ex Scariot*] Joh. VI. 64. et 71. Ibidemque Nonnus Paraphrastes; et XII. 4. et XVIII. Matt. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. 4.

530 *Dum fallit fœdere mensæ*] Juxta Prophetiam Psalm XL. 10. Quam repetit Cyprianus in exposit. Symb. Apost. f. 368. Ita, eheu! Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν Ἀνθρώπου καθαρὴν ψευδομένου φιλίην. Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες Ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα. Et 'non tam hostes existimandi sunt, qui in castris ex adverso positis odium suum palam profitentur, quam qui domi ex insidiis nostræ saluti imminent:' sicut graviter et vere scribit Georg. Buchananus Rer. Scot. l. XII.

533 *Flammante cupidine*] Inde a Nonno VI. 255. vocatur Judas ἀργυρέης νούσοιο νόον δεδονημένος οἴστρῳ. Quem eundem ex eodem Nonno, Dionys. XXIX. 69. Nansius dicit, ἄνδρα νοοπλανέων κτεάνων δεδονημένον οἴστρῳ. Joh. Saresber. VIII. 15. 'Sed possunt etiam nequiora avaritiæ inveniri exempla. Siquidem Prophetæ oculos cupiditas excæcavit, et pecunia corruptus Apostolus Dominum innocentem crucifigendum tradidit manibus impiorum.' Cyprian. de Jejun. et tentat. 'Judas ille proditor venditurus magistrum, prætaxatum precium a principibus exegit sacerdotum. Quid mihi, inquit, vultis dare,

et ego eum vobis tradam? Usque ad mortem Domini amor lucri se ingerit, nec vitæ salvatoris quæstus desiderium parcit.' Vide Tertullian. l. de præscript. adv. hæret. Isidorum Pelus. Epist. I. 425. et III. 385. S. Basil. in Ammonitionibus, apud Goldast. in Parænet. p. 197.

534 *Infamem mercatus agrum*] Poëtice in Judam transfertur, quod pecunia ipsius per sacerdotes efficiebatur. M. Berg.

535 *Obliso collo*] Matth. XXVII. 5.

536 *Jericho propria inter funera*] Basil. Seleuc. Orat. XXXI. *Αὐτόματοι πόλεις ὑπέκυπτον. Ἱεριχὼ κυκλουμένη τὸν τοῦ τείχους ἀπεδύετο κύκλον. ὥσπερ τοὺς οἰκήτορας φεύγουσα, καὶ τοῖς Ἰσραελίταις προστρέχουσα*, &c. August. tom. X. de tempore Serm. 106. et tom. III. de mirabil. script. sac. II. 8. Macar. Homil. L.

537 *Concidit Acham*] Josuæ VII. Salvian. de gubernat. Dei l. VI. et VII. P. Fab. III. Semest. 20. p. 308. S. Basil. in Ammonit. p. 196. 'Plerique avaritiæ ardore in mortis periculum inciderunt. Propter avaritiam Acham cum suis lapidatus est.'

545 *Quis placet exemplum generis*] Hoc est, quod Lucanus ait l. v. 'Facinus quos inquinat, æquat.' Hinc eloquentiæ fundus pro M. Marcello: 'Dolebam, ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna.' Horolog. Princip. III. 56. 'Æquissimum est, ut, qui complices extiterunt criminis, pœnæ sint participes.' V. N. ad Dracont. vs. 363.

550 *Nil refert, armis contingat palma, dolisve*] Adi Lipsii Polit. IV. 13. et V. 17.

552 *Inque habitum sese transformat honestum*] Ad exemplum nempe sui patris, qui *μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός*. 2 Corinth. XI. 14. 'Cujus sunt partes, intervertendi veritatem.' Tertull. de præscript. adv. Hæret. Inf. vs. 684.

553 *Fit virtus specie, vultuque et veste severa*] In communi vita nihil pervulgatius, quam nomina virtutum vitiis, et vitiorum virtutibus imponere. Unde Ovid. I. de Remed. 'Et mala sunt vicina bonis; errore sub illo Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.' Consentit D. Hieron. Epist. ad Lætam tom. I. 'Venena non dantur, nisi melle circumlita: et vitia non decipiunt, nisi sub specie umbraque virtutum.' Et ibid. ad Celantiam p. 51. 'Nescio quomodo turpiora sunt vitia, quæ virtutum specie celantur.' Idem dicit Seneca Epist. XXII. 121. 'Adjice, quod mirum fortasse videatur. Mala interdum speciem honesti obtulerunt, et optimum ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem: cum plurimum intersit, utrum quis dare sciat, an servare nesciat. Multi, inquam, sunt, qui non donant, sed projiciunt. Non voco ego liberalem, pecuniæ suæ iratum. Imitatur negligentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Hæc nos similitudo coëgit attendere, et distinguere specie quidem vicina, re autem plurimum dissidentia,' &c. Astipulatur etiam Gregorius his verbis: 'Sæpe se vitia ingerunt, et se virtutes esse mentiuntur.' Adeo quidem, ut prosperum ac felix scelus virtus vocetur. Seneca Herc. Fur. vs. 250. vel, ut est apud Lucan. I. 662. 'Scelerique nefando Nomen sit virtus.' Unde Euphrades Themistius Orat. III. f. 61. *Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἀπάτη καὶ φενακισμὸς παραπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγανεία, καὶ εὐσέβειαν ἀγυρτεία.* Plura habes ejusdem notæ ac monetæ apud Horat. Sat. I. 3. Isidor. Pelus. Epist. IV. 210. Et III. 99. Saresberien. IV. 9. D. Chrysost. in c. V. ad Ephes. Sidon. Apol-

linar. Epist. vii. 9. Quintil. viii. 3. Ammian. Marcell. l. xxx. et inprimis D. Bernhard. in lib. De ordine vitæ, p. 1122. Nota hic illud Vincentii in Specul. xx. 51. 'Perniciosiora et a remediis longinquiora sunt vitia, quæ sub specie virtutum et imagine spiritualium rerum videntur emergere, quam illa, quæ ex aperto pro carnali voluptate gignuntur. Hæc enim velut palam expositi et manifesti errores, et arguuntur cominus et sanantur. Illa vero, dum sub prætextu virtutum geruntur, incurata perdurant, et deceptos quosque periculosius faciunt ac desperatius ægrotare.'

554 *Quam memorant frugi*] P. Roverius Not. ad Panegyr. p. 154.

559 *Pietatis tegmine crines Obtegit anguineos*] Talis autem pietas, seu verius πρόφασις, velum est, quod scelus omne tegit, quod alicui forsit in mentem poterat venire.

567 *Consensu faciles*] Quoniam dociles imitandis turpibus et pravis omnes sumus. Juven. Sat. xiv.

576 *Impositura manum*] Χεὶρ γὰρ ποιεῖ πάντα κτίσματα, ut ait Horapollo hieroglyph. ii. 119. quem ad locum quæ Cl. Hæschelius notet ex Plutarcho, vide.

580 *Miserando inopum*] Hegesip. v. 2. 'Misericordia sola solet allevare miserias, solari ærumnas.' Adi Serm. i. Cypriani de Eleemosynis.

582 *Ditata fide*] 'Egestatem suam ipse spe temperat futurorum,' ut ait B. Gregorius. Isidor. Pelus. Epist. iv. 138.

583 *Redituro fœnore*] Quia qui miseretur pauperis, Deo fœnerat. Cyprian. Serm. dicto.

596 *Reluctanti*] 'More anguium, qui, obtrito capite, postremum cauda minantur.' Florus i. 15.

602 *Dispergit et egenis dissipat*] 'Satius est,' inquiebat Bion Philosophus, 'suam messem aliis largiri, quam alienam decerpere.' Videntur hæc expressa e Psal. cxii. 'Dispersit,' &c.

608 *Captivo munere*] Herodes Atticus νεκρὸν Πλοῦτον dixit pecunias inutiles, et sordide parceque retentas, h. e. ἀσύμβολον Πλοῦτον, ut exponit Philostratus. Qua ratione et δεσμωτήρια Πλούτου vocavit areas, quibus captivæ veluti detinentur ab avaris pecuniæ. Et Aristoph. Πλοῦτον τυφλὸν 'divitias abstrusas' dicit.

607 *Lucrandi Ingluvie pereunte, licet requiescere sanctis*] Isidor. Pelus. lib. iii. Epist. 24. Ὁ δεινὸς καὶ πάντολμος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, κόρον οὐκ εἶδε, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν τὴν ἀλοῦσαν ψυχὴν ἐλαύνει. οὐκοῦν μάλιστ' ἐν προοιμίοις αὐτὸν ἐκτελάσωμεν· κρατήσας γὰρ, ἀχείρωτος ἔσται. Vide Antholog. i. 12.

609 *Summa quies, nil velle, super quam postulet usus*] O aureum dictum! Quod Plaut. Aulular. quoque stabilit hoc tibicine: 'Pol si animus est æquus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.' Ex quibus se probat veritas carminis Lucret. vi. 1118. 'Quod si quis vera vitam ratione gubernet; Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo: neque enim est unquam pænuria parvi.' Cui adsidet locus Horatii Carm. iii. 16. 'Multa petentibus Desunt multa.' Approbat idem Boëth. ii. Prosa 5. 'Paucis minimisque natura contenta est: cujus satietatem si superfluis urgere velis, aut injucundum quod infuderis, fiet, aut noxium.' Confirmat Columbanus Carm. ii. ad Sethum 43. 'O nimium felix, parcus cui sufficit usus, Corporis ut curam moderamine temperet æquo!' Hinc Socrates Æschinem, cum premeretur inopia, monere solebat, ut a seipso sumeret mutuum sine usura, hoc est, parce viveret. Et breve quidem, sed bracteatum Clementis Alexandrini dictum est, Strom. i. Ὁ σπουδαῖος, ὀλιγοδεής: 'vir bonus paucis indiget.' Quin apud Syracidem legimus xxxi. 22. Ὡς ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ τὸ ὀλίγον. Et sentiunt rectissime, quibus in ore, in

corde sedet: ἐν τῷ εὖ, καὶ τὸ μέγα. Non abludit Martialis: 'Illa placet tellus, in qua res parva beatum Me facit, et tenues luxuriantur opes.' Lemuelis votum non repeto aut transcribo Proverb. xxx. Adi notas nostras Trist. III. 7. Hunc autem versum Columbanus hinc transcripsit carmine primo ad Hunald. vs. 10.

609 *Summa quies, nil velle supra*] Scythæ ad Alexandrum Magnum apud Galterum VIII. 419. 'Libera gens Scythiæ nil appetit ulterius, quam Prima parens Natura dedit; de munere cujus Nec cuiquam servire potest, nec, ut imperet, optat. Esse sui juris hominem, sua seque tueri, Contentum esse suis, alienum nolle, beatum Efficiunt. Igitur si quid quæsiveris ultra, Excedunt tua vota modum, finemque beati.' Quibus gemina germana sunt illa x. 205. 'Animum nullius egentem Non res efficiunt, sed sufficientia. quamvis Sit modicum, si subficiat, nullius egebis.'

610 *Ut simplex alimonia*] Philo περὶ ὀνείρων fol. 138. Σιτίοις καὶ ποτοῖς τρεφόμεθα, κἂν ᾖ εὐτελεστάτη μάζα καὶ ὕδωρ ναματιαῖον. εἴ τι οὖν ἡ κενὴ δόξα προσεπέθηκεν ἀμητῶν καὶ μελιπηκτῶν πεμμάτων γένη μυρία καὶ οἴνων ἀμυθήτων πολυέγγους, καὶ παμποικίλους κράσεις, πρὸς ἀπόλαυσιν ἡδονῆς μᾶλλον ἢ πρὸς μετουσίαν τροφῆς παρηρτημένας. πάλιν ἡδύσματα πρὸς ἐδωδὴν ἀναγκαῖα γοητείᾳ, καὶ λάχανα, καὶ πολλὰ τῶν ἀκροδρύων, καὶ εἰ τυρὸς, καὶ εἴ τι ἄλλο ὁμοιότροπον. εἰ δὲ θέλεις ἐπὶ σαρκοβόρων ἀνθρώπων ἰχθῦς ἔτι καὶ κρέας πρὸς τούτοις γράφομεν, &c.

- *Vestis tegat ac recreet artus*] Philo ibid. fol. 139. Τίς γε μὴν οὐκ οἶδεν, ὅτι ἀμπεχόνη πρὸς τὰς ἀπὸ κρυμοῦ καὶ θάλπους ἐγγινομένας βλάβας τῷ σώματι κατεσκευάσθη τὸ πρῶτον; ἀλλ' ἀλεξάνεμος μὲν, ὥς οἱ ποιηταί πού φασι χειμῶνι. Ubi D. Hœschelius, Græcarum vindex eximius literarum, adduxit locum Plutarchi Sympos. VI. 6. Γερμανοὶ μὲν οὖν κρύους πρόβλημα ποιοῦνται τὴν ἐσθῆτα μόνον· Αἰθίοπες καὶ θάλπους μόνον· ἡμεῖς δὲ ἀμφοῖν. Vide ibid. alterum Philonis, et Clem. Alexand. locum, fol. 250. Sed de unica veste accommodum est hic illud de Epaminonda Principe Græciæ, qui unicam habebat vestem, quam si mitteret ad fullonem, domi se continere cogebatur. In ejusdem supellectile præter ahenum, et veru unicum nihil fuit repertum. Ælian. lib. v. Anthol. I. 12. Parmenio Macedo: ἀρκεῖ μοι χλαίνης λιτὸν σκέπας· οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς ἐλευθερίην.

613 *Ingressurus iter peram ne tollito*] Matth. x. 9. et 10. Marc. VI. 8. et 9. Luc. IX. 3. et XXII. 35.

615 *Nec te sollicitet res crastina*] Imitatur hæc Columbanus Carm. II. ad Sethum 10. 'Nec te sollicitet circumflua copia rerum.' Juvenc. lib. I. 'Crastina nec vobis curetur copia rerum: Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.' Ethnici quoque de futuris sollicitudinem et curam e pectore amoverunt. Anacreon: Τί γάρ ἐστι σοι τὸ κέρδος Ὀδυνωμένῳ μερίμναις; Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον; Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος. Theocrit. in Hyla: οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸδ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. Horat. Carm. IV. 7. 'Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ Di superi?' Ubi plura Monstroliensis. Senecæ pium est dictum Ep. XII. 'Ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.'

617 *Nonne vides, ut nulla avium cras cogitet*] Cyprianus Serm. I. de Eleemos. Saresber. VII. 16. Chrysost. Homil. XXIII. in Matth. Hinc Juvenc. l. I. 'Aëreas spectemus aves: non vomere presso Terga soli subigunt, jaciunt nec semina farris, Aut segetum culmos incurva falce recidunt; Proveniet tamen his saties potusque cibique: Nonne Deo magis est hominum curatio cordi?'

620 *Passeribus modico venalibus asse*] Matth. x. 29. 'Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores,' ut

scribit alicubi Seneca.

624 *Vitæ dator et dator escæ est*] Hinc nescio quis: 'Certa mihi spes est, quod, vitam qui dedit, idem Et velit et possit suppeditare cibum.'

634 *Vestis et usque pedes*] Virg. Æn. I. 408. 'Pedes vestis defluxit ad imos.' Seneca Œdipo: 'Lugubris imos palla perfundit pedes.'

635 *Temperat et rapidum modestia gressum*] Sup. vs. 345.

636 *Implet Vaginam gladius*] Homer. Odyss. XI. Ξίφος ἀργυρόηλον Κουλεῷ ἐγκατέπηξα. Et Odyss. X. Ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο. Iliad. I. Ἂψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος. Contrarium est 'Vagina ensem eripere,' ut Virgil. Sic Eurip. Iphig. Aulid. Ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας Κολεῶν ἔσωθεν. Apollon. IV. 207. Ὁ δὲ ξίφος ἐκ κολεοῖο Σπασσάμενος. Homer. Iliad. I. Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. Nonnus lib. XXIII. Ἄορ ἑὸν γύμνωσεν. Cic. pro M. Marcello: 'Gladium in urbe vagina vacuum non vidimus.'

642 *Et Christum gaudere suis victoribus arcem*] Juxta illud Apocal. III. 21. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, &c. Vide Cyprian. Serm. II. de zelo et livore, ibi: 'Habet et pax coronas suas,' &c. Macar. Homil. XXI. et XIII. et XV.

650 *Non aliter cecinit*] Philo lib. III. de vita Mosis: et περὶ ὀνείρ. p. 201. Cl. Alexand. Strom. V. Macar. Homil. XLVII. Hegesip. de excidio Hieros. V. 16.

651 *Ponti post terga*] Basil. Seleuc. orat. XXXI. Ἵστατο μεθ' ἥλιον Ἰορδάνου τὰ ῥεύματα, καὶ τὸ ῥόθιον ἐχαλινοῦτο, παραχωροῦν τοῖς βαδίζουσι. καὶ νόμους ἵστατο ῥεύματος, ἀναμένων τὴν πάροδον. Idem orat. in annunciat. sanctissimæ Deiparæ. August. de temp. Serm. CVI. et LXXXIX.

654 *Nigrosque repulso Gurgite Nilicolas*] Cosmas Hierosolymitanus crebriter hujus meminit facti in canonibus, ut Suidas vocat, asmaticis. In Transfigurat. Domini: Χοροὶ Ἰσραὴλ ἀνίκμοις ποσὶ πόντον. ἐρυθρὸν καὶ ὑγρὸν βυθὸν διελάσαντες, ἀναβάτας τριστάτας δυσμενεῖς ὁρῶντες ἐν ἑαυτῷ ὑποβρυχίους, ἐν ἀγαλλιάσει ἔμελπον· ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Rursus, εἰς τὴν ὑπαπαντήν: ὡσεὶ τεῖχος γὰρ ἀπάγει ἑκατέρωθεν ὕδωρ λαῷ πεζοποντοποροῦντι, &c. Item, Εἰς ὕψωσιν τοῦ σταυροῦ. εἰς τὴν πεντεκοστήν. εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος. εἰς τὰ θεοφάνια. τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ. τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ. Johan. quoque Damascenus hym. in Theogoniam vs. 1. et hym. in Epiphaniam, vs. 5. Στείβει θαλάσσης κυματούμενον σάλον, Ἤπειρον αὖθις Ἰσραὴλ δεδειγμένον, Μέλας δὲ πόντος τριστάτας Αἰγυπτίων Ἔκρυψεν ἄρδην ὑδατόστρωτος τάφος, Ῥώμῃ κραταιᾷ δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου.

665 *Fauces portæ castrensis*] Adi Turneb. adv. XXX. 24. Lips. de Milit. Rom. Dial. V. 5.

682 *Incautis victoribus insidiata est*] 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet: et frequentissimum initium calamitatis securitas.' Vell. Paterc. l. II. 'Adversarius autem vetus est et hostis antiquus, cum quo prælium gerimus. Omnia genera tentandi et artes atque insidias dejiciendi usu vetustatis edidicit. Si imparatum invenerit Christi militem, si rudem, si non sollicitum, ac toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum.' Cyprian. de exhortat. martyr. prologo.

684 *Sociam mentita figuram*] Ita numero pro pipere muscerda se venditat. 'Blandiens adversarius et fallens,' secundum Apostoli vocem, 'transfigurat se velut Angelum lucis, et ministros suos subornat velut ministros justitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur.' Cyprian. de simplic. prælat. sup. vs. 552.

Sociam mentita figuram] Diversa di-

versos milites veste usos, et inde sæpe proditos, certissimum est. Plutarch. in Artaxerxe: 'Qui ubi vix rubra sagula conspicati sunt, quod regiæ partis omnes albis uterentur, agnoverunt statim hostes esse.' Eum militiæ morem, ut alios non paucos, attigit hoc loco Prudentius, cui hinc lux facienda. Stewech. ad Veget. III. 5.

685 *Scissa palla*] Petronius in Satyrico. Quem locum Pet. Crinit. repetit. de honest. discip. XIII. 2.

687 *Ipsa redimitos olea frondente capillos Ostentans*] Olea, pacis insigne. Isidor. Originat. XVII. 7. Notæ meæ Pont. I. 1. vs. 31. Unde Ovid. Fast. I. 711. 'Frondibus Actiacis comtos redimita capillos Pax ades, et toto mitis in orbe mane.' Discordia igitur oleæ præcincta ramo, se inferens, denotat, 'frequentius conventionum pacisque simulationem credulis, quam arma nocuisse:' quod Vegetius eleganter scripsit III. 8. Nam sæpius quamplurimis, teste Manilio lib. II. 'Scorpius aspergit noxas sub nomine amici.' Adeo ut Plinius pronunciet, Panegyr. Trajan. 'pejorem odio amoris simulationem.' Quippe, Hipponensis antistes scribit de Civ. Dei XIX. 5. ex Tullio de Amicitia, 'Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis. Hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non solum exiatit; verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris. Propter quod etiam illa divina vox, Et inimici hominis domestici ejus, cum magno dolore cordis auditur.' Adi Nonium c. IV. in 'Componere.' Agellium XV. 9. Gilbert. Cognat. adag. Magis nocent insidiæ occultæ, f. 414. Senecam Hippol. vs. 915. Utraque proinde manu Romanorum veterum laudanda est et voce præconia extollenda ingenuitas, qui inimicitias denunciabant aperte, et suis ædibus interdicere solebant inimicis, autore Tacito. Atque ut Ennius ait, 'in fronte scriptas gerebant amicitias et inimicitias.' Insuper nota vox est Achillis apud Poëtam maximum Iliad. I. 312.

Ipsa redimitos olea] Peristeph. IV. 55. 'Oleam revincit pacis honore.' Hic Discordia vult videri pacifera, cum tamen revera sit 'Vipereum crinem vittis innexa cruentis.' Carol. Pasch. Coron. VI. 17.

689 *Sed sicam sub veste tegit*] Quid est, si hoc non est, quod Guntherus oppido quam vere memoriæ reliquit X. 291. 'Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi, Quam simulatus amor, nimiusque domesticus hostis.' Cui suffragatur Tullius pro Roscio istis: 'Tecti esse ad alienos possumus: socium vero fallere qui possimus?' Ceterum ad hunc modum fuisse Domitianum confossum a Stephano, Suetonius tradit c. XVII. in Domit. Talis ictus quoque inter inguina Galliarum regi, Henrico III. Valesiorum ultimo, a sodale Dominicano illatus, florentissimum regnum pæne ad incitas redegit. P. Faber Semest. III. 23. Vide Gunther. IX. 527. et seqq. et Notas ad Victorini Genes. II. 203.

699 *Si virtus sub pace cadit*] Cyprian. Epist. I. 3. 'Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur; salutaris sinus matris, noverca intercedente, præcluditur.' Consule Lipsium Polit. IV. 14.

702 *Pallor in ore, Conscius audacis facti, dat signa reatus*] Ita est; scribit Seneca justitiæ stilo, Epist. XCVII. 'Tuta scelera esse possunt, secura non possunt.' Quare? quia 'prima et maxima peccantium pœna est peccasse. Nec ullum scelus, licet illud Fortuna muneribus exornet suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et hæc et illa secundæ pœnæ premunt ac sequuntur; timere semper et expavescere, et securitati diffidere.' O li-

quida et mera veritas! Quæ isti apud Petronium talia extorsit verba: 'Cum deinde vultu atque ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere jussit arma, et malo cavere.' Perinde atque Atreus apud Senecam testatur, Thyest. vs. 329. 'Multa sed trepidus solet Detegere vultus.' Eludant igitur, qui volunt, et susque deque habeant leges scriptas; dummodo conscientiæ non imponant, et ejus stimulos subsannent; cujus intimos cruciatus proditor vultus enunciat. Vide Gruteri, magni istius et eximii Philologi, Discurs. ad Tac. part. II. f. 78. et seqq.

704 *Et color albens*] Macrob. Sat. VII. 11. Cujus verba adduxi ad Terent. Phorm. I. 4.

714 *Præceptor Belia mihi*] Nescio qui veterum præclare certe dixit: *Ὥσπερ ὀργιζομένων ἡμῶν καὶ πυκτευόντων, καὶ πρὸς ἀλλήλους συγκρουομένων, χαίρει τε καὶ τέθηλεν ὁ διάβολος· οὕτως εἰρηνευόντων καὶ κρατούντων ὀργῆς, συστέλλεται πάλιν καὶ ταπεινοῦται. ὅ τε ἐχθρὸς εἰρήνης ὢν, καὶ πολέμιος ὁμονοίας καὶ βασκανίας πατήρ.* Vide Homerum de Ate.

716 *Virtutum regina Fides*] Consulas licet c. XI. ad Hebr.

730 *Extruitur media castrorum sede tribunal*] Respexit ad morem Romanorum, quo tribunal Imperatoris semper in castris cespititium. Ideoque mox additur vs. 736. 'Conscendunt apicem, mox et sublime tribunal,' et 'consistunt aggere summo.' Ammian. lib. XXIII. 'Ipse aggere glebali adsistens, coronaque celsarum circumdatus potestatum, talia ore sereno disseruit.' Lucanus de Cæsare: 'Stetit aggere fulti Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri.' Tacit. Annal. I. 'Simul congerunt cespites, extruunt tribunal.' Vide Godschalc. Stewech. ad Veget. III. 9. Johan. Bernart. ad Statium fol. 208. Lips. de Milit. Rom.

743 *Tentoria apertis Cuncta patent velis*] Macar. Homil. XV. *Εἰ οὖν ἡ καρδία βάθος τι ἔχει ἀπέραντον, ἐκεῖ εἰσὶ τρίκλινοι, καὶ κοιτῶνες, θύραι, καὶ πρόθυρα, καὶ διακονίαι πολλαὶ, καὶ διέξοδοι. ἐκεῖ ἐστι τὸ ἐργαστήριον τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας. ἐκεῖ ἐστιν ὁ θάνατος, ἐκεῖ ἐστιν ἡ ζωὴ, ἐκεῖ ἐστιν ἡ ἀγαθὴ ἐμπορία καὶ ἡ ἐναντία, &c.* Ut a. omnia amice et concorditer conspirent in animo, nec ulla *ξυγομαχία ἢ διχοστασία* sit reliqua; Fidei unius opus est, quæ *παθῶν δεινῶν φυγαδευτήριον, ἢ ψυχῆς πολεμουμένης ὡς σάλπιγξ εἰρηνικῆς*, ut verbis utar Just. Martyris, Parænet. II.

753 *Sanctæ urbis*] *Ἡ θεοῦ ἱερὰ πόλις ὑπὸ Ἑβραίων Ἱερουσαλὴμ καλεῖται· ἧς μεταληφθὲν τοὔνομα, ὅρασίς ἐστιν εἰρήνης. ὥστε μὴ ζήτει τὴν τοῦ ὄντος πόλιν ἐν κλίμασι γῆς, (οὐ γὰρ ἐκ ξύλων ἢ λίθων δεδημιούργηται,) ἀλλ' ἐν ψυχῇ ἀπολέμῳ καὶ ὀξυδερκοῦσι προτεθειμένη. τὸν δὲ θεωρητικὸν καὶ εἰρηναῖον βίον· ἐπεὶ καὶ τίνα σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον εὕροι τις ἂν οἶκον ἐν τοῖς οὖσι θεῷ, ἢ φιλοθεάμονα διάνοιαν, πάνθ' ὁρᾷν ἐπειγομένην, καὶ μηδὲ ὄναρ στάσεως ἢ ταραχῆς ἐφιεμένην;* &c. Philo *περὶ ὀνείρ.* pag. 195. et seq.

755 *Publica sed requies privatis rure foroque Constat amicitiis*] Pax popularis, qua tam cives, quam pagani fruuntur, istud est vinculum, per quod respublica cohæret: ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperii subtrahatur. Idem I. de Clem. At contra, ruunt omnia, ubi non hic tibicen ac destina: diffluunt, ubi non hoc coagulum. Quod Titus apprime norat; ideoque cum intra urbem dissensio et tumultus gravis, se convertit ad milites; 'Hoc,' inquiens, 'est tempus, sanctissimi commilitones, quod expectabam. Inter se hostes intra urbem tumultum serunt; foris cæduntur, intus digladiantur. Festinemus itaque, dum adhuc dissident, ne forte periculi metu in gratiam redeant.' Heges. III. 25. Quare 'cum concordia simul juncta vinci omnino

non possit, et, quicquid simul petitur a cunctis, Deus pacis pacificis exhibeat;' Cypr. Ep. I. 1. Οὐχ ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν, 'impia res est, inter se moliri mala.' Homer. Odyss. XVI. 'Discordia et intestinæ dissensiones nisi unde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.' Plaut. Persa sc. Satin' Athenæ.

766 *Scissura domestica turbat Rem populi*] O Di! vera et præclare historicorum uberrimus l. III. 'Factiones fœnus, seruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt.' Vide Scorii factum et consilium apud Fulgos. VIII. 10.

768 *Quod sapimus, conjungat amor*] Ἄριστον γὰρ ἡ ὁμόνοια, καὶ τὸ συμφρονεῖν ἀλλήλοις, quod ait quidam veterum. Vide c. XII. ad Roman. et 1 Cor. XIII. Isidor. Pelus. Ep. IV. 55. et 103.

Quod vivimus, uno Conspiret studio] 'Charitas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis.' Cyprian. Serm. de bono patient. Quod non ignorans Justin. Martyr epist. ad Zenam et Serenum scribit: Συναντᾷν γὰρ ἑαυτοῖς προσήκει τοὺς δύο, πρὸς τὴν εἰρήνην κατάγεσθαι σπεύδοντας. καὶ ὁ μὲν ἀδικήσας, πείθει διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὸν φίλον. ὁ δὲ ἀδικηθεὶς, μετανοήσει καὶ αὐτὸς, ὅτι πρὸς τὸν οἰκεῖον ὠργίσθη. Adi præsulem Hipponensem tom. X. operum, Serm. de temp. 166. 168. 169.

768 *Nil dissociabile firmum est*] Egregie profecto Philosophorum Coryphæus, polit. V. 5. Ἀσθενὲς τὸ στασιάζον: 'Infirmum, quicquid seditionibus obnoxium.' Chrysost. in c. XII. Matth. Homil. XLII. f. 288. Πᾶσα γὰρ βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα οὐ σταθήσεται· καὶ πόλις καὶ οἰκία ἂν σχισθῇ, ταχέως διαλύεται. οὐ γὰρ οὕτως οἱ ἔξωθεν πόλεμοι, ὡς οἱ ἐμφύλιοι διαφθείρουσι. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν σώμασι γίνεται· τοῦτο ἐν ἅπασι πράγμασιν. ἀλλὰ τέως ἀπὸ τῶν γνωριμωτέρων τὰ ὑποδείγματα ἄγει. καίτοι τί βασιλείας ἐπὶ τῆς γῆς δυνατώτερον; οὐδέν. ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται στασιάζουσα. εἰ δὲ ἐκεῖ τὸν ὄγκον τῶν πραγμάτων αἰτιᾶταί τις, ὡς ἑαυτῷ συῤῥηγνύμενον, τί ἂν εἴποι περὶ πόλεως; τί δὲ περὶ οἰκίας; κἂν γὰρ μικρὸν τι κἂν μέγα ᾖ, πρὸς ἑαυτὸ στασιάζων ἀπόλλυται. Nam 'concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur,' teste Micipsa apud Sallust. Et præclare Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. Ἑνούμενον δὲ ἰσχυρότερον γίνεται. Unde Severus Imperator opulentiam regni sui ac prope invictam potentiam filiis suis, qui mutuis dissidebant odiis, commendans, οὐδὲν ὄφελος τούτων πασῶν ἔλεγε, στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, τοῦ τε πολέμου ἔνδον ὄντος. Herodian. l. III. Historiolam de Sciluro videsis apud Plutarchum de garrulitate. Vere itaque Callimachus hym. in Dianam vs. 133. ait: Διχοστασίη ... καὶ εὖ περ Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο: 'Discordia etiam bene constitutas domos perturbavit.'

764 *Utque homini atque Deo medius*] Symbolum Athanasii de Christo. Basil. Seleuc. Orat. in annunciationem sanctissimæ Deiparæ. Lactant. IV. 25.

769 *Pax, plenum virtutis opus*] August. de Civ. Dei XIX. 11. 'Tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inveniri.' Plura invenies ibid. cap. 13. Verum hæc de æterna vita sunt accipienda. Nam veteri dicitur versiculo: 'Regnum cælorum requies est plena laborum.' Et apud Areopagitam lib. de divin. nominib. cap. 11. Justi vox citatur, qui εἰρήνην θείαν ἡσυχίαν καὶ ἀφθεγξίαν dixerit.

Pax summa laborum: Pax belli exacti pretium est] Euphrades Themistius Orat. V. Πολέμου γὰρ ἆθλον εἰρήνη. καὶ στρατεύονται οἷς ἀνάγκη, οὐχ ἵνα διὰ τέλους στρατεύοιντο, ἀλλ' ἵνα

ἀσφαλῶς ἡσυχάσωσιν. H. e. D. Remo interprete: 'Bello enim ceu præmium hoc propositum est, ut pax constituatur: et qui aliter non possunt, ideo belligerantur, non ut perpetuo bellum gerant, sed ut tandem tuto in pace conquiescant.' Confirmat Isidorus Pelus. Ep. IV. 70. δι' εἰρήνην καὶ ἀγάπην ἅπας πόλεμος, καὶ μάχη, καὶ διαφορὰ οἴχεται. Concordat cum hoc Ignatius: Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς ὁ πόλεμος καταλύεται. Consonat Thucydides lib. I. Ἐκ πολέμου γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται. Astipulatur Sallustius ad Cæs. 'Sapientes pacis causa bellum gerunt, et laborem spe otii sustentant.' Suffragatur quoque Romani flos eloquii, Offic. I. 'Ita bellum suscipiatur, ut nihil aliud, quam pax quæsita videatur.' Et Philipp. VII. 'Si pace frui volumus, bellum gerendum est: Si bellum omittemus, nunquam pace fruemur.' Conjunge Lactant. VI. 4. God. Stewech. ad prolog. l. III. Vegetii.

771 *Sidera pace vigent*] Aristidis Orat. tom. II. f. 336. Καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν καὶ κόσμον, ὃς τὸ κάλλιστον ἁπάντων σχῆμα καὶ πρόσρημα εἴληφε, μία δήπου γνώμη καὶ φιλίας δύναμις διοικεῖ. καὶ μετὰ ταύτης ἥλιός τε πορεύεται, τὴν αὑτοῦ χώραν φυλάττων δι' αἰῶνος, καὶ σελήνης φάσματα, καὶ ἀστέρων φορὰ χωρεῖ, καὶ ὡρῶν περίοδοι, καὶ τάξεις ἑκάστων πρὸς ἄλληλα, καὶ ἀποστάσεις αἱ καθήκουσαι, καὶ πάλιν ἁρμονίαι φυλάττονται, νικώσης τῆς ὁμολογίας, διαφορᾶς δὲ οὐδεμιᾶς ἐνούσης οὐδὲ ἐγγιγνομένης, ἀλλὰ τῷ θεσμῷ πάντων συγκεχωρηκότων, καὶ μιᾷ γνώμῃ περὶ παντὸς τοῦ προσήκοντος χρωμένων.

772 *Non munus, ad aram Cum cupias offerre, probat*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 111. et 169. Cyprian. de simplicitate prælatorum, Augustin. tom. X. de temp. Serm. 168. 170. Vincent. Spec. XXIII. 101.

775 *Nec, si flammicomis Christi pro nomine*] Cypr. l. d. Macar. Homil. XXVI. f. 341. Chrys. Hom. XXXII. et XXXIII. super 1 Cor. XIII. f. 607. et seqq. Saresber. VII. 24.

782 *Occasum lucis venia præcurrere gestit*] Isidor. Pelus. Ep. II. 189. Chrysost. super eundem locum Homil. XIV. f. 1123. et seq. et Homil. XVI. in Matth. Aug. tom. VIII. super Psalm. VI. 'Non occidat sol super iracundiam vestram: quod interiorem solem, id est, sapientiam Dei tanquam occasum in se pati arbitratur mens, quæ sua perturbatione illum videre non sinitur.'

791 *Latet et lupus ore cruento Vellere sub molli*] Lactant. V. 3. 'Videlicet homo subdolus voluit lupum sub ovis pelle celare, ut fallaci titulo posset irretire lectorem.' Autor homiliarum, quæ Chrysostomi operibus sunt adjunctæ, in c. VII. Matth. Homil. XIX. 'Quæ sunt vestimenta ovilia? Species videlicet simulatæ religionis. Eleemosyna simulata, vestimentum ovile est, non opus ovile. Oratio simulata, vestimentum ovile est, non opus ovile: et cæteræ species pietatis, quibus se vestiunt lupi rapaces. Nulla autem res sic exterminat bonum, quemadmodum simulatum bonum. Nam manifestum malum, quasi malum fugitur et cavetur: malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nec cavetur, sed quasi bonum suscipitur, et ideo conjunctum bono, exterminat bonum. Sic servi diaboli tunc pessime Christianitatem corrumpunt, quando se simulant Christianos,' &c. Vide Cyprian. tract. VII. de simplicit. prælat.

794 *Fotinus et Arrius*] Osiander hist. Eccles. cent. IV. III. 9. et ibid. IV. 10. de Arrio cent. eadem I. 39. cent. V. I. 42. et alibi passim. Isidor. Pelus. Ep. II. 143. et IV. 166. D. Hieron. super c. I. ad Galatas.

795 *Immanes lupi*] Τῇ ἀληθείᾳ παρυφίστησιν ἀεὶ τὴν ἀπάτην διάβολος: 'Semper diabolus ad oppugnationem veritatis subornat errorem;' Chry-

sost. in c. vii. Matth. Homil. xxiv. Ibidem συνεσκιασμένους appellat propter subdolam blandiloquentiam: Lupos autem procul dubio, propter crudelitatem et persecutionem catholicorum; qua de multa Osiander locis prædictis.

798 *Casu concussus acerbo*] Virg. Æn. v. 869. 'Multa gemens, casuque animum concussus amici.'

799 *Secundis In rebus cesset gemitus*] Juxta illud Syracidis c. xi. ἐν ἡμέρᾳ τἀγαθῶν, ἀμνηστία κακῶν. Ad quod D. Hoeschelius in notis f. 339. adducit hæc Gregor. Nyss. homil. in Pascha: Τοῦτό ἐστι τὸ τῆς σοφίας ἀπόφθεγμα, ὅτι ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης ἀμνηστία κακῶν, &c.

807 *Instituit Salomon*] 1 Reg. v. vi. vii.

819 *Intret inornatam*] Qui vero sit iste ornatus urbis in corpore purgato, perspicue exsinuat in Romano vs. 341. et seqq. aliquot in Symm. ii. 310. Pie Lactantius in epit. divin. institut. c. viii. 'Evacuetur omni labe pectus, ut templum Dei esse possit: quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei et castitatis fulgor illustrat.' Vide ibid. c. 2. et 9. de Justitia v. 8. et 20. vi. 24. et 25. M. Minuc. Felic. in Octav. p. 73. Justin. Martyr parænet. ii. Οὐ βούλεται (ὁ Θεὸς) σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην. Apud Hieroclem extat ille versus sub Dei persona, sane egregius: Εὐσεβέεσσι βροτῶν γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.

825 *Metatura novum jacto fundamine templum*] Hæc omnia desumpta ex Apocalypsi c. xxi. ideoque ut mystice hæc intelligenda sint, vide apud interpretes Andr. Cæsariensem, Sebast. Meyer, Benedict. Aretium, D. Chytræum, et alios. De gemmarum, quarum hic mentio, vi, natura, ac varietate, consule Plin. nat. hist. xxxvii. 4. 7. 10. Et xxxvi. 5. vii. 8. et 9. De earundem mysterio lege Hieronymum in Esai. c. liv. item Bedam super Apocalypsin præsenti capite. Atque inprimis de duodecim his gemmis in Logio pectoris Christi elegantem enodationem et dilucidam expositionem habet M. Johann. Grunius Noribergensis, in orat. de vestitu et ornatu sacerdotali Veteris et Novi Testamenti, habita Witebergæ, anno 1590. ad 17. Calend. Octobr. f. 78. et seqq. Vide et Exod. xxviii. Joseph. Antiq. Jud. iii. 11. D. Hieron. super Psalm. cxxxii.

845 *Seu fervor ephebos Incendat nimius*] Verum utique est, quod scribitur a Max. Tyrio, Dissert. xxviii. Πᾶν σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὀξέως εὐρίπου δίκην, ἄνω καὶ κάτω. νῦν μὲν ἐκ νηπιότητος εἰς ἥβην οἰδαῖνον, νῦν δὲ ἐξ ἥβης εἰς γῆρας ὑπονοστοῦν καὶ ὑποφερόμενον. De infantia lege Lucr. v. 223. Cum quo conjunge Lactant. de opificio Dei c. 3. Juventutem cumprimis τὸ ἐπιθυμητικὸν possidet; cum 'Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.' Hinc apud Thebanum Vatem Pyth. iv. Pelias ad Jasonem: Σὸν δὲ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει. Hoc est, quod in Troade Seneca inquiebat Agamemnon: 'Juvenile vitium est, regere non posse impetum. Ætatis alios fervor hic primæ rapit,' &c. Quibus non abludunt illa Nutricis in Octav. vs. 186. 'Juvenilis ardor impetu primo furit.' Accommodate igitur Chrysostom. Πρὸς θυμὸν καὶ πρὸς ἐπιθυμίας εὐέμπτωτος μᾶλλόν ἐστιν ὁ νέος. διὸ καὶ πλείονος δεῖται τῆς φυλακῆς, σφοδροτέρου τοῦ χαλινοῦ, ἀσφαλεστέρου τοῦ τυχίου, καὶ τοῦ κωλύματος. Apud Stobæum Serm. 265.

847 *Algida Borræ Ætas*] Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος τῆς ἡλικίας, ἔφη, τὸ μὲν ἀκμάζον, ἔαρ εἶναι, θέρος δὲ καὶ μετόπωρον τὸ μετὰ τὴν ἀκμὴν, χειμῶνα δὲ τὸ γῆρας: 'Eratosthenes ætatis partem vigentem ver esse dicebat; eam autem partem, quæ vigori et flori succedit, æstatem et autumnum: et hyemem

senectutem. Stob. Serm. 263. Ita et Solon interrogatus, quid senectutem esse putaret; τοῦ ζῆν χειμῶνα, 'vitæ hyemem,' respondit. Ibid.

848 *Vocet ad pia sacra senectam*] Juxta tritum Vulgi sermone versiculum: Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

868 *At domus interior septem subnixa columnis*] Proverbiorum IX. 1. 'Sapientia ædificavit sibi domum. Excidit columnas septem.' Ibi Divus Hieronymus: 'Sapientia ædificavit sibi domum: quia hominem Filius Dei, quem in unitatem suæ personæ susciperet, ipse creavit. Excidit columnas septem. Ecclesias per orbem septiformi gratia Spiritus erexit, quæ domum Dei, i. e. mysterium incarnationis ejus, ne perfidorum improbitate memoria tolleretur, credendo, colendo, et prædicando quasi sustentando continerent. Vel certe sapientiæ domus Ecclesia Christi est, ex lapidibus vivis, h. e. sanctis, in tabernaculum sibi constructa. Columnæ autem doctores sanctæ Ecclesiæ septiformi spiritu pleni; quales fuerunt Jacobus, Cephas, et Johannes: quas nimirum columnas Sapientia excidit: quia ab amore præsentis sæculi disjunctas, ad portandam ejusdem Ecclesiæ fabricam, mentes prædicantium erexit.' Vide D. Bernard. tractat. De interiori domo, c. VII. et seqq.

870 *Quarum*] Adi D. Hieron. tom. I. Epist. 17. ad Marcellam, fol. 57. a.

879 *Sed lignum vivum est*] Adi Justin. Martyr. in Dial. contra Tryphonem f. 244. et seqq. And. Cæsariens. in Apoc. Joh. c. LXVIII.

882 *Intertexta rosis candentia lilia*] Hi flores videntur a natura sic sociati, ut propemodum sint individui; ut apud Hieronymum; 'Jungitur ei germana, rosarum et liliorum calathus, eboris ostrique commercium.' Et hic Sapientiæ sceptrum ornatur rosis, quibus mixta sunt lilia. Carol. Paschal. Coron. III. 8.

884 *Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron*] Just. Martyr. Ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν βλαστὸν κομίσασα ἀρχιερέα αὐτὸν ἀπέδειξε· ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ γενήσεσθαι τὸν Χριστὸν, Ἡσαΐας προεφήτευσε. August. de temp. Serm. 99. 'Omnes ergo principes tribuum habeant necesse est virgas suas; sed unus est solus, sicut scriptura dicit, verus pontifex, cujus ille Aaron sacerdos præferebat figuram. Hujus ergo virga germinavit. Sicut enim virga Aaron germinavit in populo Judæorum; ita crux Christi floruit in populo gentium. Verum quia verus Pontifex Christus est, ipse solus est, cujus virga crucis non solum germinavit, sed et floruit, et omnes credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem iste fructus est, quem attulit? Amygdalas, inquit. Amygdalæ, Fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio sumentem pascit et nutrit. Talis ergo est, in Ecclesia Christi, doctrina legis et prophetarum. Prima literæ facies satis amara est, quæ quidem circumcisionem carnis præcipit, quæ de sacrificiis mendat, et cætera, quæ per occidentem literam designantur. Hæc omnia, tanquam amarum nucis corticem, projice. Secundo in loco ad munimenta tecta pervenies, in quo vel moralis doctrina, vel ratio continentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum, quæ servantur intrinsecus: frangenda tamen quandoque et sine dubio dissolvenda sunt, &c. Tertio autem loco reconditum velut in nuce invenies secretum, mysteriorum sapientiæ ac scientiæ Dei sensum, quo nutriantur et pascantur animæ sanctæ, non solum in præsenti vita, sed etiam in futura. Ipse enim est pontificalis fructus, de quo promittitur his, qui esuriunt et sitiunt justitiam, quia ipsi saturabuntur,' &c. Vide reliqua. He-

gesippi verba qui omittam? Ait v. 2. 'Ante et virga sacerdotalis floruit, recisa de silvestri radice: nunc et fides aret, et sepulta est pietas, et abiit omnis virtutis æmulatio.' Ambros. de Virginib. I. p. 1. et Epist. x. 82. Philo lib. II. de Vita Mosis.

800 *Cor vitiorum stercore sordet*] Macar. Homil. XV. *Ὥσπερ ἐὰν ᾖ παλάτιον μέγιστον, καὶ τοῦτο ἐρημωθῇ, καὶ πληρωθῇ πάσης δυσωδίας, καὶ νεκρῶν πολλῶν. οὕτω καὶ τὸ παλάτιων τοῦ Χριστοῦ ἡ καρδία ἐστὶ, καὶ γέμει πάσης ἀκαθαρσίας καὶ ὄχλων πολλῶν πονηρῶν πνευμάτων.* Item Homil. 28. *Ὥσπερ οἶκος, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸν δεσπότην κατοικοῦντα, σκότος, καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὕβριν ἐνδύεται, καὶ ῥυπαρίας καὶ κοπριῶν ἐμπέπλησται· οὕτω καὶ ψυχὴ ἡ μὴ ἔχουσα τὸν δεσπότην αὐτῆς μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν ἑαυτῇ χορεύοντα, σκότους ἁμαρτίας, καὶ αἰσχύνης παθῶν, καὶ πάσης ἀτιμίας ἐμπίμπλαται.* Ibidem, *Ψυχὴ ἔρημος οὖσα καὶ δυσωδίας παθῶν ἐμπεπλησμένη, καταλυτήριον κακίας τυγχάνει:* 'Anima deserta, ac fœtore affectionum scatens, diversorium existit vitiorum.' Vide eundem Homil. I. pag. 9. Naziansen. orat. funeb. patris: *τῆς ἐπιθολούσης τὸν νοῦν ἰλύος ἀπηλλαγμένος;* 'Immunis a luto mentem demergente.' Cercidas Megapolites apud Stobæum: *Ὧν τὸ κέαρ Πηλῷ σέσακται, καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί.* 'Quorum est mens farta luto, et fæce, quam vix eluas, immergitur.' Confer H. Jun. cent. II. adag. 69. 'Cœni agitator.'

804 *Sudare alternis conflictibus*] Enucleat hæc distincte Macar. Homil. XXXII. *Καὶ ἐν τῷ μάχεσθαι τῇ συνηθείᾳ εὑρίσκεις λογισμοὺς ἀντικειμένους σοι, καὶ μαχομένους τῷ νῷ σου, καὶ ἕλκουσί σε οἱ λογισμοὶ, καὶ ῥεμβάζουσιν, ὅθεν ἐξῆλθες εἰς τὸ φαινόμενον. ἄρχῃ λοιπὸν ποιεῖν ἀγῶνα καὶ πόλεμον, λογισμοὺς κινῶν πρὸς λογισμοὺς, νοῦν πρὸς νοῦν, ψυχὴν πρὸς ψυχὴν, πνεῦμα πρὸς πνεῦμα. καὶ λοιπὸν ἐκεῖ αἰωνία ἡ ψυχή. ἀποκαλύπτεται γὰρ κεκρυμμένη τις καὶ λεπτὴ δύναμις τοῦ σκότους, ἐγκαθεζομένη τῇ καρδίᾳ· Καὶ ὁ Κύριος ἐγγὺς τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματός ἐστιν ὁρῶν τὸν πόλεμόν σου,* &c. Genuina his habet Homil. III. pag. 32.

899 *O quoties animam*] Autor tractatus de pugna animæ, qui tom. II. operum Aug. annectitur: 'Quotquot Sp. Dei aguntur, hi sunt Filii Dei. Si autem spiritu aguntur, pugnent; quia magnum habent adjutorem. Non enim Deus nos sic spectat pugnantes, quomodo spectat populus venatores. Populus venatori favere potest, periclitantem adjuvare non potest. *Ὁ Κύριος δὲ ἐγγὺς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματός σου ἐστιν, ὁρῶν τὸν πόλεμόν σου, καὶ κρυπτοὺς λογισμοὺς οὐρανίους ἐντίθησί σοι, καὶ ἄρχεται ἀναπαύειν σε ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀφίησι δέ σε τέως παιδευθῆναι, καὶ εἰς αὐτὰς τὰς θλίψεις οἰκονομεῖ σε ἡ χάρις.* Macar. Homil. XXXII. pag. 424. Consule ibid. Homil. XXXI. 'Quia ergo quotidie nobis et vobis pugna imminet contra adversarias potestates, si volumus vincere, manus nostræ, i. e. actus nostri, et conversatio nostra non sit in terris: sed sicut Apostolus dicit, super terram ambulantes conversationem habeamus in cœlo, quia populus Dei non tam manu et armis, quam voce pugnabat et lingua, i. e. orationem ad Deum fundebat. Ergo et tu, si vis vincere, audi Apostolum dicentem, Orationi insistentes et vigilantes in ea. Hæc est Christiani pugna gloriosissima, non in suis viribus præsumere, sed semper Dei auxilium implorare.' August. tom. x. de temp. Serm. 93.

902 *Cessisse stomacho*] Gilbert. Cognat. cent. XIV. adag. 1301.

904 *Viscera limo Effigiata premunt animum*] Procul dubio exprimit illud Sapientiæ IX. 15. *Φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα.* August. tom. IX. fol. 600. 'Mortalitas ipsa aggravat animam; et corpus, quod corrumpitur, premit ad inferiora.' Lac-

tant. de vera sapient. IV. 24. 'Nec enim mens, terrenis visceribus inclusa et tabe corporis impedita, aut comprehendere per se potest, aut capere veritatem, nisi aliunde doceatur.' Et VII. 1. 'Hebetatur acies lectorum terrenis cupiditatibus; quæ sensus omnes gravant, imbecillesque reddunt.' Vide Boëth. Met. I. 7. et V. 3. sup. Cathem. X. 25.

905 *Contra ille*] Delineat illa Galat. V. 17. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, &c. Confer Hamartig. vs. 511. et seqq. August. tom. VIII. super Psalm. CXLIII. f. 1655. et seq.

907 *Æstuat et sordes recusat*] Pellege tractatum de conflictu vitiorum et virtutum, qui extat tom. VIII. operum Augustini, f. 1028. Et Vincent. specul. XXIII. 50. et seqq.

910 *Donec præsidio Christus Deus adsit*] Μόνη ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια δύναται καθαρίσαι ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ ἰᾶσθαι τὰ πάθη καὶ τὰς νόσους τῆς ψυχῆς. Macar. Homil. XLV. Οὗτος δύναται καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἔρημον καὶ ἀγριωθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μεταβαλεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα, καὶ χρηστότητα, καὶ εἰρήνην τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ. Idem Homil. XLIV.

AD LIB. I. CONTRA SYMMACH.

PRÆF. 7 *Actus turbinibus*] Actor. XXVII. et Chrysostomus ibid. Homil. LIII.

15 *Tunc de littoreis sepibus algidi Arentum*] Act. XXVIII. Chrysost. Homil. LIV. Ambros. Hexaëm. VI. 6.

28 *Spicula dentium*] Trifidam habent serpentes linguam, ad instar hamatæ sagittæ. Plin. XI. 37. 'Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus et trisulca; vibrans, atri coloris, et, si extrahas, prælonga.' Virgil. Georg. III. 439. 'Linguis micat ore trisulcis.' Ovid. Met. III. 32. 'Martius anguis erat, cristis præsignis et auro; Tresque micant linguæ.' Seneca Medea vs. 686. 'Hic fera serpens corpus immensum trahit, Trifidamque linguam exsertat, et quærens, quibus Mortifera veniat.' Isidor. 'Nullum animal in tanta celeritate linguam movet, ut serpens; adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.' Aristot. II. de partib. animal. cap. ult. bisulcam serpentibus tribuit. et Albert. Magn. Hinc Plaut. Asinar. 'Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.' Et Persa: 'Tanquam proserpens bestia est bilinguis et scelestus.' Et Pœnulo: 'Qui huc venisti nos captatum Migdilibs bisulca lingua, quasi proserpens bestia.' Erit autem *Migdilibs* pro *Migdilibys*, mixtus Libys, ut illum mixti generis significet, et bilinguem, i. e. δίγλωττον et μιγάδα, quales erant Carthaginenses. Maro Æn. I. 'Quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilingues.' Nam Carthaginenses et lingua Tyriorum et Afrorum utebantur. Duplici autem lingua qui utuntur, infideles et veteratores improbique habentur. Itaque Hannonem, ut bilinguem, dicit esse bisulca lingua, quasi proserpentem bestiam. Turneb. IX. 24. Paulo post hic vs. 39. acumina appellat oris patuli. Vide Ambros. lib. de Paradiso c. 12. Hamart. vs. 589.

32 *Virus pestiferum*] Plin. VIII. 23.

81 *Qui cunctis veniam das pereuntibus*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 14. Ἡ πάντων βασιλεύουσα φύσις τοῖς πεσοῦσι δεξιὰν σωτήριον ὀρέγει, καὶ συγγνώμην μετανοοῦσι νέμει.

LIB. I. 1 *Vitiis ægram urbem*] Demosthen. ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. Et, αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. Varro lib. I. de Vita pop. Rom. 'Distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, atque ægrotare incipit et consenescere.' Variis vero modis ægrotare civitates, Vir magnus, P. Faber docet Semest. I. 9. 'Impietas' autem 'morborum maximus.' Optime Hermes c. XII. Νόσος μεγάλη ψυχῆς, ἀθεότης. ἔπειτα δόξα εἰς

πάντα τὰ κακὰ ἐπακολουθεῖ καὶ ἀγαθὸν οὐδέν.

30 *Esset Publica res tunc fortunata satis*] Hæc illa tantis præconiis concelebrata gnome, vere gemmis, Orientis opibus, et auro contra (judicio V. C. Georgii Remi) habenda, quam quinto de Republ. et Ep. VII. ad Architam ὁ πάνσοφος Πλάτων recondidit. Quam inde Justin. Mart. mutuatus est, apolog. II. pro Christian. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν· Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. Et alii insuper; ut Lactant. III. 21. Boëth. I. Prosa 4. Cic. Offic. I. et ad Q. fratrem Ep. I. et I. Famil. Epist. penult. Val. Max. VII. 2. Saresber. IV. 6. Agapet in Scheda Regia § 17. Zehner. cent. V. ad. 35. D. Hieron. tom. VI. p. 57. b. Nazianz. Ep. II. ad Themist. et Themist. Euphrades Orat. I. sub finem. Senec. Ep. LXXIV. Et nobilis hæc sententiola semper in ore M. Antonini Philosophi fuit: 'Florere civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.' Capitolinus. Poëtæ fingunt, fuisse in fatis, 'Evertendam esse Trojam, ablato Palladio.' Quo significarunt, tamdiu stare ac florere Respublicas, quamdiu ibi regnat Pallas, i. e. sapientia et consilium: ea amissa, illas concidere ac everti. Bucholc. in Chronolog. p. 271. Greg. Richter. axiom. Polit. c. XXXII. quem vide et c. LIV. ut quoque Camerar. meditat. hist. cent. III. c. 46. et cent. II. c. 51. Musonii bonum est pronunciatum: Μὴ οἴου ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον προσήκειν φιλοσοφεῖν, ἢ τῷ βασιλεῖ· μηδ' ἄλλου τοῦ χάριν μᾶλλον, ἢ ὅτι βασιλεὺς τυγχάνεις ὤν. δεῖ μὲν γὰρ δή που δύνασθαι τὸν βασιλέα σώζειν ἀνθρώπους καὶ εὐεργετεῖν. τὸν δέ γε σώσοντα καὶ εὐεργετήσοντα χρὴ ἐπίστασθαι, τί μὲν ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, τί δὲ κακόν· καὶ τί μὲν ὠφέλιμον, τί δὲ βλαβερὸν, καὶ συμφέρον γε καὶ ἀσύμφορον. Sed et simile dictum est apud Sirac. X. 'Cum potentes sapiunt, florent urbes: ubi prudens est magistratus, ibi omnia suo ordine procedunt.' Atque hinc est, quod Callimachus scribit, 'ab Apollinis capillo salutem et incolumitatem destillare; quibus guttulis irrigatæ civitates perpetuo floreant:' Hymn. in Apoll. II. 39. Ita Romani, cum de Imper. eligendo quæreretur, acclamarunt: 'Quis melius, quam literatus, imperat?' Vopiscus. Et 'inter Persas nemo rex fieri poterat, nisi Magorum disciplina esset imbutus.' Plato in Alcib. Et scribit Capitolin. 'Provincias sub Antonino Pio omnes floruisse.' 'Qui sane,' ut habet Aurel. Victor, 'plane docuit, eo demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ:' alludens dictum Platonis. Casaubon. in Not. ad Capitol. pag. 112. Vide Funccii Chronolog. pag. 125. de Alfredo, rege Northumbriæ doctissimo: et Georg. Schönborn. Polit. II. 32.

33 *Qui diadema sortiti, ætheria*] Vide insignem Car. Paschal. Coron. V. 10.

37 *Justitia regnante*] Salomon Prov. XVI. 25. 'Abominabilis regi est impietas; nam justitia stabilitur thronus.' 'Non tantum apud Medos, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros servandæ justitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti,' inquit Cic. Offic. II. Hinc Pædalii, gens Indica, suis in sacrificiis nihil aliud, præter justitiam, a Diis precabantur. Stob. Serm. IX. At vero 'remota justitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?' Augustin. de Civ. Dei IV. 4.

46 *Occultate senem*] Justin. Martyr. cohortat. II. ad Græc. Virg. Æn. VIII. 319. Ovid. Fast. I. 235. Homer. Iliad. VIII. Macrob. Sat. I. 8. Lactant. I. 14. Bergomens. lib. IV. Chronic. pag. 48. a. Hesiod. in Theogon. vss. 160. et 488. Supra περὶ στεφ. X. 208. Natal. Com. II. 2. M. Minuc. Octav. p. 51.

50 *Procudam chalybem*] Unde non injuria δρέπανον seu falcem ipsi tribuunt. Alii tamen aliam ob causam. Natal. Com. II. 2. Theodoret. l. III. Græcar. affect.

53 *Cælo genitus*] Hesiod. Theog. vs. 137.

56 *Equina libido*] Basil. M. Hexaëm. Homil. x. Ὁ θηλυμανὴς οὐκ ἔστιν ἵππος ἐπιμαινόμενος; ἵπποι γάρ φησι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζε. Et pag. 102. Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν οἱ ταῖς γυναιξὶ τῶν πλησίον ἐπιμαινόμενοι. Rursus pag. 116. Νῦν μὲν, ὡς ἵππος θηλυμανὴς χρεμετίζων ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ.

61 *Nunc bove subvectam*] I. e. Europam. Ovid. Met. II. Homer. Iliad. XIV. Lactant. I. 11. Palæphatus, Theocritus Idyll. XX. Nonn. Dionys. I. pag. 11. et III. pag. 102. et VII. pag. 209. et XVI. p. 440. et alibi. Anacreon de Europa, pag. 165. Justin. Mart. cohortat. II. ad Græc. p. 30. Senec. Hippol. vs. 302. et Octav. vs. 755. Bergomens. l. IV. Chron. p. 42. b.

62 *Nunc tenera pluma levior*] Supra περὶ στεφ. X. 221. Nonn. Dionys. l. VII. p. 209. Ὄγδοος ἔμφρονα κύκνον ἄγει γυμνόχροϊ Λήδῃ. Justin. Martyr. cohortat. II. ad Græc. p. 30. ἐπτενοῦτο δὲ παρὰ Λήδᾳ. Senec. Octav. vs. 750. Theodor. l. III. Græcar. affect. Athenæus lib. XIII. p. 566. Fulgent. lib. II. mythol. Cæsar German. in Arati Phænom. ubi de Cygno p. 189. Meurs. ad Lycoph. p. 124.

63 *In morem recinens suave immorientis oloris*] Senec. Hippol. vs. 300. 'Candidas ales modo movit alas, Dulcior vocem moriente cygno.' Cæterum olorum morte narratur flebilis cantus; falso (ut opinor) aliquot experimentis, ait Plin. X. 23. Negat Ælianus quoque se de eo quicquam affirmare posse, II. 32. Nazianz. orat. 2. de Theologia, et Carm. ad Nemes. vs. 109. cantilenam illam cygnum expansis ad auras alis efficere, scribit: quod ore modulari videri possit. εὐφωνίαν eidem tribuit Chrysost. in cap. II. ad Phil. Plato Phædone. Aristot. hist. animal. IX. 12. Cic. Tusc. I. Lucian. Timone, et de Electro. Horapollo Hieroglyph. II. 39. ubi vide Hœschel. pag. 199. et Notas Trist. v. 1.

66 *Per tectum dives amator, Imbricibus ruptis*] Vide Comment. Terent. Eunuch. III. 5. p. 211. Seneca Octav. vs. 760. et 200. 'Vertit in omnes Dominus cæli Divumque pater: et modo pinnas Sumsit oloris; modo Sidonii Cornua tauri; aureus idem Fluxit in imbri.' Bergomens. lib. IV. Chron. p. 52. a. S. Columban. Carm. III. ad Fedolium. et ibid. eruditiss. Goldastus. D. Hieron. tom. II. Ep. 56. p. 156. a. Just. Mart. II. cohortat. ad Græc. p. 30. Natal. Com. VII. 18. Jul. Firm. Matern. de errore prof. relig. p. 36. Augustin. de C. D. VII. 26. et XVIII. 13. Hygin. fab. 63.

69 *Armigero*] I. e. Aquila. Ovid. Fast. V. 732. 'Grata Jovis fulvæ rostra videbis avis.' Supra περὶ στεφ. X. 233. Plin. X. 3. Jacob. Philipp. Bergomensis Chronic. lib. IV. p. 52. b.

Curante rapinam] Natal. Com. II. 5. et IX. 13. Nonn. l. XXV. p. 668. et seq. et l. XXXIV. sub finem. et l. XXXI. p. 798. et alibi. Justin. Mart. cohortat. II. ad Græc. p. 30. Ovid. Met. X. 155. Fulgent. lib. II. mythol. Cæsar German. in Arati Phænom. ubi de Aquila p. 191.

71 *Magis indignante sorore*] I. e. Junone, Nonn. l. XXV. p. 668. Anthol. I. 83. Epig. Aristonis vel Hermodori. Natal. Com. II. 5.

72 *Sæcla aurea*] Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμερ. I. Ovid. Met. I.

86 *Expertes furandi homines, has imbuit arti*] Phornutus Mercurium ait furandi artem invenisse, quod et Suidas asseverat. Lactant. I. 10. Homer. hym. in Mercur. Natal. Com. V. 5. Horat. Carm. I. 10. Fulgent. mythol. lib. I. Bergomens. Chronic. III. p. 33. b.

90 *Sumtæ moderamine virgæ*] Um-

brarum ductorem Mercurium fuisse, creditur. Unde ψυχόπομπος, 'Manium ductor,' et πομπαῖος dictus. Hinc apud Val. Max. quædam haustu veneni moritura, fusis Mercurio libamentis, ejusque invocato nomine, oravit ut se placido itinere in meliorem sedis infernæ partem deduceret. Horat. Carm. I. 10. Turneb. XXV. 5. Hieron. Mag. miscell. IV. 11. Homer. Odyss. XXIV. Natal. V. 5. Fulgent. l. I. mythol.

Virga] Ab aurea virga dicitur χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς. Turneb. XI. 28. Apul. Met. X. de Mercurio: 'Puer luculentus nudus, nisi quod ephebi chlamyde sinistrum tegebat humerum, flavis crinibus conspicuus. Inter comas ejus aureæ pinnulæ simul conjunctæ prominebant cum caduceo et virgula.' Stat. Theb. I. vs. 313. H. Jun. cent. IV. adag. 81. Adi P. Fabrum Agonist. I. 19.

96 *Murmure nam magico*] Joh. Kirchman. de funerib. Roman. III. 23. Alberic Gentil. lect. Virgilian. c. 16. p. 152. Johan. Meurs. in Spicileg. Theocr. ad Idyll. II. p. 8. Gulielm. Forner. Not. ad Cassiodor. p. 272.

100 *Simulans per nubila ferri*] Virg. Æn. IV. 239. Natal. Com. l. d. Cæterum alæ in capite et talaria in pedibus velocia atque alata Mercurio tribuuntur; ut significetur, partim volucrem per aëra ferri sermonem; unde Homerus ἔπεα πτερόεντα appellavit; partim acutissimum et oratione et ingenio ad res celerrime invenienhdas et explicandas Oratorem esse debere. Hinc Ammian. Marcell. scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret, exsurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret; quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse, motus mentium excitantem, quem vulgo intellectum agentem vocant, ex philosophorum arcanis acceperat. Adi Fulgent. mytholog. lib. I. pag. 132. b.

103 *Augustaque Numæ præfulget in arce*] Fab. Priapus, nomine Mutini cultus a Romanis, in templis stabat æneus: in hortis iligneus, quercinus, aut ficulnus. Hunc circumscribit Victorin. Massil. lib. III. 'Dones per species sese dementia cunctas Perderet, ut rebus minimis membrisque pudendis Nomen inane Dei, mundo ridente, daretur.' Dubium est autem, num 'arcem Numæ' vocet montem Janiculensem, in quo Numa sepultus est; an Palatinum, sub quo habitavit; cujus etiam domus in Vestæ templum mutatum est. Turpe esse, ait, in religiosi et boni regis urbe videri simulachrum fœdum et pudendum. Templum autem Priapi in urbe fuisse, alibi non legi: nam aut juxta muros fuit, aut in ipsis suburbiis. hortorum enim custos est habitus, eoque nomine cultus.

106 *Scortator nimius*] Ovid. Fast. VI. 333. Tiraquell. connubial. IV. § 18. Lactant. I. 21.

111 *Hic Deus, et patrio prænobilis Hellesponto*] Natal. Com. V. 15. Schopp. in Priapeiis p. 13. P. Victor var. lect. XXXIV. 19.

112 *Sacris cum turpibus*] Quæ Ithyphallica dicebantur. Joh. Baptist. Pius annotat. post. c. 156. tom. I. Crit. p. 542. &c. 146. p. 581. et Schopp. in Priap. p. 14. et 15.

Adusque Itales hortos] Hortis enim præficiebatur. Schopp. ibid. p. 15. Fr. Florid. Sabin. Succis. lect. I. 6.

113 *Sinum lactis*] Respexit ritum sacrorum, qui talis; ut inferorum et minorum Deorum sacrificia lacte perfunderentur. Metam. VII. 247. 'Tum super invergens tepidi carchesia lactis.' Propert. l. III. 'Interea nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula mista mero:' Seneca Œdip. 'Libat et niveum insuper Lactis liquorem fudit, et Bacchum manu læva.' Arguit hunc ritum Arnob. lib. VII. Vide et Schopp. l. d. p. 20.

114 *Ruris servat vineta Sabini*] Nec enim hortos solum, verum et poma-

ria, vineas, et agros tuebatur. Schöpp. ibid. p. 16. Lactant. II. 4.

115 *Turpiter adfixo*] Tradit Eustath. 'Priapum et Silenos Bacchi comites dici; quod ebrii salaces sunt.' Alii fabulantur, ipsum Dionysii, qui et ipse Bacchus est, ac Veneris filium esse; quod qui vino indulgent, sint ad Venerem proniores, ut tradit Diod. Sicul. l. v. Biblioth. Cui accedens Pausanias l. IX. Bœot. autor est, Lampsacenos dicere, 'Priapum ipsum Dionysii ac Veneris esse filium.' Quod et Stephanus et Apollonii interpretes lib. I. Argonaut. tradiderunt. Ex Bacchi itaque fabula hic illud fortasse traductum est; 'qui ut fidem Polymno datam solveret,' ut ait Arnob. lib. v. 'Ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans dolat, runcinat, lævigat, et humani speciem fabricatur in penis.' Johan. Meurs. Exercit. Crit. cap. 7.

119 *Et Hylan pereuntem quærere cælebs*] Theocrit. Idyll. XIII. Hygin. fab. XIV. pag. 6. b. et fab. 271. Apollodor. l. I. Natal. Com. VII. 1. Erasm. adag. 'Hylam inclamas.' Nonn. Dionys. l. XI. p. 308. Οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤνυεν, ὁππότε νύμφαι Ἄβρον Ὕλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις, Νυμφίον ἰκμαλέῃ πεφυλαγμένον ἅρπαγι κούρῃ. Jul. Firm. Matern. de errore prof. relig. p. 36. 'Herculem videat Hylam impatienti animo quærentem.'

120 *Saliis*] Turneb. XIII. 8. Quæramus, cur lib. VIII. Æneid. Herculi Salios tribuat, qui tamen erant Martis Gradivi. Sic enim scribit: *Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis.* Constat profecto e veteribus monumentis Saliorum autorem fuisse Salium Arcadem, qui in Italiam cum Evandro venerat. Igitur cum ante Romam conditam ad aram maximam instituta fuissent ab Evandro Herculi sacra; verisimile est, Salium tum ei choros instituisse. Urbe autem condita, ad Gradivum Martem eos postea choros Numa, ut opinor, transtulit, Romanæ gentis autorem. Aliam affert etiam causam Macrob. Sat. I. 12. longe repetitam; quam, qui volet, sequatur. Fuere porro Saliorum duo chori; unus senum, alter juvenum. Maro ibid. 'Hic juvenum chorus, ille senum.' Vide et Macrob. III. 12. Livium dec. I. lib. I. Scholiast. Juven. Sat. II. p. 19. b. Joh. Kirchman. de funerib. Rom. IV. 14.

Domus Pinaria] Virg. Æn. VIII. 270. Vide ibi Servium. Macrob. Sat. III. 6. et Liv. lib. I.

122 *Thebanus juvenis*] Antipater Bacchum et Herculem fuisse Thebanum ait: Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταί, Κἤκ Ζηνός· θύρσῳ δεινὸς, ὁ δὲ ῥοπάλῳ.

Superatis Indis] Dionys. in περιηγήσει: Αὐτὸς δ' ὁππότε φῦλα κελαινῶν ὤλεσεν Ἰνδῶν, Ἠμωδῶν ὀρέων ἐπιβήσατο. Nonn. in Dionys.

125 *Cum semiviro comitatu*] Eurip. in Bacchis. Pertinet huc illud Himerii, apud Photium in Biblioth. p. 607. Ἦλθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος, γένος τὴν Διονύσου χάριν ἀρνούμενον. ἦν δὲ ὁ μὲν στρατὸς, βάκχαι καὶ σάτυροι· τὰ δὲ ὅπλα, νεβρίδες καὶ θύρσοι, &c. Fab. Bacchi Thyades seu sacrificulæ, furiosum feminarum agmen, nodos seu tænias habebant de serpentibus, ut Horatius: item cingula, ut Catullus: serpentes manibus gestabant, ut Porphyrio: eosdem ore et dentibus laniarunt, ut Prudentius scribit. Ea temeritas Bacchi beneficio illis sine fraude, et nociva non fuit.

126 *Multo se proluit haustu*] Drepan. Psalm. XXII. 'Lucifluusque calix pleno me proluat haustu.'

128 *Bijugum ferarum*] Ovid. Met. IV. 24. Statius Theb. IV. 652.

129 *Baccho caper omnibus aris Caeditur*] Hircum seu caprum mactabant Dionysio seu Baccho; quod hoc genus animalis maxime vites rodat. Ovid. Pont. II. 9. et ibid. notæ. Fast.

I. 353. Antholog. I. cap. εἰς ἀντιπόδεσσιν. Martial. lib. v. Epig. Natal. Com. v. 13. Politian. Miscell. xxvi. Gyrald. hist. Deor. syntag. xvii. ubi et hunc nostri Prudentii locum adducit.

130 *Et virides discindunt ore chelydros*] Eurip. Bacchis vs. 698. καὶ καταστίκτους δορὰς Ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν. Vide Girald. hist. Deor. syntag. viii. in Evan, p. 274. Natal. v. 13. p. 487.

132 *Satyrorum insania fecit*] Ovid. Met. iii. 670. 'Sive hoc insania fecit, sive timor.'

134 *Mænadas inflammante mero*] Natal. Com. v. 13. p. 487. Scholiast. Juvenal. Sat. vi. Fulgent. mythol. lib. ii. p. 139. b.

136 *Invenit expositum*] I. e. Ariadnem. Ovid. Epist. Ariadnes ad Thesea. Statius Silv. i. Epithal. Stellæ: 'In littore Naxi Theseum juxta foret hæc conspecta cubile, Gnosida desertam profugus liquisset et Evan.' Hygin. fab. 43.

139 *Fervens post vina*] Scribit Arist. problem. xxx. 1. 'Vinum cupiditatem Veneris inprimis accendere posse.' Notum est illud Terentii Eunuch. iv. 5. 'Sine Cerere et Baccho friget Venus.' Quam sententiam declarans D. Hieronymus: 'Distento,' inquit, 'ventre, distenduntur ea quæ ventri adhærent.' Per id significans, ut dicit Erasmus, libidinem esse gastrimargiæ comitem. In Græcorum collectaneis ita hæc sententia legitur: νεκρὸν Ἀφροδίτη Διονύσου δίχα καὶ Δήμητρος. Vide Commentar. Terent. p. 239. 379. 808.

142 *Mox Ariadnæus stellis cælestibus ignis*] Aratus Phænom. Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος τὸν ἀγαυὸν ἔθηκεν Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης. Ovid. Epist. Heroid. vi. 'Bacchus avus, Bacchi conjunx, redimita corona, Præradiat stellis signa minora suis.' Tertullian. lib. de corona Milit. 'Et Ariadnæ sertum ex auro et Indicis gemmis.' Ubi vide Rhenanum: ut et Hesiod. Theogon. vs. 945. Horat. Carm. ii. 19. vs. 13. inprimisque Nonnum l. xlvii. Hygin. fab. 224. et l. ii. poët. Astronom. ubi de Corona p. 61. Paschal. Coron. i. 9.

161 *Quoniam regalibus aula Fervere tunc vitiis*] Id solenne generi humano, clamat omnis ævi historia; ut subditi exemplum et vestigia insequantur suorum Principum. Asseverat Theodosius Claudiani versibus, de iv. Consul. Honorii: 'Componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quam vita regentis.' Tradit et Cicero iii. de LL. 'Ego autem, nobilium vita victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quo perniciosius de Rep. merentur vitiosi Principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: neque solum obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt; plusque exemplo, quam peccato, nocent.' Nec seorsim sentit Basil. M. in Psal. i. Καὶ στρατιῶται μὲν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς στρατοπεδάρχαις ἐξομοιοῦνται· οἱ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι δῆμοι ζηλοῦσι τοὺς ἐν δυνάμει. καὶ ὅλως ἐπειδὰν τὸ τοῦ ἑνὸς κακὸν μιμήσεως ἄξιον τοῖς πολλοῖς νομισθῇ, οἰκείως καὶ προσηκόντως λεχθήσεται λοιμός τις ψυχῶν ἐπιπολάζειν τῷ βίῳ. τὸ γὰρ ἐν κακίᾳ περίβλεπτον πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον τῶν εὐολισθήτων ἐφέλκεται. Elegantissima hanc in rem comportavit, Musarum illa sedula et indeses apicula, Gruterus Discurs. in Tacit. parte i. p. 47. et seqq. vide περὶ στεφ. v. 27.

167 *Ille sacerdotem violat*] Mox vs. 174. nominat Rheam. Livius dec. 1. lib. i. pag. 3. et 4. Dionysius Iliam Vestalem nuncupat, quam Liv. l. d. Rheam Silviam. Cicero de N. Deor. i. deridet ut fabulosum. Augustin. D. C. iii. 3. et 4. et xviii. 21. Conon narrat. xlviii. apud Photium in Biblioth. p. 235.

Contra illa marito Succumbit Phrygio] Ovid. Trist. lib. ii. 299. Lac-

tant. I. 17. Statius Silv. I. Epithal. Stellæ: 'Unde novum Trojæ decus, ardentumque Deorum Raptor erat, Phrygio si non ego juncta marito? Lydius unde meos iterasset Tibris Iulos?' Sunt verba Veneris. vide Tiraquell. tom. II. connubial. lege VI. § 30. Hygin. fab. 94.

174 *Et si Rhea sacram*] Stat. ibid. 'Quis septemgeminæ posuisset mœnia Romæ Imperii Latiale caput? nisi Dardana furto Cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?' Et ibid. 'Sic victa sopore doloso Martia fluminea posuit latus Ilia ripa.' Tibull. Eleg. II. 6.

182 *Capitolia Jovis*] Gyrald. hist. Deor. syntag. II. p. 77. Jupiter Capitolinus. August. de C. D. III. 15. Arnob. l. VI.

183 *Pelasgæ Palladis*] Fabric. Romani suos Deos accersierunt ab aliis gentibus. Martem jactaverunt patrem: Minervam vocarunt e Græcia, Junonem e Libya, Venerem e Sicilia, Cybelem e Phrygia, Bacchum e Naxo insula.

186 *Erycino e vertice*] Eryx, Siciliæ ille mons dictus, a Polybio descriptus lib. I. cum ipso templo, et Strabone lib. VI. De eo Virg. Æn. VI. 'Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ.' Et ad ejus instar etiam Romæ templum erectum Veneri Erycinæ ad portam Collinam. de quo Ovid. Fast. IV. vs. 879. et Livius dec. 3. lib. X. Lips. ad IV. Annal. Tacit. Gyrald. syntag. XIII. hist. Deor. p. 382. Eryc. Putean. syntag. de Erycio nomine.

187 *Utque Deum mater Phrygia*] Liv. dec. 3. Gyrald. hist. Deor. syntag. IV. p. 139.

188 *Bacchica de viridi peterentur ut Orgia Naxo*] Liv. dec. 4. lib. IX.

195 *Palladium*] Gyrald. hist. Deor. syntag. XI. p. 328.

196 *Asylum*] August. de C. D. I. 3.

197 *Ut semel obsedit*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. cap. 13. pag. 148.

203 *Farre molæ*] Turneb. adv. VII. 13.

Saxa illita ceris] Deorum simulacra cæra solebant illinere. Juvenal. Sat. X. 'Propter quæ fas est genua incærare Deorum.' Turneb. XXX. 19. Quin imo et minio illinebant, diebus festis. Plin. XXXIII. 7. Meurs. parte II. Crit. Exercit. II. 4.

Unguentoque lares humescere nigros] Turneb. I. 17. Apud Lucret. l. V. 'Velatum vertier ad lapidem,' est, ad simulacrum se vertere religionis causa. Nam in salutandis et precandis Diis, dextrovorsum se vertere solebant ut dicit Plaut. Curcul. Philostratus: Τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦτο βέβηκε μὲν ἐπὶ νέως. τὸ γὰρ τῆς βάσεως σχῆμα, πρῷρα· ἵδρυται δὲ ναύαρχος, περιτρίψας δὲ αὐτὸ ὁ χρόνος, καὶ νὴ Δία οἱ ἀλείφοντές τε καὶ οἱ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς, ἐξηλλάχασι τοῦ εἴδους. Quo quidem e Philostrati loco intelligimus, quid sit, 'signare vota:' quod Plin. lib. X. Epist. scribit ad Trajanum, hunc in modum: 'Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus pariter domine, et solvimus, precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.' Votum enim suum nuncupatum, et in charta conceptum conscriptumque, Deorum genibus cera obsignatum adfigebant. quod patefaciet Juvenalis versum, Sat. X. 'Propter quæ fas est genua incerare Deorum.' Incerabat enim Deorum genua, qui votum susceptum signabat, et se voti reum constituebat: confer P. Pithœum 2. subcesiv. II. 14.

Lares nigros] Quia Lares apud focum statuebantur, non est mirum, dici nigros, hoc est, atros et fumosos: ut liquet hic e Prudentio, qui, ne scilicet isti domestici Dii parum genialiter acciperentur, eos unguento præter coronam donatos adfirmat. Nisi nigros interpretari malis atroces et vindices. Nam οἱ Λάρητες ἐριννυώδεις

τινές εἰσι καὶ ποίνιμοι δαίμονες ἐπίσκοποι βίων καὶ οἴκων: 'Lares furialia quædam sunt et pœnalia Numina, quæ speculantur vitas et domos.' Car. Paschal. Coron. IV. 3.

205 *Formatum Fortunæ habitum cum divite cornu*] Pausanias in Messeniacis, autor est, a Bupalo Fortunæ signum apud Smyrnæos omnium primo fuisse effictum; cujus capiti polum imposuit, cum altera manu Amaltheæ cornu teneret. H. Jun. cent. ad. 88. 'Herculis cornu.' Arnob. lib. VI. p. 204. Arnob. lib. VI. 'Fortuna cum cornu, pomis, ficis, aut frugibus autumnalibus pleno.' Palephat. lib. I. p. 123. b. Hygin. fab. 31.

208 *Trivit et ipse Impressis silicem labris*] Lips. Elect. II. 6.

219 *Delubrum Romæ*] Urbis Templum in quarta regione collocat Victor. Mentio ejus est apud Sueton. II. 52. Xiphilin. et Spartian. Inscriptio vetus: T. ÆL. MALCO. VICTORI EQ. PRÆTORIA. COH. III. PR. QVI. ET VRB. ANTISTES. SACERD. TEMP. MATRIS. CASTRORVM. Ad hanc Divam Poëta ille: 'Exaudi regina tui pulcherrima mundi Inter sidereos Roma recepta polos.' Adi Lips. ad IV. Annal. Taciti p. 247. et de magnit. Rom. III. 6. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. p. 56.

223 *Vera ratus, quæcunque fiant autore senatu*] Ita inferius, hoc lib. vs. 612. 'Qua vocat egregii sententia principis, illuc Libera tum pedibus, tum corde frequentia transit.' Tales multi passim sunt; qui illud Harpagi semper in ore habent: 'Mihi placet, quicquid Rex facit.' Et Stratoclis decretum, quod in vita Demetrii apud Plutarch. extat: 'Quicquid Rex jubet, id et erga Deum sanctum, et erga homines justum est.' In aula Alexandri M. fuit Anaxarchus Philosophus, qui dixit: 'Omne, quod a Rege suscipitur, concessum et justum est:' Πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος, θεμιτόν ἐστι καὶ δίκαιον: vide περὶ στεφ. XIII. 27. Ita de Basilio Camatero scribunt; qui, ut patriarchatum Constantinopolitanum facilius consequi posset, ut fertur, syngrapha sua, sane turpi et indigna Episcopo, se obligavit, cuncta, quæ Andronico placuissent, se executurum; et adversaturum esse, quæ displicuissent, universis. Camerar. cent. III. meditat. hist. c. 6. Historiam memorabilem de Constantio Imp. quomodo aulicorum suorum exploravit constantiam in religione Christiana, enumerat Sozom. I. 6. Hist. Magdeburg. cent. IV. c. 3. Cuspinian. Euseb. Osiand. cent. IV. lib. I. c. 14.

226 *Illic Alcides*] Gyrald. syntag. de Hercule. Anton. Benbellon. in Suscitab. part. I. cap. 13. pag. 149. horum in locum substituit hunc versum: 'Christophorus, Petrus, Paulus, genitrixque Maria.'

228 *Ledeia proles*] Gyrald. hist. Deor. syntag. 5. Hygin. fab. 77. et 155. Fulgent. Mytholog. l. II. p. 140.

229 *Nocturnique equites*] Idem ibid. pag. 178.

230 *Retinentque veru*] Suidas, autore Æliano, 'duo simulacra Dioscurorum fuisse, ait, pari juventute, quæ genas haberent imberbes, forma similia, et in humeros chlamydem habentia, et enses sub chlamyde, et hastas erectas, quæ per dextram et sinistram extollebantur.' Gyrald. ib.

Magnique triumphi Nuncia] P. Vacieno, cum e prætura Reatina Romam veniret, noctu Castores apparuerunt, dicentes, Persen regem illo die captum: quod ille Senatui nunciavit. Qua de re Cic. de N. Deor. III. plura.

231 *Suffuso figunt vestigia plumbo*] Radulph Forner. rer. quotidian. VI. 18. 'Neque sane,' inquit, 'novus est plumbi liquefacti usus in id, ut firmius hac ratione juncta cohæreant.' l. XXIII. in rem. § item quæcunque ff. de rei vind. l. II. ff. de sep. viol. Quin et eo consilio pagani quondam Deo-

rum suorum statuas effuso plumbo coërcebant, scilicet ne fugiendi potestas esset. Arnob. l. VI. 'Interque omnes sinus commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, et salutares moras signorum diuturnitatibus commodare.' Eodem pertinet etiam hoc Prudentii.

233 *Dux Italus*] Virg. Æn. VII. 177.

Janusque bifrons] Ovid. Fast. I. 65. Gyrald. hist. Deor. syntag. IV. Erasm. adag. 'A fronte atque a tergo.' D. Augustin. de Civ. Dei VII. 4. 'Eum simulacri monstruosa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tanquam geminum facientes. An forte voluerunt, ut, quoniam plurimi Dii selecti erubescenda perpetrando amiserant frontem, quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret?' Vide ib. c. 7. 8. 9. 10. Albric. de Deor. imaginib. p. 173. Fulgent. lib. II. p. 137. b. Plin. XVIII. 25. et XXXIV. 7.

234 *Maculosus et corpore Picus*] Augustin. D. C. XVIII. 15. Augustin. de C. D. IV. 23. Bergomens. Chron. lib. IV. p. 54. a. M. Minuc. Octavio Gyrald. histor. Deor. syntag. I. p. 54.

236 *Omnibus ante pedes posita est sua cuïque sordens Arula*] Paganis exprobrat altarium multitudinem: quam hausit Papismus a Paganismo. P. Molineus in tractatu De Altaribus c. 10.

237 *Jano etiam celebri de mense litatur*] D. Ambros. Serm. XVII. 'Dicit Salvator: Nemo potest duobus dominis servire, hoc est, Deo et Mammonæ. Quomodo igitur potestis religiose Epiphaniam Domini procurare, qui jam Calendas, quantum in vobis est, devotissime celebrastis? Janus enim homo fuit, unius conditor civitatis, quæ Janiculum nuncupatur: in cujus honore a gentibus Calendæ sunt Januariæ nuncupatæ. unde, qui Calendas Januarias colit, peccat; quoniam homini mortuo defert divinitatis obsequium,' &c. Horolog. Princip. I. 38.

239 *Et gaudia ducunt Festa Calendarum*] Dies ille Calendarum, si quis alius, religiosus in Vulgus. Plin. 'Primum incipientis anni diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.' Templa aperiebant, vota concipiebant pro sua quisque publicaque salute. Varro in Fragmentis l. v. 'Jano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas.' Lips. ad Tac. Annal. IV.

246 *Mense, atque adytis, et flamine, et aris Augustum*] Explicat, ἥρως Ἀδόνης, Lipsius ad Tac. Annal. I. p. 22. et seq. et ad Annal. IV. p. 235.

251 *Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno*] Cælestem religionem Liviæ tribuit Claudius, effigie ejus in templo Augusti consecrata, sacrisque, quæ Vestales facerent, institutis: edicto etiam, ut per nomen ejus feminæ jurarent. Dio lib. LX. et Sueton. cap. 11. Claudii. Extant nummi: DIVVS. AVGVSTVS. PATER. caput radiatum, ara ante pedes: parte aversa, S. P. Q. DIVÆ. IVLIÆ. AVGVSTI. FIL. carpentum, cui subjuncti duo muli. Nec dubito, quin consecrata hæc Julia habitu et nomine Junonis. Prudent. h. l. Quanquam eo nomine adfecta a Poëtis etiam viva. Lips. ad Tac. Annal. V. p. 258. Adi quoque eruditiss. Kirchman. de funerib. Rom. IV. 13. et 14.

271 *Quid loquar Antinoum*] Antinoum urbem Hadrianus in honorem Antinoi Ephebi condidit. Ammian. Marcell. lib. XXII. Hieronym. contra Jovian. Epist. X. 'Ut sciremus, quales Deos semper Ægyptus recepisset, nuper ab Hadriani amasio urbs eorum Antinous appellata est.' Apud eundem in Vitis script. Eccles. Egesippus: 'Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus, e quibus est et Antinous servus Hadriani Cæsaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem;

quam ex ejus nomine condidit, et statuit Prophetas in templo. Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.' Adi Justin. Mart. apolog. II. p. 65. Athenagor. Apologet. Tertullian. apologet. cap. XIII. Spartian. in Adriano p. 10. et Casauboni, at quanti viri? ibid. notas p. 62. et seq. Gyrald. hist. Deor. syntag. I. p. 70.

Cœlesti sede locatum] Non solum inter heroas et minorum gentium Deos Antinoum retulerunt; sed et stationem in cœlis certam eidem assignarunt, novum sidus ANTINOUM inter cœlestes imagines commenti. Ejus posituram in siderum ἀστροθεσίαις et descriptionibus astrologorum invenies. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Tatianus: Πῶς ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν; Ejus consecrationis cum alia extant hodieque monumenta, tum istud Romæ egregium.

ANTINOΩI
CYNΘPONΩI. TΩN
EN. AIΓΥΠΤΩI. ΘEΩN
M. OYΛΠIOC. AΠOΛΛΩNIOC
ΠPOΦHTHC.

Plura loco nominato habet, Musarum illud delitium, et harum disciplinarum lumen ac ornamentum, singulareque omnino Galliæ decus, scientissimus Casaubonus. vide et Lindebrog. ad Ammian. p. 128.

296 *Qui currere regna Certis ducta modis, Romanorumque*] Egregie D. Augustin. de C. D. V. c. 21. 'Hæc plane Deus unus et verus regit et gubernat, ut placet. Etsi occultis causis, numquid injustis?' Vide ibid. c. 1. et 12. et lib. IV.

297 *Quicquid humus, quicquid cœlum mirabile gignunt*] Adi Philonem lib. de Decalogo: quo loci pulcherrima adfert, quæ huc quadrant.

301 *Neptunum vocitantes Oceanum*] Augustin. de Civ. Dei VII. 16. 'Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi,' &c. vide ibid. c. 22. Phornut. de nat. Deor. p. 161. b. Cl. Alex. protrept. p. 19. Καὶ Ποσειδῶνα μὲν οὐκ ἀναπλάττοντες, ὕδωρ δὲ αὐτὸ προτρεπόμενοι. τί γάρ ἐστι πρότερον Ποσειδῶν ἢ ὑγρά τις οὐσία, ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη; Arnob. adv. Gent. III. 'Quod aqua nubat terram, appellatus est (inquiunt) cognominatusque Neptunus. Si ergo liquoris obtentio nominis hujus appellatione signatur, nullus Deus est omnino Neptunus: atque ita tollitur, et removetur e medio Stygii frater Jovis, Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque menarum, rex salsorum gurgitum, et tremebundi motator sali.' Et l. v. extremo: 'Et in illa estis reprehensionis parte, quod in usu sermonis vestri, Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum,' &c.

302 *Cyaneus cava flumina Nymphas*] Nympharum aliæ sunt marinæ, aliæ fluviales, aliæ silvestres. Marinæ dicuntur Nereides: quæ in fluviis et lacubus, Naiades et Lemniades. Silvestrium aliæ præsunt montibus, et nuncupantur Oreades: aliæ nemoribus et silvis, quæ Napeæ et Dryades: aliæ singulis arboribus, quæ Hamadryades. De Cyane, Claudian. de Rapt. II. 61. et III. 246. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 17.

304 *Ipse ignis, Vulcanus perhibetur*] Cl. Alex. protrept. p. 19. Τοῦτό τοι καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειτον, τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες, πεπόνθασι· τὸ γὰρ πῦρ τοῦτο ἕτεροι ἥφαιστον ὠνόμασαν. Περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί. πρὸς δὲ, καὶ Μακεδόνες, καὶ Σαυρομάται, οὓς Νυμφόδωρος τὸ πῦρ σέβειν ἱστορεῖ. &c. Pertinet huc illud Comici, Amphitr. I. 1. 'Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?' Adi Albric. lib. de Deorum imaginib. p. 172. b. Phornut. de nat. Deor. p. 179. b.

Nostrum factus qui servit ad usum]

Cl. Alex. p. 347. διπλῆ τε ἡ δύναμις τοῦ πυρὸς, ἡ μὴν, πρὸς ζώων γένεσιν καὶ τροφὴν ἐπιτήδειος. Ovid. II. Trist. 267. 'Igne quid utilius?' Philo lib. de Decalogo: 'Ignis habet vim geminam, illustrandi urendique.'

308 *Æoliæ summus faber esse, vel Ætnæ*] Virg. Æn. VIII. 416. Arnob. l. VI. 'Formatur et fingitur cum pileo Vulcanus et malleo, manu liber sed dextera, et fabrili expeditione succinctus.' Claudian. de Rapt. II. 174. Albric. lib. de Deorum imaginibus p. 173. b. Photius in Biblioth. p. 537.

310 *Ausus habere Deum Solem*] Factum hoc a Persis; ideoque solennis illorum victima Soli, Equus. Justinus: 'Solem unum esse Deum Persæ credunt, et equos eidem Deo sacratos ferunt.' Ab iis autem Mithra dicitur. Curt. lib. IV. 'Solem Mithram, sacrumque et æternum invocans ignem.' Lips. ad Tac. Annal. VI. p. 288. P. Faber Semest. III. 2. Bernart. ad Statium Theb. I. p. 81. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 7. Καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοί· καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. Et ibid. p. 20. Πεπλανῆσθαι γοῦν ὁ Μενανδρος μοι δοκεῖ, ἔνθα φησὶν, Ἥλιε· σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν, Δι' ὃν θεωρεῖν ἐστι τοὺς ἄλλους θεοὺς, &c. Et p. 19. καὶ μὴ τὸν ἥλιόν τις ὑμῶν προσκυνείτω, ἀλλὰ τὸν ἡλίου ποιητὴν ἐπιποθείτω. vide antecedentia: et Philon. lib. de Decalogo. Sedul. l. I. Adducit autem hosce tres versiculos, sed vitiose, Hyginus lib. IV. ubi de Sole agit.

Cui tramite certo Conditio imposita est] Psal. XVIII. 6.

312 *Visibus objectum mortalib.*] Ait enim Cl. Alex. Stromat. VIII. p. 327. Ἥλιον ὀνομάζεσθαι τὸ λαμπρότατον τῶν κατ' οὐρανὸν ἰόντων. Speusipp. Ἐν ὅροις: ἥλιος, πῦρ οὐράνιον· ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἐστιν ὁραθῆναι· ἄστρον ἡμεροφανὲς τὸ μέγιστον.

313 *Teretique globo*] Dracont. Hexaëm. vers. 91. 'Mox Solis radiare globum jubet igne salutis.'

Volantem] Cassiodor. var. lib. I. Ep. I. 45. 'Sic astra, quorum licet cursum sciamus, fallentibus tamen oculis prodire non cernimus. Stans quidam in illis transitus est: et quæ velociter currere vera ratione cognoscis, se movere non aspicis.' Seneca Nat. Quæst. I. 3. 'Ad ipsum Solem revertere; hunc, quem toto orbe terrarum majorem probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes viri pedalem esse contenderint. Quem velocissimum omnium esse scimus, nemo nostrum videt moveri; nec ire crederemus, nisi appareret isse.' Max. Tyr. dissert. XXXII. Καὶ τοῦ ἡλίου εἰ ἀφέλοι τις τὴν κίνησιν καὶ τὸν δρόμον, συναφεῖλεν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. Themist. Euphrad. Orat. I. Καὶ τὸν μέγαν ἡγεμόνα ἐκεῖνον τὸν ἐν οὐρανῷ τὸ πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνοντα. Ibi Remus; vir nectare et ambrosia qui alatur, et Sarrano qui dormiat ostro, dignissimus: Remus, inquam, notat alterum Platonis locum: ὁ μὲν μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἄγων ἅρμα πορεύεται. Phil. de vita Mosis, l. III. Nam totum cœlum est volucre. Manil. I. 735. 'Phaëthontem patrio curru per signa volantem.' Et II. 92. Phœbum volantem, dicit.

318 *Terrum breviorem circuitu*] De Solis magnitudine figuraque, Plutarch. de placitis Philosophor. Stob. lib. I. Eclog. Phys. Theodoret. Græcar. affect. l. I. de fide: Καὶ γὰρ αὖ πάλιν περὶ ἡλίου λογομαχία παρ' ἐκείνοις πολλή. Ἀναξίμανδρος μὲν γὰρ καὶ Ἀναξιμένης, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς τοῦτον ἔφασαν εἶναι· Ἀναξαγόρας δὲ Πελοποννήσου μείζονα, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος ποδιαῖον. τίς οὖν ἄρα ἀξίως τὴν τοσαύτην διαφωνίαν γελάσειεν; οὐδὲ γὰρ περὶ σμικροῦ τινὸς αὐτοῖς μέτρου γέγονεν ἡ διχόνοια, ἀλλὰ περὶ ἀπείρου, καὶ ὅσον οὐκ ἄν τις παραστῆσαι τῷ λόγῳ. τίς γὰρ ἅπασαν μέτρῳ ἂν περιλάβοι τὴν γῆν, εἶτα ἑπτάκις καὶ εἰκοσάκις πολυπλασιάσας τὸ μέτρον, ξυναγάγοι τοῦ ψήφου τὸν λο-

γινομένῳ, καὶ τοῦτον τῷ μέτρῳ τοῦ ἀνθρωπείου παραθείη ποδός; ἀλλ' ὅμως εἰσί τινες, οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις τιθέμενοι, πιστεύοντες οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα καταδέχονται λέγειν. Hæc ille. videatur Perer. in Genes. lib. I. p. 175. et 176.

319 *Pulcherrimus ille Circulus*] Vide Perer. in Daniel. lib. IV. p. 218. et 219. et in Gen. l. I. p. 177. Hinc Sapient. VII. 29. 'Est enim hæc (sapientia) speciosior Sole:' ἔστι γὰρ αὕτη εὐπρεπεστέρα ἡλίου. Ambros. hexaëm. IV. 1. 'Sol oculus est mundi; jocunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ.' Et c. 2. Et ideo bene a plerisque ornamentum cœli est nuncupatum; eo quod sit stellarum monile pretiosum:' Basil. M. p. 199. Καὶ τὸν ἥλιον τὸν αἰσθητὸν, οὐδεὶς μέν ἐστιν, ὃς οὐχ ὑπερεπαινεῖ τὸ μέγεθος αὐτοῦ καὶ κάλλος, καὶ τῶν ἀκτίνων τὴν συμμετρίαν, καὶ τὸ ἀποστίλβον αὐτοῦ φῶς καταπλαζόμενος.

325 *Ille Deus verus, quo non est grandior ulla Materies*] Aratus: 'Super omnia fusum Claudere nemo potest, parvisque arctare figuris.'

326 *Qui fine caret*] Thales apud Laërt. Τὸ θεῖόν ἐστι τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον, μήτε τελευτήν.

330 *Aut subit ortu, aut ruit occasu*] M. Minuc. Octav. 'Sol demergit, et nascitur.' Tertul. apologet. 'Lux quotidie interfecta resplendet; sidera defuncta reviviscunt.' Catul. 'Soles occidere, et redire possunt.' vide Dracont. Hexaëm. vs. 499.

331 *Nec torquere facem*] Manil. I. 525. 'Nunquam transversas Solem decurrere ad Arctos,' &c.

337 *Seu tramite dextro*] Basil. M. homil. περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, p. 608. Τὸ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου δυνάμει αὐτεξούσιον ἐπὶ τῷ ἑλέσθαι ἢ μὴ ἑλέσθαι τῷ διαβόλῳ ἀντιστῆναι κεῖται. vide eundem p. 227. et inf. II. 982. et rursus Basil. M. in Asceticis p. 627. Ambros. l. de Noë et arca c. 12. 'Natura hominis contrariorum capax est; et ut malitiæ in ea sit via, et virtutis ingressus.'

343 *Sed famulus subjectus*] Dracont. Hexaëm. vs. 495. 'Sol oculus cœli, famulus super astra Tonantis.' Proculdubio alludit ad proprietatem linguæ Ebraicæ, ubi Sol a ministrando dicitur: vel certe ad σοφίσπευμα illud Εὐριπίδειον, ut Euseb. Præparat. VI. 2. nominat: εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς. Cl. Zehner. ad Alcim. p. 68.

344 *Hoc sidus currum*] Soli enim currum assignarunt. Accius: 'Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas.'

344 *Quadrigas*] Et Lunæ quidem vel Equos tribuunt. Ovid. Fast. IV. 'Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.' Statius: 'Vesper opacus Lunares jam ducit equos.' Ita Bigam et Equos etiam Nocti adsignant. V. N. Pont. I. 2. v. 56. Vel juvencas. Auson. Epist. IV. 'Jam succedentes quatiebat Luna juvencas.' Claudian. de Rapt. III. 403. 'Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna juvencos.' Inferius vs. 361. 'Nunc bigas frenare boves.' Turneb. XXII. 23. Fulgent. mythol. lib. I. 'Bullatum bijugis conscenderat æthera tauris.' Loquitur de Luna. Luciferum etiam equo vehi dicunt. Claudian. II. 121. 'Dum meus humectat flaventes Lucifer agros, Roranti profectus equo.'

345 *Et capitis radios*] Selectissima de Solis radiis congessit vir auro expendendus Car. Paschal. Coron. II. 18.

Verbera dextræ] Ovid. Met. XIV. 822. 'Conscendit equos Gradivus, et ictu Verberis increpuit.' Claudian. de equis Plutonis II. 197. 'Mox ubi pulsato senserunt verbera tergo.'

346 *Equorum*] Adi Hygin. fab. 183. Cæsar. German. in Phænom. Arati p. 198. b. Fulgent. mytholog. lib. I. p. 131.

349 *Post trabeas*] Trabea, vestis, pannorum trabes habebat, eaque equitum erat Romanorum in trans-

vectione: olim Regum, ut Romuli; postea Consulum. Claudian. II. Panegyr. in Stilic. 'Quo tandem flexus trabeas autore rogantes Induerit; fastisque suum concesserit annum.' Turneb. v. 10. et XIII 6. et XXVII. 23. Scholiast. Juven. Sat. VIII. p. 86. b. et Sat. x. p. 92. b.

Eburnam aquilam] Περὶ στεφ. x. 148. Conjunge Turneb. XXII. 12. ubi ait, sceptrum olim fuisse hastam.

Sellamque curulem] Adi Scholiast. Juven. ad Sat. x. p. 95.

353 *Redimita rosis*] Lora cælestis currus illius, quo Sol vehitur, operta sunt rosis, ac proinde purpurea. Paschal. Coron. III. 7.

356 *Eumenidum domina*] Lege Claudian. II. 277. ad finem. Dicta autem est Domina, δέσποινα, absolute. Virg. Æn. VI. 'Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.' vide Girald. hist. Deor. syntag. VI. p. 198. et Turneb. p. 671.

357 *Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina*] Claudian. II. 204. et seqq. Et librum ita exorditur primum: 'Inferni raptoris equos, afflataque curru Sidera Tænario, caligantesque profundæ Junonis thalamos, audaci promere cantu Mens congesta jubet.' Ibi Juno profunda, Proserpina est. Ut Jovis nomen multis tribuebatur. Ita Jupiter Latialis, erat Latius, interprete Festo. Jupiter indiges, Æneas: Jupiter Stygius, Erebi, infernus, Pluto. Sic Juno Lucina, Diana est Juno mulierum, velut genius virorum: Juno inferna, Proserpina: Juno Matuta, Leucothea. At summus Jupiter, Jupiter Imperator, Jupiter præpotens, et Jupiter dicebatur. Sic Juno sine adjectione, et Juno regina. Id eo dico, quod apud Maron. Æn. VI. 138. perspicue Juno inferna, Proserpina est. Dicitur et Diana inferna propter Hecatem, ut reor, quæ etiam Diana est et Proserpina. Unde, 'Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ.' Æn. IV. Papinius Silv. v. 'Detulit infernæ vates longæva Dianæ.' Proculdubio Proserpinam intelligens. Turneb. XXII. 11. et XXVIII. 44. vide et Cic. Verrin. IV. Gyrald. hist. Deor. syntag. VI. p. 195. et seqq. Augustin. D. C. VII. 20. et 28. Hygin. fab. 146. Albric. lib. de Deor. imaginib.

359 *Placatur vaccæ sterilis cervice resecta*] Proserpinæ sterilis attributa victima fuit, quia nec ipsa unquam peperit. Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. ubi et hunc nostri adducit locum. Vel, quia consuetudo erat, ut sterilis vacca animabus mortuorum plerumque mactaretur. Natal. Com. I. 13. et III. 16. Apollodor. l. III. Argonaut.

360 *Et regnare simul cæloque*] Joan. Wouwerius, De umbra c. 7.

363 *Nunc etiam volucres caprearum in terga*] Venationum præses habebatur Diana, ferasque agitare et sagittis configere antiquorum opinione censebatur. Turneb. VI. 2. et VII. 26. et XXVIII. 16. unde capreis et cervis eam gaudere dixit Homer. Iliad. XXI. Eidem capita aprorum et cervorum cornua consecrabantur. Albric. lib. de Deor. imaginib.

365 *Denique cum Luna est*] Gyrald. hist. Deor. syntag. XII. p. 344. Porro, ut Festus scribit, Hecate Diana, et Luna, et Proserpina eadem putabatur. Ibidemque perperam Isidoro hosce tres versiculos transcribit Virg. Æn. IV. 'Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ:' dixisse potuit, quia et pingi fingique triformis solebat, et tribus animalium nominibus vocari gaudebat. Porphyr. l. IV. de non edend. animalib. Ἡ δὲ Ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα μᾶλλον ἐπακούει. Turneb. XXVI. 5. Alii τριμόρφον inducunt et dicunt, 'quod tribus formis ad plenitudinem redigatur Luna; nempe cum curvata est in cornua, cum in orbem sinuata, et cum mense pæne exacto alium habitum assumit; siquidem nunquam circulus ejus im-

pletur,' ut ait Phornutus de nat. Deor. Citat insuper hos versus Germanicus Cæsar in Arati Phænom. ubi de Luna: pag. 199. b. 'Eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina vocatur; i. e. cælestis, terrestris, et infernalis.' De qua quidam: 'Denique cum Luna est,' &c. Item Hygin. de planetis l. IV. pag. 105. b. Fulgent. mytholog. l. II. Meurs. ad Lycoph. p. 203.

366 *Succincta*] Περὶ στεφ. x. 281.

369 *Imperitat Furiis*] Joan. Wouwerius, De umbra c. 7.

379 *Respice terrifici scelerata sacraria Ditis*] Lips. Sat. I. 5. et de Amphitheatro c. 4.

382 *Nam quid vesani sibi vult*] Lips. Sat. I. 14.

384 *Quid pulvis semper caveæ*] Lips. de amphitheatro c. 2.

395 *Taurica sacra*] Quia Plutoni, hoc est, Diti patri, de nigra pecude rem divinam faciebant; eidemque pocula mixta mero et lacte libabant. Tibullus: 'Interea nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula mixta mero.' Horat. Carm. II. 'Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice places illacrimabilem Plutona tauris.' Virg. Æn. VI. 'Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras, Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.' Ad quem locum Turnebus ille Gallorum suo tempore facile eruditissimus, adv. XXVIII. 48. Nocturnas aras inquit, intelligo, in quibus res divina nocte fieret, non interdiu: quod recepti moris et ritus erat in Plutonis sacris. Valerius de Plutonis et Proserpinæ sacris: 'Hostias nigras, quæ antiquis furvæ dicebantur, Tarenti immolavit, ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.' Vide Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. Christoph. Coler. in animad. ad Val. Max. p. 568. Suovetaurilia, inquit, intelligere apparet.

403 *Dis Manibus*] Rostochiensis Academiæ decus, Johan. Kirchman. de funerib. Rom. III. 19. Gyrald. hist. Deor. syntag. VII. p. 206.

405 *Salaria*] Per viam Latinam, quæ ad meridiem vergebat, et Salariam, quæ e regione ad Septentrionem, synecdochice Romanæ urbis totum ambitum intelligit Giselin. Porta autem Collina posterioribus a via, cui imposita erat, Salaria appellari cœpta. Procop. de bell. Goth. l. I. 'Bellisarius interim Pincianam, et proximam huic, ad dextram, Salariam portam tenebat, ut suspectiores et necessarias.' Fabric. Salaria via, extra portam Collinam Romæ, in qua multa sepulchra fuerunt. Latina via, extra portam nominis ejusdem. Fuit autem frequens et celeris, et præ cæteris tumulos multos habuit: quod etiam e Juvenale et Ausonio, et multis inscriptionibus antiquis liquet. Vide Fest. in Salaria.

426 *Nimbosa elementa relinquas*] Jul. Firmic. Matern. de errore prof. relig. p. 11. et 12. et Joh. Wouweren in notis p. 108. Philo lib. de Decalogo.

427 *Omne, quod ex mundo est, tibi subjacet*] Cl. Alex. protrept. p. 15. et 17. Χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος ἐστὶ, γῆ ἐστὶν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα· γῆν δὲ ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα, &c. Vide ibid. p. 18. et seqq.

435 *Si lapis est, senio dissolvitur*] Ψήφει δὲ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος: inquit ille. V. N. Pont. IV. 8. 49. et sup. περὶ στεφ. XIII. 69. et Arnob. plurib. locis.

462 *Duorum Colla tyrannorum*] Fab. 'Tyranni gemini victor, Constantinus M. nominatur:' quia devicit Maxentium et Licinium præliis memorabilibus, neque sine miraculo. Extat in hunc diem arcus triomphalis Constantini de Maxentio, sub radicibus Palatini, amphitheatrum versus, cum inscriptione ejusmodi. Supra arcum:

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO P. F. AVGVSTO S. P. Q. R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS, MENTIS MAGNITVDINE, CVM EXERCITV SVO, TAM DE TYRANNO, QUAM DE OMNI EIVS FACTIONE, VNO TEMPORE IVSTIS REMPVBLICAM VLTUS EST ARMIS, ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT. Intra Arcum: LIBERATORI VRBIS, FVNDATORI QVIETIS. In alia quadam inscriptione, AMPLIFICATOREM VRBIS eundem Constantinum appellatum legimus. Peperit autem hanc de tyranno victoriam anno a nato Christo CCCXIII. ut autor incertus Panegyrici, VIII. Cal. Octobr. De utroque, Maxentio et Licinio, vide Euseb. de vita Constantini.

464 *Agnoscas Regina lubens*] Lips. de Cruce III. 15. A Constantini primordiis, Salutaris nostra Crux cœpta honorari. Causa et origo a victoria contra Tyrannum. Nam cum Maxentium aggressurus esset, *ἀγωνιῶντι διὰ ταῦτα, τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας δι' ἀστέρων ὤφθη κατ' οὐρανὸν, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν 'Ρωμαϊκοῖς στοιχείοις, 'Εν τούτῳ νίκα. 'Εκ χρυσοῦ τοίνυν αὐτίκα σχεδιάσας σταυρὸν κατὰ τὸν φανέντα τύπον αὐτῷ, καὶ τοῦτον κελεύσας στρατιᾶς αὐτοῦ προπορεύεσθαι, τοῖς τοῦ Μαξεντίου συῤῥήγνυται καὶ ὑπερτερεῖ*: 'ambigenti et animo anxio ob ista, figura ei crucis media die, stellis effecta, apparuit in cælo, et scriptura circa eam Romanis literis, In hoc vince. Igitur ex auro statim subitario opere efformans Crucem juxta speciem, quæ apparuisset, et hanc jubens prægredi exercitum, cum Maxentianis prælium commisit, et superavit.' Zonar. in Constantino. Itaque statim victrix illud signum militaribus signis inseruit. Et maxime Labaro, quod inter ea primum. Prudentius ad ipsam Romam: 'Agnoscas Regina lubens mea signa necesse est, In quibus effigies crucis aut gemmata refulget, Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.' Dupliciter Poëta notat Crucem insitam signis, semel in vexillorum purpura, gemmis intextam et impressam: iterum in hastarum vertice superstantem, solido auro formatam. Sed, ut dixi, in Labaro maxime ea conspicua. Hæc ille. Cæs. Baron. tomo IV. Annal. p. 901. Chronolog. Funccii p. 107. Euseb. IX. 9. et de vita Constantini l. I. Osiand. cent. IV. I. 30.

469 *Maxentius*] Nominis Christiani dirus persecutor, cujus facinora h. l. cum indignatione recenset. De ponte Mulvio cadens, in Tiberi periit. Et arcus Constantini, de ipso erectus in vico Suburano prope Amphitheatrum adhuc superest, in urbe; in quo, supino Maxentio cum equo insilit Constantinus victor. De eo scribit autor Panegyrici, qui Constantino dictus est, in hæc verba: 'Ad primum aspectum, primamque impetum totius tui victoris exercitus, hostes territi, fugatique, et angustiis Mulvii pontis exclusi, exceptis latrocinii illius primis autoribus, qui desperata venia locum, quem pugnæ sumserant, texere corporibus; cæteri omnes in fluvium abire præcipites: ut tandem aliquod cædis compendium fessis tuorum dexteris eveniret. Cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam illum cum equo et armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripæ ulterioris evadere, idem Tiberis correptum gurgite devoravit; ne tam deforme prodigium vel hanc obitus sui relinqueret famam, quod alicujus viri fortis gladio telove cecidisset. Et aliorum quidem hostium corpora et arma præceps fluvius volvendo devexit: illum autem eodem, quo extinxerat, loco tenuit.' Fabric. Baron. tom. III. Annal. pag. 104. Chronol. Funccii p. 107. Euseb. IX. 9. Joh. Bapt. Egnatius. Osiand. cent. IV. l. I. 30. Photius in Biblioth. p. 765. et 30. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 15. pag. 218. et part. II. c. 2. pag. 11.

487 *Christus purpureum, gemmanti textus in auro, Signabat labarum*] Lips. de Cruce III. 15. Crux in Labaro maxime conspicua, de quo Prudentius: 'Christus purpureum,' &c. Quomodo Christus? quia et nomen ejus in ipso velo expressum, et crux nihilominus in hasta. Eusebius diffuse, de vita Constant. I. 25. Ὑψηλὸν δόρυ χρυσῷ κατημφιεσμένον, κέρας εἶχεν ἐγκάρσιον, σταυροῦ σχήματι πεποιημένον. ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς, στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο. καθ' οὗ τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον δύο στοιχεῖα, τοῦ Χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα, διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινεν χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον: 'Sublimis hasta auro circumvestita cornu transversum habebat effictum in forma Crucis. Supra vero, in ipso culmine omnium, corona e lapidibus pretiosis et auro contexta infigebatur: juxta quam salutaris appellationis symbolum, duæ literæ Christi nomen exprimentes, per primos duntaxat characteres, littera Græcanica P scilicet decussata et scissa per medium ipso X.' Godschalc. Stewech. ad Veget. II. 18. p. 113. Constantinus Imp. et in cæteris negotiis religionis nostræ devotissimum cultorem se exhibuit; idemque in militiæ disciplina non neglexit. Alii Impp. imagines suas in signis præferri curaverant; hic Labarum in crucis effigiem mutavit; ipsamque crucis figuram hastis præferri curavit. Etiam tabernaculum in exercitu semper habuit, quo se recipiebat, Deo Opt. Max. preces suas oblaturus, ut testantur Historiæ Tripartitæ. Signa quoque clypeorum sui exercitus cruce idem exornari voluit, atque ipsi Labaro Christi nomen adhiberi curavit; teste hic Prudentio. Et paulo ante: 'Agnoscas Regina lubens,' &c. Quod autem Labarum clypeorumque insignia CHRISTI nomine inscripta dicat Prudentius; id arbitror Græcis literis factum fuisse, eo fere modo, quo id repræsentant veteres nummi. inter quos reperiuntur Magnentii, in quibus ipsius effigies cum tali inscriptione: DN. MAGNENTIUS P.F. AUG. in cujus parte versa tale exaratum signum, cum eadem inscriptione:

Nummus Magnentii.



Ignari Græcarum litterarum homines majorem illam litteram mediam putârunt esse P Latinum, cum sit ρ Græcum. Natus antem ex ejusmodi signis error, ut in omnibus fere libris, quibus Ecclesia Romana utitur, nomen Christi scriptum et impressum videamus, hoc modo, Xp̃s, Xp̃i, Xp̃m. Et ad III. 17. Euit in exercitu Romanorum signum militare, quod Labarum vocabant. id signum in multo majore honore, quam alia, propterea fuit, quod semper Imperatorem antecedere, et a militibus adorari consueverat; ut docemur a Sozomeno I. 4. Paulo Diacono l. XI. Vide Cæl. Rhodig. X. 3. Turneb. XV. 16. Photium Biblioth. p. 765. Cæsar. Baron. tom. III. Annal. p. 98. et 99.

488 *Clypeorum insignia Christus*] Lips. ibid. c. 16.

490 *Ipse Senatorum clarissimus ordo*] Jam olim Senatus appellabatur Ordo Clarissimus: sed postea clarissimus poni cœpit ἁπλῶς pro Senator, et ita passim apud Ammian. Marcellin. aliosque historicos, et in utroque Codice. Ita fœminæ clarissimæ sunt Senatorum conjuges, ut apud Tertullian. ad Scapulam, et Augustin. de civit. Dei XXII. 8. et in multis legibus Codicis. Sic etiam Clarissimas ἁπλῶς

nominarunt. Paulinus in Vita Ambrosii: ‘Per idem tempus trans Tiberim apud quandam clarissimam invitatur, ut sacrificium in domo offerret.’ Isaac. Casaubon in Not. ad Lamprid. p. 320. et Vopisc. p. 508. Adisis Lips. de magnitud. Roman. IV. 2.

491 *Qui tunc concreto processit crine*] Squalidus enim sordidus, et productus reorum capillus. Fortunatus de S. Martino lib. IV. ‘Et longa cathena reorum Accrescente coma.’ Vide Erhardi Symbol. ad Petron. p. 680.

509 *Nubila discussit*] Adrian. Isagoge in S. Scripturam p. 14. Τὴν χαρὰν ἤ τοι ζωὴν, φῶς λέγει πολλάκις· καὶ τὴν λύπην ἤ τοι τὸν θάνατον, σκότος· ἀπὸ τοῦ τοὺς μὲν ἐν εὐθυμίᾳ διάγοντας, προβλεπτικωτέρους πως εἶναι ἐν τοῖς πράγμασι· τοὺς δὲ ἐν ἀθυμίᾳ καθεστῶτας, μηδὲ ἐν ποσὶ καθορᾷν δύνασθαι· καὶ τῶν μὲν ζώντων εἶναι τὸ βλέπειν τό φῶς· τοὺς δὲ ἀποθνήσκοντας ἐν σκότει διατελεῖν· &c.

525 *Laurea victoris Marii*] Sallust. de bello Jugur. c. 113. et 114. Ovid. Pont. IV. 3. Plutarch.

528 *Extincto justa inter vincla Cethego*] Sall. Cat. c. 55. Juven. Sat. X.

545 *Pulcherrima mundi Lumina*] Epictetus cum ab Hadriano Imp. interrogaretur, quid esset Senatus, ‘Ornamentum,’ dixit, ‘urbis, splendor civium.’ Sic legati a Pyrrho interrogati, quid de Romanis sentirent, responderunt: Urbem sibi templum visam, Senatum vero Regum consessum. Petronius vocat Senatum ‘recti bonique præceptorum:’ Cicero, ‘principem salutis publicæque mentis.’ Ammian. Marcellin. ‘asylum mundi totius.’ P. Brosseus ad Cassiod. p. 402.

547 *Candidiore toga*] Lips. Elect. I. 13.

553 *Generosus Anicius*] Videsis Cæs. Baron. tom. IV. Annal. p. 897. et seqq. itemque tom. III. pag. 112. et 113.

563 *Jure potestatis fultos*] Lege Augustin. D. C. II. 22. et III. 24.

575 *Gentilibus obsita nugis Ingenia*] Benbellon. in Suscitab. parte I. c. 13. pag. 184.

578 *Splendentemque die medio non cernere Solem*] Homer. Odyss. XI. de Cimmeriis: Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ᾽ αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

581 *Omnis, qui celsa scandit cænacula, vulgus*] Turneb. XIII. 11. Homines Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed et erant, qui cænaculariam faciebant. Itaque pauperes cænacula conducebant, cum in suo non habitarent. Juven. Sat. X. ‘Rarus venit in cænacula miles.’ Horat. Epist. I. 1. ‘Quid pauper? ride, cænacula mutat.’ Qui autem omnium tenuissimi erant, cænacula tegulis proxima conducebant. Sueton. de Orbilio in lib. de illust. Gramm. ‘Namque jam persenex pauperem se, et habitare sub tegulis, quodam scripto fatetur.’ Martial. Epig. I. 162. ‘Et scalis habito tribus, sed altis.’ Significat enim, se ultimo cænaculo habitare, sub tegulas. Vide eundem Turneb. IV. 15.

582 *Quique terit silicem variis discursibus atram*] De lectica Lips. Elect. I. 19. Vide et cent. miscell. Ep. XI. Hinc apud Catull. Epig. XII. Ad lecticam homines, lecticarii sunt, quos habere soliti erant Bithyniæ reges, et invenerant. Cicer. Verrin. VII. ‘Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat pellucidus Melitensi rosa farctus.’ Turneb. XXIII. 6. XXIV. 5. XXIX. 24.

583 *Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis*] Gradilis panis quibusdam in gradibus plebi Romanæ dividi viritim quotidie solebat. Turneb. XI. 6. et XXVI. 34. Lips. Elect. I. 8. et de magnit. Rom. II. 10. Cujac. observat. XXVI. 17.

585 *Quo cinis ille latet*] D. Petrum sepultum esse in Vaticano, ostendit hic Prudentii locus. Sed quod ad

loci spectat faciem, fuisse illam partem Vaticani olivis feracem, et fonte irriguam; idem Prudent. docet Peristeph. XII. 31.

580 *Lateranas ædes*] Baron. tom. III. Annal. pag. 115.

596 *Fastorumque arce potiti*] Sic Val. Max. IV. 4. Poplicolam, Fastorum columen indigitat, quia primus Cos. fuit, aut supremo loco in Fastis potitus. Christ. Coler. ad Val. Max. p. 546.

606 *Tercentum sensisse senes*] Certum esse senatorum numerum oportebat, consentientium, ut legitimum Senatusconsultum fieret. cum enim ordo infrequens erat, nec numerum legitimum implebat, per infrequentiam Senatusconsultum fieri non poterat, aut cum frequens, nisi ad certum numerum consentirent in unam sententiam. ea de re scribit h. l. Prudentius, qui et trecentorum numerum definit. Confer Lips. de magnit. Roman. IV. 2.

607 *Infirma minoris Vox cedat numeri*] Major enim pars concludit; ut est in proverbio. Pertinet huc illud Hegesippi V. 15. 'Lex nempe naturæ eadem omnibus hominibus, volatilibus, feris, bestiis infusa, ut unusquisque cedat potentiori.' Plura hunc in sensum require apud ingeniosissimum P. Fabrum Semest. II. 2.

612 *Qua vocat egregii*] Benbell. in Suscitab. part. II. cap. 12. pag. 84.

629 *Iliacæ matris Megalesia*] Gyrald. histor. Deor. Syntagm. XVII. pag. 472.

Bacchica] Gyrald. ibid. p. 473.

Nysi] Nonn. Dionys. IX. pag. 250. *Λοχευομένῳ δὲ Αυαίῳ Πατρῴην ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην τοκετοῖο, Κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων Ἤϊε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ· Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει.* Alias etymologias conscripsit, decus et amor noster, Rittershusius, ad Oppian. Cyneget. I. 27. et Macrob. Sat. I. Hygin. fab. 167.

630 *Isidis amissum semper-plangentis Osirim*] Lactant. I. 21. Plut. de Iside et Osiride. Jul. Firmic. Matern. de errore profan. relig. pag. 4. et seqq. Scholiast. Juvenal. ad Sat. VIII. illa verba: 'Exclamare libet, populus quod clamat, Osiri Invento.' Gyrald. hist. Deor. Syntagm. VIII. pag. 271. Lucianus de Dea Syria. Appian. lib. IV. de bello civili. Euseb. præparat. Evang. II. 1. Per Osirim autem, Apim bovem intelligunt, quem colunt Ægyptii veluti Osiridem: teste Plin. VIII. 46. Et forte Hebræi in cultu vituli Ægyptios idololatras imitati sunt. Ægyptus enim idololatriæ mater appellatur, in Decret. causa quæst. XXVI. 2. Sed et illud. Apud Athenæum Anaxandrides sic alloquitur Ægyptios, l. VII. *βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.* Meminit et Aristot. Eudemior. I. 5. Herodot. in Thalia. Oros. XI. 8. Cl. Alexand. Strom. I. pag. 139. et protrept. p. 11.

633 *O linguam*] Benbell. in Suscitab. part. II. c. 8. pag. 50.

642 *Splendorem nitidi dentis*] Basil. Seleuc. orat. I. in Noam: *Καθάπερ χρυσὸν ἐν βορβόρῳ θεωρήσας ἀστράπτοντα, καὶ θησαυρὸν ἀρετῶν ἐν δυσώδεσι τάφοις κρυπτόμενον.*

644 *Ne me nimium confidere quisquam Arguat*] 'Qui sua metitur pondera, ferre potest;' ait poëta. Eleganter Menander: *Τὸ γνῶθι σαυτόν ἐστιν, ἂν τὰ πράγματα Ἴδῃς τὰ σαυτοῦ, καὶ τί σοι ποιητέον.*

658 *Ne tractum sine fine ferat fastidia*] Pindari vox est, Pyth. X. *γλυκὺ ἀνθρώπῳ τέλος.* Diogenes, cum prolixum volumen recitans eo tandem pervenisset, ut libri finem videret: 'Bene,' inquit, 'amici, *γῆν ὁρῶ*, terram video.' Iterum Dircæus Olor, Nem. VII. *Ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ· κόρον δ' ἔχει Καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια.* Ibid. od. X. *ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.* Pyth. I. *Ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει Αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.* Arnob. l. IV.

'Ne forte prolixitas fastidium audientiæ pariat, cessabimus ire per singula.' Cassiodor. Epist. III. 21. 'Humanæ consuetudinis mos est, ut fastidium præstet omne, quod satiat.' Et VII. 36. 'In continuatione rerum magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa, quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt. non immerito: quia cum sit homo commutabilis, naturæ suæ desiderat, habere qualitates.

AD LIB. II. CONTRA SYMMACH.

PRÆF. 6 *Captans flamina linteis*] Salvian. lib. I. de gubernat. Dei: 'Gubernator navigans et auras captans, et saxa vitans, et astra suspiciens.' Ita Æn. III. 513. 'Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes Explorat ventos, atque auribus aëra captat.'

11 *Clamor nauticus æthera ferit*] *Βοὴ ἵκετο αἰθέρα δῖον*. Homer.

13 *Cum stridore rudentium*] V. N. Trist. I. 3. vs. 111. Robortell. in Face Gruteri Crit. tom. I. p. 1444.

18 *Calcantem pedibus mare*] Cathem. IX. 49. *περὶ στεφ.* X. 945. Apoth. vs. 721.

38 *Qui sit non stabili fide*] Περὶ στεφ. IV. 61.

56 *Quo nunc nemo disertior*] Fuit enim Symmachus revera *ἀνὴρ δεινὸς, καὶ πολλῶν ἔμπειρος, καὶ περὶ τὸ λέγειν γεγυμνασμένος*, ut loquitur Isocrat. in Panathen.

LIB. II. 7 *Armorum dominos*] Constantini filii fuerunt, Constantius et Constans, boni patris partus dissimilimi. Constantius cæsus, et in flumen projectus est: Constans cum domo, in quam fugerat, crematus: interitu ipsorum nemo doluit. Autor incertus ita canit de patre et filiis, quasi præsagio quodam: 'Hoc melius fœtu terris nihil ante dedisti, Nec dabis; exæquent utinam sua pignera patrem.' Fabric.

18 *Victoria dulcis Fortibus*] Sophocles Philoct. *Ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν.* Oppian. Halieut. IV. 105. *Νίκης γλυκύδωρον κράτος.* Eurip. in Bacchis vs. 877. *Τί τὸ σοφὸν, ἢ τὸ κάλλιον Παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς, Ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς Τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν; Ὅ, τι καλὸν, φίλον ἀεί;*

28 *Rutilas Victoria pennas*] Drepan. Pacatus panegyr. 'Recte profecto germana illa pictorum poëtarumque commenta Victoriam finxere pennatam; quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus.' Porphyrius: *Τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τήν τε Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα καὶ τὸν Ἑρμῆν.* Augustin. de C. D. IV. 14. et 17. Turneb. III. 12. et XXVII. 2. Ovid. Amor. III. 2. Matth. Schickerad. in epist. Crit. lit. D. I.

40 *Jure poëtarum*] Simonides, autore Plutarcho, *τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσηγόρευσεν, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν.* Confer P. Victor. Var. Lect. XXII. 24.

47 *Cognatumque volunt figmenta Camœnæ*] Gifan. in Ind. Lucr. p. 342. [v. *fac.*] 'H. e. idem volunt figmenta Camœnæ Egeriæ. 'Egeriam Camœnam,' quia grata Camœnis. Ovid. Fast. III. 'Egeria est, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis: Illa Numæ conjux, consiliumque fuit.' Eodem ergo pertinet figmentum illud Numæ de Egeria. Trinam autem potestatem fallendi vocat picturam fingendique artem, superstitionem, et poësim. Hinc omnia idola extitisse. 'Convaluit' mire usus est, q. v. d. tria illa simul fecerunt ut valerent, i. e. effecerunt, et confirmarunt. Ita fere et alibi eo utitur verbo in Hamartig. vs. 190. 'Viderat argillam, simulacrum et structile flatu Convaluisse Dei.' Sic v. l. vulg. *concaluisse.* Deinde quasi occupatione: Hæc si non ita sunt: si, inquam, ea non est origo idolorum; si ab illis tribus, poësi maxime et pictura ac fingendi arte ea non manarunt; cur sacra vobis ex tabulis (s.

pictis) cerisque, hoc ad fingendi artem, &c. Cur, inquam, Berecynth. &c. ita ab exemplo confirmat, cur ergo Galli Cybeles se excidunt: *cum*, i. e. nisi quia (observa usum particulæ 'cum,' ut et mox) poësis castraverit Atym? quod est, ex fabulis poëticis cognoscitur, Atyn castrasse se. Et certe ad ejus exemplum, Catullo etiam teste, sibi virilia amputabant Galli testa Samia. Deinde, cur etiam templo Triviæ, &c. aliud argumentum ab exemplo elegantissimum. Cur a templo Dianæ arceantur equi, *cum*, i. e. nisi quod Musa seu poësis pudicum illum Hippolytum raptarit, h. e. raptatum faciat volucri et celeri cursu equorum, atque ita dilaceratum miserrime; illum, inquam, juvenem venandi studiosissimum, eaque de causa Dianæ gratissimum? Hinc apud Ovid. Fast. III. 265. ubi de nobili illo Dianæ Nemorensis luco: 'Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum: Unde nemus nullis illud aditur equis.'.... Postremo ait ex ipso pariete Dianii, in quo depictam innuit fuisse hanc de Hippolyto historiam, satis perspicuum esse, quod dixerat,' &c.

51 *Cur Berecynthiacus perdit truncata*] Περὶ στεφ. x. 1066. Fulgent. mytholog. lib. III. mihi p. 143.

54 *Cum Musa pudicum Raptarit*] Muret. Var. Lect. I. 12. Seneca Hippol. Græc. Epigramm. Σωφροσύνη καὶ Ἔρως κατεναντίον ἀλλήλοισιν Ἐλθόντες, ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι. Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱππολύτοιο, Ἱππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη. Ovid. Met. XV. 497. Virg. Æn. VII. 765.

62 *Suspende exuvias*] Polyb. lib. v. Ἔν τε ταῖς οἰκείαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς. Adi Lips. de Milit. Rom. l. v. Dial. 17. et notas Trist. III. 1. vs. 33.

72 *Sic urbibus adfert Hora diesque suum*] P. Gregor. Tholos. de Repub. XXI. 3. n. 18.

74 *Aut fatum, aut genium*] Turneb. adv. XIII. 12. P. Faber Semest. I. 9.

85 *Uno omnes sub sole siti*] Ambros. Hexaëm. v. cap. 8. 'Omnibus in commune elementa donata sunt: patent æque divitibus atque pauperibus ornamenta mundi.'

99 *Quippe minor natura*] Apoth. vs. 901.

125 *Nam quantum subjecta*] Hesiod. Theogon. Ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, Lucr. IV. 419. 'A terris quantum cœli patet altus hiatus.' Theodoret. Gr. Aff. I. 'Ita et Astronomis credunt, qui ad eorum scholas accedunt, cum videlicet vel astrorum numerum colligunt, vel intercapedines metiuntur, quibus a se invicem distant; quotque insuper stadiorum millia cælum, quod oculis intuemur, a terra subductum sit. Cumque in ea tradenda dimensione, magna sit inter Astronomos differentia: alii siquidem quadringenties septuagies dena stadiorum millia interesse aiunt, alii pauciora, nonnulli vero etiam multo plura: suis tamen discipuli præceptoribus se accommodant, creduntque ita rem esse, sicut ab illis dici audierunt.' Vide Bodin. in Naturæ theatro lib. v. et alios.

142 *Ne torpens, et non exercita virtus*] Arrian. dissert. Epictet. IV. 3. Isidor. Pelus. Ep. III. 93. et 96. Notas Pont. I. 6.

146 *Vincenda voluptas*] Lactant. VI. 22. Nilus in parænet. n. 227. Μακάριος, ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν. τρέμουσι γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην οἱ δαίμονες.

149 *Inter acerba sectandum virtutis iter*] Eurip. Ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.

156 *Et externos animum diffundat in agros*] Basil. M. homil. εἰς πλουτοῦντας.

180 *Judex corrumpitur auro*] Divine Aristoteles ad Alexandrum apud Galterum I. 115. 'Si lis inciderit, te judice; dirige libram Judicii: nec flectat amor nec munera palpent: Nec moveat stabilem personæ acceptio mentem,' &c.

Judex corrumpitur auro] Supra περὶ

στεφ. x. 655. et 657. Jacob Magnus Sopholog. VIII. 1. 'Non possum neque debeo silentio præterire aviditatem ingluviemque quorundam leguleiorum, quo jura venditant, quo pauperes opprimunt, inopis causam derelinquunt, cum judice corrupto clam conjurant, et palam consentiunt, apud egentes et nil æris habentes se mutos reddunt, occupatos se clamant, collum fasciis obstringunt, morbum Demosthenis fingentes; adversus hanc corruptelam Petronius cecinit Arbiter. Amore justitiæ nequaquam excitantur ad operam, sed talpis segniores virtutis vexillum ut desertores fugiunt. Ubi autem lucrum apparuerit, splendor auri dolosusque nummus refulserit, ubi sapor vini et pretiosi muneris adorea narium fores pulsarit; non solum codices et cartas, sed et pedes, manus, os, linguam, totamque corporis substantiam promittunt.'

195 *In ipsis Seminibus, natura docet revirescere*] V. N. ad Dracont. vs. 477. Ambros. de interpellat. cap. 7. et de resurrect. fide cap. 11. sup. Cathem. x. 121. Cyprian. contra Demetrian. p. 142.

220 *Ipse ego sum, virides oleas*] Deut. XI. 14.

221 *Graia quas Pallade fingitis ortas*] Olea Minervæ sacra est, autore Plin. lib. XII. Hygin. fab. 164. Unde et Palladia arbor cognominatur a poëtis, ut apud Silium lib. I. Ideo autem illi fuit consecrata; vel quia signum pacis erat. Virg. Æn. XI. 101. 'Velati ramis oleæ, veniamque precantes.' Et VIII. 116. 'Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.' Statius Theb. XII. 492. 'Supplicis arbor olivæ.' Ovid. Pont. I. 1. 'Pacatæ ramus olivæ.' Ubi V. N. vel quia semper viret olea, oleumque adeo nihil admixtum habet jucundi. Plin. XVI. 44. Theophrast. IV. 15. Aristot. de mirabilib. auscultat. Hinc Pallas accipi pro ipso solet oleo. Ovid. Trist. IV. 5. 'Anima hæc moribunda revixit; Ut vigil infusa Pallade flamma solet.'

246 *Et quæ saxa Paros secat*] Marmorum genera præstantissima, et distincta coloribus, quinque enumerat: Parium candidum, Numidicum flavum, Laconicum viride, Ægyptium purpureum, Sinnadicum maculosum. Isidorus Orig. XVI. 5. Plin. XXXV. 1. Virgil. Paron insulam appellat niveam. Martial. in balneo Tuccæ: 'Quod Phrygia Sinnas, Afra quod Nomas mittit, Et quod virenti fonte lavit Eurotas.' Statius lib. II. Silv. Surrentin. Pollii: 'Hic Graiis penitus desecta metallis Saxa. Quot Eoæ respergit vena Syenes, Sinnade quot mœsta Phrygiæ fodere secures Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto Candida purpureo distinguitur area gyro. Hic et Amiclæi cæsum de monte Lycurgi Quod viret, et molles imitatur rupibus herbas. Hic Nomadum lucent flaventia saxa, Thasosque, Et Chios, et gaudens fluctus spectare Caristos.' Idem Silv. I. Epithalam. stellæ: 'Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum Saxa virent: hic flexus Onyx, et concolor alto Vena mari, rupesque nitent; queis purpura sæpe Œbalis, et Tyrii moderator livet aheni.' Item ibid. baln. Etrus. et IV. Silv. Epulo Domitiani. In templorum ornamentis eædem species adhuc extant Romæ et Senis, inquit Fabric. ex antiquitate passim collectæ et reservatæ.

249 *Templum mentis amo*] Supra περὶ στεφ. x. 346. Lactant. divin. Inst. epitome cap. 3. 8. 9. de falsa relig. I. 20. v. 8. et VI. 2. Cl. Alexand. V. Strom. scribit, præ foribus templi in Epidauro inscriptum fuisse versum: 'Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἔντος ἰόντα Ἔμμεναι. Ubi postulatur quidem ab intrantibus mentis integritas; sed unde petatur, inscriptio illa docere intrantes non potest. Ibidem Epicharmus Comicus vitam æternam pollicetur

mentis puritatem afferentibus: Εὐσεβὴς νῷ πεφυκὼς, οὐ πάθοις γ' οὐδὲν κακὸν κατθανὼν, ἄνω τε πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν.

253 *Pudor almus*] Nilus in parænet. n. 85. Ἀκακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ, καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι. ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται.

263 *Seque inclinavit ad orbis Divitias*] Sup. περὶ στεφ. x. 375.

272 *An veterem tantum morem*] 'Fugiamus consuetudinem,' ait Cl. Alex. protrept. 'fugiamus tanquam scopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabulosas Sirenas. Suffocat hominem, a veritate avertit, abducit a vita, est laqueus, est barathrum, est malum ventilabrum consuetudo.'

281 *Quicquid posterius successor*] Cic. Acad. Quæst. I. 'Recentissima quæque sunt correcta, et emendata maxime.'

284 *Iligneis melius saturatur glandibus alvus*] Ante fruges repertas, glandibus ceu pane victitasse poëtæ fabulantur. Virg. Georg. I. 'Chaoniam pingui glandem mutavit arista.' Et paulo inferius: 'Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit, cum jam victum Dodona negaret.' Ovid. Fast. V. 'Quernaque glans victa est utiliore cibo.' Plin. VII. 56. et XVI. procem. et ibid. c. 5. et 6. Pausanias in Arcadicis Pelasgo assignat inventum, non quernis sed faginis vescendi glandibus: fuitque Arcadibus tam diuturnus glandium cibus, ut Apollo hunc illis, in oraculo Lacedæmoniis dato, victum attribuerit: πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, &c. Alexand. ab Alexandro III. 11. Ælian. Var. Hist. III. 39. Erasm. adag. ἄλις δρυός. Boëth. II. Met. 5. Apollon. Argonaut. l. IV. Artemidor. Onirocrit. II. 25.

285 *Primi homines cuneis scindebant fissile lignum*] Veteres non securibus, sed cuneis ligna scindebant. Coler. ad Val. Max. p. 605.

289 *Redeamus ad antra*] Lucr. V. 1415. 'Posteriorque fere melior res, illa reperta Perdit, et immutat sensus ad pristina quæque. Sic odium cepit glandis: sic illa relicta Strata cubilia sunt, herbis et frundibus aucta. Pellis item cecidit, vestis consumta ferina est,' &c. Vide ibid. vs. 939. Arnob. lib. II. mihi p. 92. 'Quid enim si hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquissimis seculis, quod inventis frugibus glandes spreverint et repudiaverint arbuta, quod corticibus contegi, et amiciri desierint pellibus, postquam vestis excogitata est textilis, usu et commoditate succinctior? aut quod structis domibus, et lautioribus successibus institutis, non antiquas adamaverint casulas, nec sub rupibus et cavernis præoptaverint, ut beluæ, permanere? Commune est omnibus, et ab ipsis pæne incunabulis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, et quod esse constituerit pretiosius, lætius id consectari et petere: in eoque defigere spem salutis, et salutarium commodorum.'

294 *Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum de ponte*] Cicero pro Sex. Roscio: 'Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorum LX. de ponte in Tiberim dejecerint.' Varro in Sexagesi: 'Vix ecfatus erat, cum more majorum ultro casnares arripiunt: de ponte in Tiberim deturbant.' Non. Marcell. Ovid. Fast. V. 620. Proverb. 'Sexagenarios de ponte.' item, festivum epigramma apud Erasm. adag. 'Risus Sardonius.'

296 *Cædibus infantum fument Saturnia sacra*] Augustin. de C. D. VII. 26. Tertullian. apologet. cap. 9. et adversus Gnosticos. Justin. Mart. apolog. I. Plin. XXXVI. 5. Johan. a Wouwer ad Minuc. pag. 160. Plato in Minoë. Cæl. Rhodigin. XIII. 23. Plut. de superstitione. Theodoret. Græc. affect. lib. VII. Origen. lib. V. contra Cel-

sum. Plut. de sera Numinis vindicta.

300 *Pelle Libystidis ursæ*] Turneb. xxviii. 19. Multis abundat feris Libya; ideoque inde pulcherrimæ solebant adferri pelles. Δέρμα, inquit Hesychius, Λέβυκὸν, ὡς κάλλιστον. ideo Libycæ pelles pro pulchris ponuntur. Virg. Æn. viii. 'Effultum foliis, et pelle Libystidis ursæ.'

315 *Tardis semper processibus aucta Crescit vita*] Lucret. v. 1389. 'Sic unumquicquid paullatim protrahit ætas In medium, ratioque in luminis eruit oras.' Idem ibid. vs. 334. et 1106. et iii. 979. Senec. de benefic. iii. 29. Cic. 'Omnium rerum parva sunt principia, quæ suis tamen usæ progressionibus augentur.'

318 *Infantia repit*] Senec. ep. 122. Lucr. l. iii. vs. 346.

322 *Ultima consiliis melior*] Tiraquell. tom. i. de jure primigen. præfat. Manil. ii. 842.

326 *Ceu quadrupes*] Sphingis ænigma illud docet, quod allegat Scholiastes Euripid. in Phæniss. hunc in modum: Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή, Καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον. Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ, Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ. Ille vel ad veterem elegans Græciam Rhodomanus ita vertit: 'Quid pedibus binis, trinis, graditurque quaternis? Cui vox una, unam quod mutat tempore formam, E cunctis, quæ pascit humus, fert pontus et aër. Promovet at multo cum se pede, tardior illi Est gradus, exiguæque latent in corpore vires.' Explicat id etiam Diod. Sicul. iv. 6. Vide et Natal. Comit. ix. 18. Hygin. fab. 67. Palæphat. lib. i. pag. 113.

345 *Posuisse in collibus aras*] Adi, si libet, Natal. Comit. i. 10.

351 *Bimaris Corinthi*] Muret. Var. Lect. i. 7. Sidon. Apollinar. Panegyr. Anthem. vs. 475. 'Tendis et in bimarem felicia regna Corinthon.'

353 *Quamdam victa dedit capitis Cleopatra canini*] Propert. lib. iv. de Cleopatra: 'Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim, Et Tiberim Nili cogere ferre minas, Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.' Arnob. lib. vi. 'Anubis canina cum facie.'

354 *Capitis canini*] Carol. Paschal. Coron. ix. 26.

355 *Cornutas facies*] Carol. Paschal. Coron. x. 4.

356 *Roma triumphantis quoties*] Saresber. viii. 7. p. 480.

394 *Fluxit ab uberibus*] Hyginus fab. 252. Propert. ii. 6. Ovid. Fast. ii. Lactant. i. 20. Supra περὶ στεφ. x. 611.

396 *An cum vulturibus*] Plin. x. 6. et xx. 7. Rhodigin. xxviii. 8.

415 *Regius exortam jam tunc habuit*] Lucr. v. 1137.

430 *Caput augustum diademate*] Paschal. Coron. ix. 16.

461 *Aut cur rubrica minetur*] Turneb. iv. 5.

470 *Nemo nocens, si fata regunt*] Panegyr. Constantino Const. fil. dictus: 'Usurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia, quæ tamen plerunque etiam a sapientibus asseruntur. Neminem hominem peccare, nisi fato, et ipsa scelera mortalium actus esse fortunæ: contra autem, Deorum munera esse virtutem.'

479 *Seque altius effert Sideribus*] Scite Chrysost. Homil. xxii. in Epist. ad Hebræos: Παντὸς πτεροῦ κουφότερος καὶ ὑψηλότερος ὁ ἡμέτερος νοῦς. ὅταν δὲ καὶ τὴν παρὰ τοῦ πνεύματος λάβῃ χάριν, βαβαὶ, πόσον ἐστὶ ταχὺς, πῶς ὀξὺς, πῶς πάντα περινοστεῖ, πῶς οὐ καταφέρεται οὐδὲ καταπίπτει πρὸς τὸ βάθος; ταῦτα κατασκευάσωμεν ἡμῖν τὰ πτερά. διὰ τούτων καὶ τὸ πέλαγος διαπτῆναι δυνησόμεθα τοῦ κλύδωνος τοῦ παρόντος βίου. Vide Apotheos. vs. 874. Pisides hexaëm. vs. 730. Ἢ πῶς μέγιστον ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔφυ, Καὶ τῶν ἀδήλων ὀπτικοὺς ἔχει πόρους· Καὶ νῦν μὲν εἰς γῆν ταῖς ἐνεργείαις μένει, Νῦν δὲ πρὸς

αὐτὸν ἅλλεται τὸν αἰθέρα· Καὶ πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἥλιον φθάσας, Τὰς τῶν ἄνω τε καὶ κάτω ζητεῖ φύσεις, &c. Καὶ πολλὰ κάμνει, καὶ τὸν ἔσχατον πόλον Δοκεῖ παρελθεῖν, &c.

491 *Pallas ut Argis*] Pallas Argiva σάλπιγξ dicebatur, et colebatur Argis; de qua Eustath. in Iliad. vi. Gifan.

492 *Cynthius ut Delphis*] Lactant. de falsa relig. i. 15.

514 *Corybantibus*] Natal. Com. ii. 1. p. 81. et 82.

523 *Laurum Cytharœdi*] Hygin. fab. 203.

524 *Silvicolæ*] Pro *Fauno;* per ἀντονομασίαν. Fabric.

Arcumque puellæ] I. e. Dianæ. i. in Symmach. 364. Juven. Sat. xiii. 'Per calamos venatricis pharetramque puellæ.'

527 *Signum Symphonia belli*] Symphoniaci et cantores apud Ægyptios maxime in usu. Vide Lindenbrogium ad Catalecta Scal. p. 336.

530 *Liburnas*] Turneb. xii. 14.

533 *Quem miserat Algidus*] Quomodo Horat. Algidum, xii. pass. millibus ab urbe distantem, dixit nivalem; ita hic eidem tribuit gelidum axem; et per eum Synecdochice totam Italiam, unde exercitus Octavii collectus erat, intelligit. Giselin.

543 *Num Diomedis item tentoria*] Capto Ilio, Diomedes et Ulysses Græci Palladium ex arce sustulerunt. Augustin. de Civit. Dei i. 2.

546 *Aut quoties ductor Macetum*] Q. Curt. in sua hist.

556 *Stantesque duces in curribus*] I. e. statuas triumphales.

561 *Si Brennum, Antiochum*] Romanorum hostes potentissimi memorantur, Brennus, dux Gallorum; Antiochus, Syriæ rex; Perses, Macedoniæ; Pyrrhus, Epiri; Mithridates, Ponti: qui magna ab ipsis gloria devicti sunt, a Camillo Brennus; ab Attilio Antiochus; ab Æmilio Perses, qui etiam in triumpho ductus est; a Fabricio Pyrrhus; a Pompeio Mithridates, qui annos cum Romanis quadraginta bella gessit. Brennus periit suo in se gladio usus, Antiochus familiarium ense, Perses in hostili carcere, Pyrrhus ictu tegulæ, Mithridates veneno: quas pœnas sacrilegii, superbiæ, parricidii, cupiditatis, tyrannidis non intulerunt ipsis a Prudentio recte irrisa numina, sed justa et vindex Dei justissimi et omnipotentis ira. Fabric.

565 *Corvinum*] Ovid. Fast. i. 'Aut corvi titulos auxiliaris habent.' Plut. in Mario Plin. vii. 48. Agell. ii. 9.

568 *Infaustas tegerent cum funera Cannas*] De strage et clade Cannensi, Polyb. v. 18. Strabo in fine lib. vi. Lactant. ii. 17. Frontin. ii. 5. Oros. iv. 16. Valer. Max. i. 1. et 2. item ii. 2. et passim. August. de C. D. iii. 19. Sil. Ital. l. ix. per totum. Livius Dec. 3. l. ii. Scholiast. Juven. Sat. viii. Florus ii. 6.

570 *Cornice vel oscine parra*] De superstitione, quæ in auguriis, consulantur Livius, Horatius, Plutarchus. In recentiorib. Alexander ab Alexandro, Tiraquellus Peucerus. Eleganter Varro irridet inscitiam an dementiam Romanorum, 'Deos ociosos et feriatos fore,' inquiens, 'si sua consilia corniculæ crederent aut corvo, hominibus judicanda.' Mordacius hic Prudentius. Mich. Piccartus Philosophus et Philologus eximius, lib. Periculorum Criticorum singulari cap. 6.

572 *Tercentum Fabios*] Livius l. ii. dec. 1. Ovid. Pont. i. 2. et Fast. ii. 195. Valer. Max. ix. 11. appellat, 'trecentorum inclitæ gentis virorum stragem.' Turneb. adv. ix. 29. Senec. de benef. iv. 30. et v. 3. Agell. xvii. 21. Florus i. 12. Silius ii. 3.

573 *Carris Advolitans, prænuncia Crasso*] Florus iii. 11. ibique Joh. Camertes. Plut. in Crasso. Strabo l. xvi. Ovid. Fast. vi. Eutrop. l. vi. Oros. vi. 13. Appian. in Parth. Ammian. Marcell. l. xxiii. Dio l. xl.

575 *Paphiam niveæ vexere columbæ*] Columbæ in Veneris tutela putabantur esse; ut et passeres et olores. Ideo vehiculum Veneris ab hisdem trahi finxerunt. Et Columbas Veneri esse sacras aves, Latinus etiam Poëta testatus est his verbis: 'Tum maximus heros Maternas agnoscit aves.' Et Apollodorus in lib. περὶ Θεῶν tradit, dicatam esse Veneri columbam, quod libidinosa inprimis sit avis. Unde quoque ipsi nomen impositum sit in Græco sermone a copioso coitu et, ut loquitur, παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν, cum vocetur ab illis περιστερά. P. Victor. Var. Lect. III. 15. De passerib. Sappho, decima illa a Græcis Musa appellata: Ἄρμ' ὑποζεύξασα, καλοὶ δέ σ' ἆγον Ὠκέες στρουθοὶ, πτέρυγας μελαίνας Πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράν', αἰθέρος διὰ μέσσω. De Oloribus, Statius: 'Amycleos ad frena citavit olores.' Et Silv. III. coma Ear. 'Idalios Erycis de vertice lucos Dum petit, et molles agitat Venus aurea Cycnos.' Ibidem: 'Sic orsa, leves secum ipsa per auras Tollit, olorinaque jubet considere biga.' De Columbis, Anacreon εἰς περιστεράν. Statius Silv. III. ad Claudiam 'Dioneam columbam' appellat.

581 *Ductaque per mediam spoliorum fercula*] Lips. in Commentar. ad Plin. Panegyr. p. 44.

585 *Discordes linguis populos*] Supra περὶ στεφ. II. 417. Lips. de magnitud. Roman. I. 2. et seqq.

589 *Quo corda hominum conjuncta teneret Relligionis amor*] Eleganter noster Stigelius: 'Utque alios alii de relligione docerent, Contiguas Pietas jussit habere domos.'

604 *Tagus aurifluus*] Statius Silv. I. Tiburtino Manlii: 'Cujus stagnantia rura Debuit et flavis Hermus transcurrere ripis, Et limo splendente Tagus.' Plin. IV. 22. et XXXIII. 4. sup. περὶ στεφ. II. 193.

Magnus Iberus] Plin. VI. 10. Supra περὶ στεφ. I. 4. Benther. in Disceptat. histor. p. 320.

605 *Corniger Hesperidum*] Plin. III. 5. Isidor. orig. XIV. 4. Dionys. in descript. orbis vs. 350. Aliqui intelligi autumant Eridanum; quo de Georg. IV. 371.

606 *Ganges*] In sacris Physon nominatur. Isidor. orig. XIII. 21. Cic. de N. Deor. II. Dionys. in descript. orbis vs. 625. M. Minuc. in Oct. p. 87. Alcim. Avit. I. 291. Q. Curt. l. VIII. Ælian. de nat. animal. XII. 28. Ovid. Trist. V. 4. et Met. IV. 21. Virg. Æn. IX. Victor Massiliens. in Genesin I. 258.

Septem ostia Nili] Nomina ostiorum Nili enumerat Ammian. Marcellin. l. XXII. Plin. V. 10. quem vide ibid. c. 9. Ovid. Met. V. 'Septem discretus in ostia Nilus.' Et l. XV. 'Perque papyriferi semptemflua flumina Nili.' Et Amor. II. 13. 'Quaque celer late Nilus delapsus ab alveo Per septem portus in maris exit aquas.' Et Eleg. V. 'Ille fluens dives septena per ostia Nilus.' Vide Herc. Ciofan. ad Met. IX. p. 189. Plura de eodem P. Faber Semest. III. 15. Alcim. Avit. I. 263. Herodot. in Euterpe. Apollon. l. IV. Jovius lib. XV. hist. Lucret. l. VI. Solin. c. XXXV. In Notis ad Victorin. Massiliensem in Genes. I. 267.

622 *Nam locus esse Deo*] Imperia itaque debent esse hospitia Ecclesiæ, et præsidia piorum: quale fuit Theodosii, Constantini, Caroli Magni, et aliorum paucorum. Fabric.

625 *Sic incompositos*] Sup. Psychom.

646 *Ut Tragicus Cantor ligno tegit ora cavato*] Tragici primum nuda ora perungebant fecibus vinaceis, a quibus nonnulli Tragœdiam nomen accepisse opinantur, quasi τρυγῳδίαν: post ab Æschylo reperta persona, cujus operimento caput et os tectum undique. Hinc Varro dicit, 'Tragicos olim fuisse ore, fecibus peruncto: nunc gibbero prodire ore i. e. extanti et eminenti.' Auson. Popma in notis ad Varron. Scalig. ad Manil.

p. 398. Turneb. adv. IX. 29. Cantor hic est histrio vel actor fabulæ. Scholiast. Aristoph. ad *νεφέλας* : *Ἐπειδὴ τὴν τρύγα χριόμενοι, ἵνα μὴ γνώριμοι γένωνται, οὕτω τὰ αὐτῶν ποιήματα ᾖδον κατὰ τὰς ὁδοὺς, ἁμάξης ἐπικαθήμενοι· διὸ καὶ παροιμία, ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν. ἤγουν ἀναισχύντως ὑβρίζει. τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ κωμικοὶ ποιηταί.*

668 *Nero matre peremta*] Sueton. VI. 34. Poëta innominatus : 'Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.' Fabric. Nero, Caligulæ avunculo suo simillimus, imperium diminuit, patriam incendit: matrem, uxorem, fratrem, præceptorem interfecit : partem Senatus maximam sustulit, tota vita et moribus portentum fuit, cædem Christianorum infinitam edidit. Boëth. de consolat. Philosoph. II. Met. 6. Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 10. pag. 94. et seq.

671 *Post hunc et Decius*] Decius Imperat. post Neronem crudelissimus fuit, odio Philippi et ejus filii, qui primi Christum ex Impp. agnoverunt. Fabric. Euseb. hist. Eccles. VI. 38. et 40. Benbellon. in Suscitab. part. I. c. 18. pag. 181.

685 *Libyn Collinæ a cardine portæ Annibalem*] Juvenal. Sat. VI. 'Proximus urbi Hannibal, et stantes Collina in turre mariti.' Sidon. Apollinar. panegyr. Aviti vs. 181.

687 *Senonas Capitoli ex arce fugatos*] Florus I. 13. et III. 21. Livius l. v. Agel. v. 17. Augustin. de Civit. Dei II. 22. et III. 17. Veget. de re militari IV. 28. Plutarch. in Camillo. Virg. Æn. VIII.

695 *Tentavit Geticus nuper delere tyrannus*] Fab. Geticus tyrannus, pro rege Gothorum, quem superavit Stilico. Et Getæ, pro Gothis, qui occuparunt Italiam. vide inferius vs. 786.

696 *Patrio veniens ab Istro*] I. e. Gothorum dux Radagastus. Chronol. Funccii p. 111. Hieron. in epitaphio Nepotiani. Hist. Magd. cent. V. c. 3.

Patrio veniens juratus ab Istro] Ita Massagetis sollemne juramentum, per Tanaim et Mæotidem paludem. Alex. ab Alex. v. 10.

698 *Mastrucis proceres vestire*] Turneb. X. 24. et XV. 23. 'Mastrucas quoque,' inquit, 'illis Septentrionalibus populis e pellibus, id est, vestibus scorteis, tribuit Prudentius.' Adi et Lips. ad Taciti Germaniam p. 95.

702 *Pervigil anser*] Florus I. 13. Plin. X. 22. et XXIX. 3. Livius dec. 1. l. v. Alex. ab Alexandro VI. 11. Plut. in Camillo. Sidon. Apollinar. Panegyr. Majorian. vs. 82. Cic. pro Rosc. Amerino. Arnob. l. VI. p. 200. et seq. Veget. III. 26. ibidemque Stewech. Columella VIII. 13. 'Anser solertiorem custodiam præbet, quam canis. nam clangore prodit insidiantem; sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolii, cum adventu Gallorum vociferatus est, canibus silentibus.' Unde Ovid. Met. XI. 601. 'Canibusve sagacior Anser.' Idem Fast. I. 453. Lucret. IV. 686. 'Humanum longe præsentit odorem, Romulidarum arcis servator, candidus anser.' Basil. M. Hex. Hom. VIII. p. 38. *Πᾶν ἄγρυπνον τὸ τῶν χηνῶν γένος καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον. οἵ γέ ποτε καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν ἤδη μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν καταμηνύσαντες.*

706 *Pro patria*] Horat. Carm. III. 2. 'Dulce et decorum est pro patria mori.' Cic. I. Offic. 'Omnes omnium charitates patria una complexa est. Pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?' Tyrtæus: *Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.* Pindar. Isth. VII. *Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν Ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-ζαν αἵματος πρὸς φίλας Πάτρας ἀμύνεται, Λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ Ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών.* vide Reusner. class. symbol. I. 33.

Et pulchram per vulnera quærere laudem] Virg. Georg. IV. 215. Æn. IX. de Niso: 'An sese medios moriturus in hostes Inferat et pulchram properet per vulnera mortem.'

712 *Hasta draconis*] Sup. περὶ στεφ. I. Georg. Schönborn. Polit. VI. 20.

719 *Quæ Pollentinos*] Pollentini campi in Hetruria, celebres excidio Gothorum, qui jam Liguriam et Venetiam (paulo ante vs. 766.) funditus everterant, ducibus Alarico et Radagasto: et in montibus Fesulanis maxima clade oppressi erant. De clade ista Gothica Augustinus ita ait, lib. V. de C. D. 'Radagastus Gothus uno die, ne uno quidem non dicam extincto, sed nec vulnerato, Romanorum amplius quam centum millia militum amisit.' Fabri. Paulus Diaconus in Arcadio. Oros. VII. 37. Histor. Magdeburgens. cent. V. cap. 3. Osiand. cent. V. lib. primo, cap. 17.

721 *Camillo*] Plut. in Camillo. Sidon. Apollinar. panegyr. Athen. vs. 526.

723 *Sertis redimire*] Rebus lætis et militia prospera, qua templa et turres, qua januas ædium, ornari tam floribus, quam ramis, ac vittis receptum. Juven. Sat. VI. 'Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos.' Turneb. XXII. 12. et XXV. 4. Claudian. Magnete: 'Festa frondentia myrto Limina cinguntur.' Statius Silv. I. 'Fronde virent postes, et fervent compita flammis.' Confer Barthium ad Cirin vs. 95.

726 *Quos spargam flores*] Lips. ad Annal. Tac. XIV. Adi et Sueton. in Augusto c. 18.

Quos spargam flores] Alloquens principem Romanum, cupit eum colere coronis floreis. Paschal. Coron. II. 13.

727 *Quæ festis suspendam pallia portis*] Virg. Æn. XII. 'Votas suspendere vestes.' Turneb. VIII. 16.

740 *Baianis resolutus aquis*] Sidon. Apollinar. panegyr. Majorian. vs. 342. 'Non sic Barcæus opimam Hannibal ad Capuam periit, cum fortia bello Inter delicias mollirent corpora Baiæ.'

745 *Campania fertilis*] Plin. V. 5. Erasm. et Joh. Alexand. Brassican. adag. 54. 'Campana superbia.' Florus I. 16. Solinus polyhist. c. 8. Straboni est πεδίον εὐδαιμονέστατον ἁπάντων: Silio, 'tellus nunquam mentita colono.'

747 *Vicit amœna Tarentus*] Valer. Max. IX. 1. Livius l. XXIII. Cic. in Rull. II. Seneca Epist. LII. 'Vina Hannibalem hiberna solverunt, et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervarunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus est.' vide Gruter. II. Discurs. in Tacit. p. 48. et seqq.

750 *Membra statuis effingere*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 11. pag. 121.

781 *Aëris*] Coint. Smyrn. I. 415. Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος, καὶ νήχυτος ἀήρ. Et Nazianzen. in Episcopos: Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα· Ξυνὸς οὐρανὸς εὐρὺς, ὅτ' οὐρανὸς ὄμμασι φαίνει· Ξυνὴ δ' αὖ πόντοιο χάρις, ξυνοί τε θόωκοι.

782 *Immo etiam injustus pariter*] Cyprian. de bono patientiæ. et Serm. de Eleemosyna. Lactant. III. 26. Chrysost. in 1 ad Timoth. cap. IV. Homil. XII. p. 1585. Augustin. tom. X. p. 1691. Ambros. offic. I. 11. et Hexaëm. VI. 8. Arnob. lib. III. p. 114. 'Non fervorem genitalem solis Deus, noctis et tempora, ventos, pluvias, fruges, cunctis subministrat æqualiter bonis, malis, injustis, servis, pauperibus, divitibus?'

790 *Sic piratis mare servit*] Seneca de Benefic. IV. 28.

810 *Oceanus, nostrum qui continet orbem*] Dionys. in descript. orbis: Μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. Quod explicans Eusta-

thius, ἐστεφανῶσθαι τὴν γῆν φησὶν, ἤτοι κύκλῳ περιειλῆφθαι τῷ ὠκεανῷ ἅτε νῆσον. Manil. IV. 588. 'Ipsa natat Tellus pelagi lustrata corona Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.' Ibi Scalig. addit hoc Neoptolemi Pariani: 'Ωκεανὸς, τῷ πᾶσα περίῤῥυτος ἐνδέδεται χθών. vide Notas meas ad Musæum vs. 45.

811 *Nostros potant animalia fontes*] Petron. in Satyr. 'Quid autem non commune est, quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formosius potest? In publico tamen manant.' Hanc in rem plura vide apud Lactant. III. 26. Cyprian. Serm. de Eleemos.

832 *Sed ferit et nigro sordentia culmina fumo*] Tertull. de Spectac. c. XX. 'Sol, imo etiam ipse Deus de cælo spectat, nec contaminatur. Plane Sol et in cloacam radios suos defert, nec inquinatur.' Cyprian. in exposit. symb. Apost. H. Jun. cent. VII. ad 65. Synes. Ep. LVII. Macar. Homil. VII. XI. et XVI. Basil. M. homil. In Christi nativitatem p. 234. Seneca de Benefic. IV. 30. Justin. Mart. de recta fidei confess. Κοινὸς ὁ ἥλιος ἡμῖν καθ' ἑκάστην τοῖς πᾶσι πρόκειται, καὶ οὐ τῷ μὲν ἔλαττον, τῷ δὲ πλεῖον προσβάλλει, ἀλλὰ κοινὴν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν τοῖς πᾶσιν ἐπίσης ἀφίησιν. Quo Diogenis Cynici scomma pertinet, qui πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα, ὡς εἰς τόπους ἀκαθάρτους εἰσίοι, καὶ γὰρ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται. Laërt. l. VI.

846 *Multa ambago viarum Anfractus dubios habet*] Pindar. Olymp. VIII. Ὅ, τι γὰρ Πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπει, Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, δυσπαλές. Prosper lib. de ingratis: 'Quem non recto via limite ducit, Quanto plus graditur, tanto longinquius errat.' Horat. Sat. II. 3. 'Velut silvis, ubi passim Palantes error certo de limite pellit, Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit; unus utrique Error, sed variis illudit partibus.'

859 *Quæ sacra Diespiter infans Inter tinnitus*] Strabo lib. X. Callimach. I. 52. M. Minuc. Octavio, p. 47.

14 *Cossi, Camilli*] Duorum ducum. Cossus, Afrorum lingua rugosus; Camillus, ingenuus. W. Cossi, ducis; Camilii, consulis. B.
18 *Prodiga*] Perditrix. B. prodigus, q. porro adiens. i. e. porro distribuens. W.
23 *Fore*] Futurum esse. W.
32 *Palmam*] Coronam. W.

39 *Levita*] Levita interpretatur assumtus sicut Diaconus minister. W.
Gradu] In ministerio. W.
40 *Præstantior*] Nobilior. B. sublimior, quia præstat. W.
44 *Votasque*] Devotas, votivas. W. oblatas. B.
45 *Versat*] Cogitabat. W.
Famem] Cupiditatem. W. desiderium. B.
48 *Exactor*] Quæsitor. B.
50 *Numos*] A Numa Cæsare. W.
54 *Arcam*] Ab arcendo visum. W.
Ditibus] Aureis. B.
55 *Refertam*] Plenam. W.
56 *Moneta*] Moneta dicitur eo quod monet mentem inscriptione nominis regis, ne paracaraximi. i. e. falsi numi, fiant. W.
Conditos] Absconditos. W.
57 *Conqueri*] Causari. W. deplorare. B.
61 *Abest*] Absit. W.
64 *Orgiis*] Officiis. Orgia, ministeria. B. ministeriis vel sacrificiis. W.
66 *Proditum est*] Dictum est. W.
67 *Libent*] Sacrificent. W.
69 *Scyfi*] Vasculis. B.
Ferunt] Dicunt homines. W.
71 *Sacris*] Officiis. B. W.
73 *Tum*] Insuper. W.
Fratribus] Vobis. W.
75 *Fundis*] Possessionibus. W. agris. B.
76 *Sestertiorum*] Talentorum. sestertium, V. sextarii. i. e. duo scrip. et semis. B. W.
77 *Addicta*] Assignata. B. K. m. abavis addicta heredibus vel deputata, tradita. W.
78 *Fœdis*] Quod vobis fœde augetis. W.
Auctionibus] Venditionib. W. B.
79 *Exheres*] Carens hereditate. W.
80 *Sanctis*] Ironice.
81 *Occuluntur*] Absconduntur, occultantur. B. W.
86 *Præstrigiis*] Maleficiis. B. doctrinis. præstrigia dicuntur a præstringendo, eo quod præmoneant homi-

nem et constringant timore suis demonstrationibus. W.

87 *Exaggeratos*] Accumulatos. W.

89 *Poscit*] Indiget. B.

90 *Fiscus*] Sacculus, in quo publica pecunia portabatur. W.

Ærarium] Gazophilacium. B.

91 *Dedita*] Tradita. W.

Stipendiis] Publicis. W.

94 *Suum*] Proprium. B.

95 *Nomisma*] Imaginem. B.

98 *Nempe*] Quippe. W.

100 *Signat*] Vendicat, curat. W.

101 *Aureos*] Mancusa. Philippei, mancosi. sed hic Philippos, metri causa. B. W. Mancuosa Philippis est civitas; de qua in Evang. venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi. W.

106 *Venditis*] Spargitis. B.

110 *Refert ad ista*] Respondet. B. W.

112 *Annuit*] Consentit. B. W.

117 *Tantum*] Tam multum. B.

118 *Enigmatum*] Figuras. B. denariorum. Enigma, obscura parabola. inde enigma dicit nummorum. nam metallis insensatis, obscuris, nomen regis capitur et imponitur. W.

119 *Augustus*] Octavianus. W.

121 *Locupletis*] Divitis. locuples talentis. W.

Archam numinis] Thesaurum Dei. W.

127 *Fungar*] Utar. B.

Efficacius] Operosius, melius, perfectius. W.

128 *Munere*] Officio. B.

129 *Digestim*] Ordinatim, ordinabiliter, rationabiliter. B. W.

130 *Supellex*] Substantia. B. thesaurus. W.

131 *Calculanda*] Numeranda, ordinanda. B. W.

132 *Summula*] Numerus. stipendium dicitur summula a sumendo. W.

136 *Gestiens*] Gaudens, exultans. B. W.

139 *Sponsor*] Promissor. B.

143 *Stipem*] Elemosinam. B.

144 *Cogens*] Colligens. B.

145 *Illic*] Sc. fuit. W.

Obtutibus] Visibus. B.

146 *Orbes*] Orbes dicunt vestigia aratri: sed non hic. nam scilicet sunt cavati oculi. W.

149 *Infracto*] Valde fracto, genua habens, sed non utitur. W.

150 *Trunco*] Syncope. B.

153 *Est*] Sc. illic. W.

154 *Tabe*] A tabe. W.

155 *Arens*] Arida. W.

159 *Penu*] Ærario, cellario. W. B.

161 *Exin*] Mox. B. deinde, unde exinde. B.

162 *Viritim*] Singillatim, per singulos ordinatim. W. singulariter per singulos viros. B.

164 *Pro templo*] Coram. W.

165 *Præscriptus*] A judice deputatus. W.

Fluxerat] Venerat. W. præteriit. B.

168 *Efflagitans*] Postulans. W.

169 *Tum martyr*] Ait. B. W.

Assistas] Ut. B.

170 *Coramque*] Palam. B.

175 *Patentes*] Amplas. B.

180 *Fragor*] Clamor. B.

183 *In Laurent.*] Contra. B.

188 *Dispuenda*] Contemnenda. B.

189 *Sitis*] Desideras. W.

190 *Rudera*] Arizzi vel stercora. B. rudera dicunt maceriam ruinæ. W.

192 *Pœnalis*] Durus. B. W.

Excudit] Fabricat. B. excoquit. W.

194 *Arenis*] Sicut Pactolus et alii. W.

197 *Pudor*] Castitas. B. verecundia. W.

198 *Integritas*] Virginitas. B. W. H.

199 *Occidit*] Deficit. W.

201 *Quid*] Quare. B.

Venenum] Avaris. W.

Gloriæ] Aurum dicit. W.

202 *Magni*] Precii esse. B. W.

204 *Et*] Etiam. B.

Humanum] Sc. aurum. W.

205 *Hi*] Mendici. W.

Alumni] Socii vel filii. B.

Luminis] Regni cælorum. W.

206 *Artat*] Affligit. W.

208 *Insolescat*] Superbiat, sine consuetudine vivat. W. intumescat. B.

Turgida] Superba. W.

209 *Cum*] Quando. B.

Dissicit] Secat. B. consumit, lacerat. disperdo, dissicio. W.

210 *Viget*] Interius. W.

211 *Vicissim*] Mutuatim. W.

212 *Sensuum*] Mentium. W.

213 *Nam*] Quoniam. B.

In] Ad. B.

215 *Effetus*] Infructuosus. B. H. vacuatus. W.

216 *Elumbe*] Infirmam libidinem, quia sine viribus facit. B. infirmum, debile, infirmam libidinem. W.

Contrahat] Colligat. B.

221 *Committe*] Compara. B. W.

Pestium] Vitiorum. W.

223 *Carnisne*] Utrum. B.

227 *Venusti*] Pulchri. W.

229 *Valentes*] Robustos. W.

231 *Mancum*] Curve. B. W.

233 *Quemvis*] Quemcunque adfer. W. B.

234 *Ore*] Facie. W.

236 *Pauperum*] Sc. sit. B. W.

237 *Serico*] Purpura. B.

239 *Hidrops*] Hunc. W.

242 *Volam*] In mediam palmam. W. medietas palmæ. B.

243 *Aduncis unguibus*] Ungulis. W. curvis. B.

246 *Scorta*] Scortum q. sortum. sortum est solea. sicut enim solea maceratur in manu sutoris: sic pellicula meretricis ab adulteris. W.

247 *Cloacis*] Lacubus, sordibus. cloacæ sunt loca, in quibus adunatur stercus civitatis. W.

249 *Fervens*] Ardens desiderio. W.

Ambitum] Cupiditatem. W. honorem. B.

250 *Æstuans*] Desiderans. B.

251 *Mersis*] Occultis. B. in mentem mersis. W.

254 *Prurit*] Q. perurit. B. ardet. prurigo ex ardore nimio venit. W.

255 *Vexatur*] Sc. cædit. W.

Scalpit] Scabit. B.

258 *Strumas*] Tumores. W. cheles. W. B.

Retexam] Referam. B.

259 *Purulenta*] Putrida. W. venenosa. a pus, puris. B.

264 *Morbo regio*] Elefantico. B. regius morbus et arcuatus et ictericus et elephanticus. regius ideo dicitur, quia non potest curari, nisi regiis cibis: aut quod regionem mortis pandat. elephantinus, eo quod elephantino osse curetur. arcuatus, eo quod colorem arcus cælestis habet. W.

267 *Brevi*] Tempore. W. statim. B.

274 *Interim*] Nunc usque. B. dum hic est. W.

277 *Facultas*] Possibilitas. B. W.

Suppetat] Abundat. W.

280 *Recensendos*] Numerandos. B.

282 *Muculentis*] Sordidis. B. muccus, τοτ}. murcus, qui præcisum habet nasum. W.

284 *Lipposque*] Sc. oculos. W.

Putri] Humida. W.

285 *Tetrius*] Nigrius. B.

286 *Leprosum*] Leprosus a laterum pruritu. B.

289 *Animabus*] Vacat. W.

Inversa vice] Una pars. W.

290 *Forma*] Imago. B.

293 *En ergo*] Sc. habes. W. B. præsentatim. W.

294 *Proxime*] Nuperrime. W.

303 *Damnum*] Amissionem. B.

304 *Ignis*] Amoris. B. H.

Nescias] Viduas. W.

305 *Monile*] Ornamentum. W.

306 *Comitur*] Ornatur. B. W.

307 *Dotata*] Ornata. B,

309 *Eccum*] Ecce. B.

317 *Furcifer*] Exclamative. succensor ignis. W.

318 *Strofas*] Versutias. B. fraudes. versutias. strofa, fraus, quæ techna vocatur. unde strofosus, fraudulentus, vocatur. W.

Cavillo] Derisione vel deceptione.

cavillum, convitium cum joco. B. illusione vel decept. derisoria. B.

Mimico] Scurrili. B. H.

319 *Nexuisse*] Involvisse. B.

320 *Saltas*] Saltare facis vel saltando dicis. B. W.

321 *Concinna*] Composita. B. W.

Visa] Sc. est. B.

Urbanitas] Eloquentia. B.W. conveniens urbanitas, i. e. pulchritudo. cinnum genus potionis ex diversis mixturis composita. inde concinna res, ex diversis composita sententiis. W.

324 *Acroma*] Gloriosus ludus. acroma proprie lyrarum auditio; hic autem jocus accipitur vel carmen scænicum. B. W.

325 *Adeone*] Nonne adeo. W.

Austeritas] Severitas. W. asperitas. B.

326 *Fascibus*] Honoribus. B. W.

327 *Adeon'*] In tantum. B.

329 *Oppetam*] Moriar. B. H. W. oppetere, q. terram petere. nam viri fortes, dum moriuntur, terram more petunt, ne vox audiatur. W.

330 *Votiva*] Desiderabilis. W. B.

335 *Compendiosus*] Brevis, difficilior. B. W.

339 *Inextricabilis*] Infinibilis vel insolubilis. B. indissolubilis. W.

344 *Abdita*] Occulta. W. secreta. B.

345 *Senescens*] Deficiens. B.

347 *Sensim*] Leniter. W.

348 *Semustulati*] Seminsti. semustulatus et semiustus, unum sunt. B. W.

350 *Misteriarches*] Princeps minister. W. mysterii princeps. et Græcum est. B.

Incidit] Sc. in pœnam. W. B.

352 *Debeant*] Sc. alii. B. W.

356 *Vulcanum*] Ignem. B. W.

359 *Nudare*] Despoliare. B.

360 *Vincire*] Ligare. W. B. H.

361 *Os*] Facies. B. W.

363 *Legifer*] Moyses. B. W.

368 *Impatiens*] Non sustinens. W.

371 *Per imbrem*] Per densitatem. W.

373 *Inluminatum*] Manifestatum. B. manifestum. W.

Hoc] Genus fuit. W.

Eminus] Elonge. B.

374 *Recens*] Recenter. B. W.

Piatis] Baptizatis. B.

378 *Os*] Faciem. B. W.

Oblitum] Circumdatum. W.

Situ] Tenebris. W.

379 *Nigrante*] Nigro. B.

380 *Clarum*] Claritatem. W.

384 *Sudo*] Sereno. B. W. sudum dicimus q. sub udum serenitas, quæ post pluvias sit. W.

385 *Quin*] Insuper. B.

Qualitas] Sc. Laurentii. W.

388 *Nidor*] Fœtor. W. B. H.

Nectar] Dulcedo. omnis suavitas odoris dicitur nectar. W. odor suavis. B. H.

390 *Aura*] Odore. W.

Adficit] Affligit. B. afflixit. W.

391 *Vindice*] Vindicante. B.

392 *Oblectamine*] Delectatione.

397 *Diutinus*] Longus. B. W.

399 *Ultro*] Sponte. B.

E catasta] E craticula. B. qui in catasta erat. W.

403 *Periclum*] Inquisitionem, separationem. B. W.

404 *Vulcanus*] Dicitur ignis. W.

406 *Tunc ille*] Sc. ait. W.

409 *Ludibundus*] Similis ludenti. W. B.

419 *Quirinali*] Romanæ. B.

425 *Remi*] Imperatoris Romanorum. B.

426 *Concessit*] Convenit. B. sc. Dominus. W.

430 *Jus*] Lex. B.

435 *Cæteris*] Gentibus. B.

436 *Mens*] Fides. B.

437 *Confederentur*] Conjungantur. B.

438 *In symbolum*] Unitatem, fidem Catholicam. W. concilium, unam fidem. B.

439 *Mansuescat*] Mitis fiat. B.

441 *Advertat*] Sentiat. W. intelligat. B.

Abjunctas] Separatas. B. W. H.
443 *Fidelis*] Credulus. W.
444 *Numa*] Consul, i. e. Sabini. B. W.
446 *Catonum*] Consulum. B. consiliariorum vel sapientum, legis doctorum. W.
Curiam] Familiam. B.
448 *Frigum*] Trojanorum. B. W.
449 *Sterculum*] Adjectivum, i. e. cloacinum. B. W.
454 *Gabrihel*] Fortitudinem tuam. B. W.
456 *Errans Julia cæcitas*] Roma. B. Romana Ascanii. W.
461 *Alter*] Unus. B.
Vocator] Prædicator. B.
463 *Recludit*] Aperit. B.
Creditas] Sc. sibi. B.
466 *Oblite*] Vocativi casus. B.
468 *Plebemque*] Christianitatem. B.
469 *Exterminat*] Depellit. W. extra terminum minat. B.
472 *Officit*] Valde nocet. B. obest. W.
473 *Principem*] Constantinum vult dicere. B. W.
476 *Sinat*] Non consentit. W.
478 *Valvas*] Fenestras. B. seras. W.
479 *Damnet*] Claudat Constantinus. B. W.
480 *Obdens*] Opponens. W. contra dans. B.
Pessulos] Vectes. B.
481 *Pura*] Deo dicata. W.
Sanguine] Inquinamento. W.
483 *Æra*] Idola. W.
485 *Hic*] Tunc. W.
Orandi] Sc. sancti Laurentii. W.
486 *Vinculi*] Corporis. W.
491 *Libertas*] Fiducia Laurentii. W.
492 *Ambire*] Desiderare. H. B.
493 *Repens*] Repentina. W.
Medullas] Viros. W.
Indoles] Nobilitas. W.
496 *Nugas*] Idola. W.
497 *Refrixit*] Gelavit. B. W.
500 *Sacellis*] Templis Deorum. B. W.
501 *Tribunal*] Ad Ecclesiam. W.
502 *Dimicans*] Pugnans. W.
503 *Ense*] Gladio. W.
505 *Austerem*] Diabolum. W.
506 *Tum*] Usque.
507 *Lacessit*] Provocat cum prœl. W.
509 *Æternum*] Æternaliter. B. in æter. W.
511 *Festa*] Dea ignis. B.
Lares] Ignes. B.
513 *Quiritum*] Romanorum. W.
514 *Sinpubium*] Combarbationem, nam simulacrum illius barbatum fuit. B. H. barbati in pictura. W.
Numæ] Consulis. B. Cæsaris. W.
516 *Resultat*] Laudat. B.
517 *Lumina*] Principes, principalia. B. W.
518 *Luperci*] Idoli. W. sacerdotes Panis dicti quod lupos ab ovibus arceant. hi vere pastores sunt. Lupercal vero templum Panis, ita appellatum, quod ei sollemnia ludicra celebrantur. unde lupercalia, prostibula dicuntur. B.
Flamines] Sacerdotes Deorum. Flamen est dictum q. filamen, eo quod filo caput cingebant antiqui. W.
521 *Domus*] Familias. B.
522 *Sexu ex utroque*] Virorum et mulierum. W.
523 *Pignera*] Pueros. W.
524 *Liberum*] Hominum. W.
525 *Pontifex*] Sacerdos. W.
526 *Ascitur*] Adquiritur. W.
527 *Ædemque*] Ecclesiam. W.
528 *Vestalis*] Quæ fuit sacra in vestibus. B.
Claudia] Virgo Vestæ. quædam famula Vestæ, Claudii filia fuit. W. familia. B.
530 *Incola*] Romani cives. W.
531 *Comminus*] Prope. B. W.
532 *Sedem ossuum*] Sepulchrum. W.
533 *Propter*] Juxta. B.
Advolvi] Prosternere. W.
534 *Fletibus spargit*] Plorat. W.
536 *Murmure*] Oratione. B. susurratione. W.

537 *Hiberus*] Fluvius Hispanicus. W. Hispanicus. B.

538 *Alpibus*] Montibus. W.

539 *Cottianorum*] Alpium. duæ Alpes, Cotianæ et Pyreneæ. B. Cotianorum, Scottorum. W.

Ninguidos] A nive. B.

543 *Urbanum*] Civile. B.

547 *Coram*] Præsentialiter. B. manifeste. W.

548 *Cælum*] Ad Deum. W.

Intuemur] Operibus propinquamus. W.

Eminus] Longius. W.

550 *Passionem*] Passionis diem. W.

554 *Allectus*] Electus, advocatus. W. B.

Municeps] Telonearius minister vel civis. B. W.

556 *Civicam*] Angelicam vel domesticam. B. cælestium civium, cælestem. W.

557 *Videor videre*] Mihi cernitur. W.

558 *Virum*] Laurentium. W.

559 *Roma cælestis*] Hierusalem. B. W.

560 *Legit*] Elegit. W.

561 *Credita*] Sc. tibi. B. illi. W.

562 *Datum*] Sc. illi. W.

563 *Quiritum*] Militum. W.

564 *Annuis*] Subvenis vel consentis. B. adjuvas. W.

565 *Postulat*] Orat. W.

568 *Ullus*] Sc. hominum. W.

569 *Adsies*] Pro adsis. B. W.

570 *Alumnos*] Filios. W.

571 *Lactante*] Satiante. W. B.

583 *Corpori*] Peccato. W.

Hymn. iii. 1 *Germine*] Generatione. H.

Eulalia] Interpretatur boniloqua. B. Eulalia, boniloqua. Eusebia, bona cultura. Theosebia, Dei cultura. W.

2 *Indoli*] Ingeniosa vel bona spe. W. spe vel virtute. B. indoles, est imago quædam propriæ virtutis. B. W.

3 *Emeritam*] Emerita, civitas Hispaniæ, dicta quod ibi emeriti, i. e. veterani milites erant. B. W.

6 *Occiduo*] In fine. B.

7 *Tulit*] Genuit. B. detulit. W.

10 *Titulo*] Sepulchro. B.

11 *Curriculis*] Annis. B.

13 *Crepitante*] Sonante. W.

Pyra] Pyra ignis dicitur genus: qui, antequam succendatur, rogus vocatur. W.

15 *Rata*] Arbitrata. W.

17 *Patris*] Omnipotentis. W.

18 *Toro*] Conjugio. B.

19 *Crepundia*] Monilia, ornamenta, gemmas. insignia vel indicia, quæ expositis infantibus adhibentur. W. jocalia ornamenta. B.

20 *Pusiola*] Parvula. W. juvencula puella. diminutivum a pusione, qui est communis generis, et significat puerum vel puellam fortiorem jam. inde pusiolus et pusiola, diminutiva. B. pusiola, pusilla. pusio dicitur primus natu. W.

21 *Spernere*] Scilicet cæpit. W. spernebat, i. e. abominabatur. B.

Sucina] Gemmæ fulvicolores, quæ ex lacrimis arborum fluunt, et in lapidem durescunt. Et sunt sucina a suco dicta. B. oscula, in ore infantum. W.

Flare] Flabat.

Rosas] Jocunditates mundanas.

22 *Fulva*] Aurea. B.

Monilia] Splendida ornamenta in vertice mulierum. W.

Respuere] bat. B.

23 *Ore severa*] Facie stricta, sobria. W. B.

Modesta] Quieta. W.

25 *Caniciem meditata*] Morem imitata est. B.

26 *Furiata lues*] Persecutio. H. mortalitas vel morbus. W.

30 *Adolere*] Incendere, aliter crescere. W.

32 *Ferox*] Fertilis. W.

34 *Anhela*] Spirans. W.

35 *Virum*] Syncope. B. pro virorum. W.

36 *Parentis*] Matris. W.

Agit] Operatur. B.
38 *Rure*] In pago. B.
43 *Teste*] Vidente. B.
Movet] Aperit. B.
45 *Invia*] Loca sine via. W.
46 *Laceris*] Laceratis. B.
53 *Qui*] Radius. W.
54 *Face*] Luce. B.
55 *Chao*] Chaos, confusio rerum. W.
57 *Secuta*] Dum sequebatur. B.
59 *Canopica*] Ægyptiaca, i. e. mundana. B. W.
61 *Cita*] Velox. B.
62 *Peragit*] Percucurrit. W.
63 *Eoa*] Orientalis. W.
64 *Superba*] Nobilis. B.
65 *Fascibus*] Honoribus. B. potestatibus vel pompis. W.
66 *Rogo*] Interrogo. B. ad paganos dicit. W.
69 *Sternere*] Flectere ad orationem. B. W.
Rasilibus scopulis] Rasis lapidibus, i. e. dolatis per imagines. B. W.
71 *Manus*] Multitudo. B.
72 *Christicolum*] Larum. B.
76 *Isis*] Dea Ægyptiorum. W.
80 *Frivola*] Vana vel mendacia. W.
82 *Cliens*] Servus vel socius. B. servitor, amicus minor. W.
83 *Prostituat*] Tradat vel turpiter se inclinet. W. B.
85 *Generosa*] Christiana. B.
Quatit] Persequitur. B.
86 *Dux bonus*] Per ironiam. B. W.
88 *Inhians*] Appetens vel nimis cupiens. W.
90 *Excruciare*] Extorquere. B.
92 *Coacta*] Conjuncta. B.
94 *Penetrabitur*] Interficitur. W.
95 *Exagitante*] Fatigante. W.
96 *Talibus*] Verbis. B.
Excitus] Commotus. B. exitiabilis. W.
98 *Lictor*] Carnifex; a ligando. B. W.
101 *Quam*] In quantum. B.
102 *Si potis est*] Si possibile est. W.
103 *Torva*] Aspera vel minax vel contumax. W.
105 *Genialis*] Nuptialis. B. lectus nuptialis vel honore gratus. W.
120 *Thalamo*] Conjugio. B. W.
123 *Temeraria*] Præsumtrix. B. W.
Debilitas] Deludis, excrucias, fœdas. W. infirmitas. B.
124 *Ecce*] Aspice. B.
Parata] Sc. sunt. W. B.
125 *Exitii*] Periculi vel mortis. W. B.
131 *Rogo*] Interrogo. B. W.
132 *Eminulis*] Longe præminentibus, ab eminus diminutivum. B.
136 *Nihil*] Respondit. B. W.
140 *Prosubigit*] Subvertit. B. H. Subigo multa significat: 1. acuo. ut, 'subigunt in cote secures.' 2. compello; ut, 'subigitque fateri.' 3. fodio vel conculco; ut 'pede subigit terram.' W.
142 *Juncea*] Tenera, juvenilia propter viriditatem. B. W.
144 *Ad ossa*] Usque ad. W.
145 *Notas*] Figuras. B. maculas vel cicatrices. W.
147 *Quam juvat*] In quantum, jucundum est. B. W.
Hoc] Martyrii. W.
150 *Eliciti*] Expressi vel extracti. B. W.
156 *Carnificina*] Locus vel excruciatio. B. W.
171 *Emicat*] Salit. B.
Repens] Subita. B. W.
175 *Innocuus*] Sicut columba est. W.
179 *Plaudit*] Ludit, jocatur. B. W.
181 *Satelles*] Minister, vel sequax. B. W.
190 *Vice*] In similitudine. W.
197 *Vetoniæ*] Provincia Hispaniæ. B. W.
198 *Ano*] Fluvius. B. W.
199 *Viridante*] Irrigante. W.
Rapax] Velox turbiter. B.
200 *Luit*] Lavit. H.
206 *Super*] Desuper. W.
208 *Solum*] Pavimentum. W.
209 *Rosulenta*] A rosa, sicut ruru-

lenta a rore. W.

223 *Nam caret*] Quia et in hieme ibi sunt. W.

Genialis] Nobilis. W.

226 *Comantibus*] Constantibus. B.

230 *Festa*] Festiva. W.

233 *Sita*] Posita. B.

235 *Propitiata*] Placata. W.

Fovet] Nutrit. W.

HYMN. IV. 3 *Cæsaraugustam*] Una civitas. B. a Cæsare Augusto, ipsius conditore. W.

4 *Res cui*] Sc. credita. W.

7 *Gestans*] Dum gestat. B. W.

9 *Cum*] Quando. B.

10 *Nube*] In nube enim, in qua cælum ascendit, credimus venire ad judicium. W.

Rubente] Ignea. B.

13 *Excitata*] Elevata. B. erigens caput. W.

14 *Properanter*] Celeriter. W.

16 *Canistris*] Sarcofagis. W.

17 *Afra*] Africana. B.

20 *Tresque coronas*] Sc. aliorum martyrum. W. tres martyres, i. e. Faustum, Januarium, Martialem. B.

25 *Strofio*] Ornamento. B. cingulo. strofium, cingulum, ab eo quod est strofæ, i. e. convertere. W.

26 *Gemelli*] Duo diaconi. B. W.

31 *Ambos*] Duos. B.

32 *Quos veneramur*] Sc. martyres, quos s. dixit, Emeterium et Cheledonium. W.

33 *Parcilon*] Civitas. W.

Cucufate] Martyre. W.

Freta] Confisa. B. W.

34 *Narbo*] Civitas. B. W.

35 *Arelas*] Civitas. B. W.

37 *Lusitanorum*] A patria. B. Lusitania, provincia. W.

Caput] Quæ est caput. W.

43 *Complutum*] Civitas. W. opidum. B.

44 *Juvabit*] Delectat. B. ferre. W.

Duorum] Martyrum. W.

45 *Tingis*] Civitas Cotiæ. B.

Sua] Propria. W.

46 *Monimenta*] Recordationes.

48 *Juga*] Fidem. W.

49 *Paucæ*] Urbes. W. civitates. B.

52 *Functa*] Usæ. B.

53 *Reveхes*] Referes. W.

57 *Numerosiores*] Pluriores. W.

61 *Parens orbis*] Cartago, mater. W.

Pœni] Africani. B.

69 *Umbrarum*] Dæmonum. B.

77 *Inde*] Sc. Cæsaraugustæ. B.

78 *Clerus*] Cohors clericorum, i. e. Cæsaraugusta. W. B.

79 *Infulata*] Ornata. B.

80 *Valeriorum*] Episcopi erant. B. W.

85 *Nostrum*] Pro nostrorum. B. W.

88 *Grandine*] Persecutione. W.

89 *Peregre*] In peregrinatione. B. W.

91 *Futuri*] Temporis. W.

99 *Prope litus*] Promontorium maris. W.

100 *Sagunti*] Civitatis Hispaniæ. B. civitas Hispaniæ, fida Romanis; et est gen. fem. W.

101 *Palestra*] Luctatione. B.

105 *Templo*] Sc. Vincentis. W.

106 *Partas*] Syncope. B.

Palmas] Martyres. W.

107 *Laureis*] Coronis. B. W.

108 *Cucurrit*] Coronatus est. W.

109 *Encrate*] Proprium nom. mulieris; Encrates, abstinens Græce dicitur. hinc Encratici hæretici vocantur, qui creaturas Dei damnant. dicunt, non esse bonum manducare carnem, et bibere vinum. W.

110 *Ossa virtutum*] I. e. fortia opera. nam viva erat, quando hæc fuerunt scripta. W.

Quibus efferati] Ossibus sevi. W.

112 *Dedecorasti*] Deturbasti. W.

115 *Tu morti*] Tu sola post martyrium viva fuisti. W.

117 *Seriem*] Ordinem. W.

118 *Carnis et cæsæ*] Abscisa carne, frusta est. W.

121 *Barbarus*] Durus. B.

122 *Impensus*] Effusus est. W. redditus. B.

125 *Minus*] I. e. non. B. W.
126 *Abolens*] Delens. W.
128 *Soporo*] Soporifero. B.
129 *Cruda*] Recens. W.
Longum] Diu. W. longe. B.
141 *Titulum*] Hoc decus. W.
Fruendum] Habendum. W.
143 *Fuge*] Diu. W.
145 *Sacra*] Civitas. W.
Candidatis] Martyrizatis. B. W.
147 *Conscriptum*] Deputatum. W.
148 *Pangere*] Laudare. W.
149 *Ede*] Profer. B. compone vel canta. W.
150 *Tibi*] A te. B.
Concinatur] Canatur. W.
155 *Tulerit*] Sustinuerit. W.
157 *Bella*] Sc. martyrum. W.
158 *Quantus tua*] Sc. sanguis bella. B.
161 *Posthinc*] Postea. W.
162 *Renuente*] Respuente. W.
163 *Saturninos*] Nam barbara nomina erant. ideo in metro ponere nequibat. W.
166 *Parvi facit*] Contemnit. W.
168 *Rudis*] Nova. B. W.
171 *Explicandus*] Pronunciandus. W.
173 *Recolet*] Numeret. W.
176 *Jure*] Lege. W.
177 *Ad antiquum numerum*] x. et vii.
178 *Specimen puellæ*] Pulchritudinem Encrate. W.
180 *Fons*] Origo. W.
181 *Silendi*] Sc. estis. W.
183 *Secundo*] Prospero. W.
184 *Agone*] Certamine. W.
191 *Creatrix*] Parens. W.
192 *Purpureorum*] Pro purpuratorum. W.
193 *Date*] Sinite ut.
197 *Generosa*] Nobilis. B.
Hymn. v. 1 *Prospera*] Prosperum age.
11 *Quam*] Sc. tu.
10 *Conluces insigni stola*] Quando sanctus a præsenti vita transit, quasi una stola lucet. Cum vero dies judicii venerit et animo et corpore remunerabitur; tunc duabus stolis collucet.
13 *Idoli*] Species doli ab idea.
21 *Maximus*] Ille.
22 *Sanxit*] Decrevit.
30 *Levita*] In templo additus.
Sacra] Ecclesia.
32 *Columnis*] Septem donis Spiritus sancti.
41 *Hic ille*] Tunc ipse.
42 *Nonfelix*] Infelix.
43 *Jus*] Conditio vel imperium.
47 *Juventæ fervidæ*] Tuæ juventutis.
49 *Cape*] Intellege.
50 *Cæspite*] Sicut tunc mos erat.
52 *Luenda*] Persolvenda.
53 *Altrinsecus*] E contra.
56 *Reluctor*] Ego.
66 *Scitumque brutum*] Decretum stultum.
72 *Elinguia*] Sine lingua.
73 *His*] Talibus diis.
79 *Aucupes*] Venatores vel captores.
87 *Affore*] Futurum esse.
93 *Intonantem*] Loquentem.
95 *Obstrudite*] Claudite.
98 *Lictores*] Carnifices.
101 *Faxo*] Facere volo.
Jus prætorium] Regalem potestatem.
105 *Tibi*] A te.
106 *Tarpeja*] Romana: ubi idolorum maxima pars fuit; quod in Tarpejo monte cuncta idola congregata fuerunt.
107 *Obteras*] Contemnis.
113 *Hiulcis*] Apertis, fissis.
Ictibus] Ungulis.
122 *Eviscerando*] Lacerando.
126 *Nubilo*] Caligine.
129 *Pro pudor*] Cum pudore loquor.
131 *Renidet*] Splendet læticia. a nidore, renidet.
138 *Par*] Consortium vel sodalitas.
149 *Quo pacto*] Quomodo, quemadmodum, qua ratione, qua virtute.
150 *Recessus*] Profunditates.
154 *Rere*] Reris, arbitrare.

156 *Dilancinata*] Laniata, dilaniata, dilacerata.

160 *Exsors*] Expers.

165 *Quin immo*] Quin potius.

Enitere] Stude.

169 *Lacesce*] Irrita.

Discute] Perquire.

171 *Procellis*] Laboribus.

174 *Denuo*] Iterum.

175 *Prætor*] Præses.

176 *Anguina*] Serpentina.

177 *Callum*] Duricia in pedibus rusticanis.

179 *Pulvinar*] Lectum deorum. res divina, ceremoniæ, sacra.

183 *Secta*] Dogma.

189 *Romfea*] Ultio divina. igneus gladius.

198 *Quem mox*] Te cito.

201 *His*] Cum.

204 *Egerit*] Exportat.

205 *Cunctatus*] Dubitans vel moratus.

206 *Extrema*] Supplicia.

207 *Grabatio*] Craticula.

208 *Exerceatus*] Imperativus.

Quæstio] Pœna, examinatio.

209 *Munera*] Officia.

211 *Pernix*] Velox.

213 *Palestram*] Ad certamen.

214 *Spes*] In Laurentio.

Crudelitas] In tyranno.

215 *Anceps*] Duplex.

217 *Serrata*] Serra vocatur lima.

222 *Ore*] Facie.

226 *Excussus*] Excussio.

229 *Igneum*] Ignitum.

230 *Chauterem*] Canter et cauterium dictum quod urat; quod interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, ut vis morbi ignis ardore siccetur. Cauteriata caro, i. e. incensa cauterio. inde Paulus, cauteriatam conscientiam habentes, i. e. corruptam. Quia sicut caro cauterio, ita mens prava doctrina corrumpitur.

Lavit] Humectavit.

238 *Lugubre*] Flebile.

246 *Diurni sideris*] Solis.

249 *Baratrum*] Nomen immensæ profunditatis.

252 *Divaricatis*] Separatis, disjunctis vel commutatis.

254 *Crucis*] Supplicii.

265 *Vafra*] Callida.

268 *Comenta*] Commentor, excogito. commentum liber, qui ab aliquo doctore excogitatur. Sicut commentum Servii libri, quem excogitavit supra Virgilium. et facit præteritum commentus sum, non commentatus.

270 *Fulgorat*] Splendet.

271 *Morsus*] Punctos dicit, i. e. foramina nervi, quæ appellantur in Scriptura puncti.

273 *Hic*] Tunc.

280 *Nectar*] Omnem suavitatem.

282 *Comminus*] Prope.

283 *Augustior*] Excellentior, nobilior.

284 *Compellat*] Nominat.

290 *Munia*] Ministeria vel officia.

298 *Compensat*] Retributionem reddit.

Intermino] Interminato, infinito.

299 *Collegam*] Collega. lego, legas, legatione fungor. inde collega. qui simul legatione fungitur. et collega, socius crucis, potest appellari omnis passio, quæ in martyribus potest inferri.

301 *Pone*] Pro, depone.

305 *Hæc ille*] Aiebat Angelus.

309 *Hoc*] Lumen.

310 *Obsessor*] Custos.

312 *Feralem*] Asperam.

314 *Prædulce*] Valde dulce.

315 *Æmulæ*] Imitatricis.

316 *Reddit*] Imitatrix per echo respondit. nam æmula vox imitatrix dicitur.

318 *Admota*] Adjuncta.

327 *Volvit*] Cogitat.

330 *Benignis fotibus*] Blandis, mitibus nutrimentis.

334 *Cerneres*] Si adesses.

335 *Præfultum*] Stratum.

336 *Siccare*] Tergere.

341 *Linteam*] Ad reliquias faciendas.

343 *Tutamen*] Firmamentum, protectionem.

345 *Manceps*] Custos, manu capiens. manceps, qui mancipat et qui mancipatur. Servus inde emancipatus, liber a servitio nec mancipi, i. e. liber, indeclinabile.

362 *Erutam*] Ablutam.

366 *Rejecit*] Degit.

Auleis] Palliis lectuli. aulea proprie Umbhang, ab aula Attali regis dicta. proprie cortinæ; sed hic pro vestimentis lectuli ponitur.

369 *Tramite*] A transmittendo.

373 *Stipant*] Circumstant.

378 *Irrita*] Provocata.

379 *Lividum*] Invidum.

380 *Efferata*] Ferina.

391 *Gregalis*] Collecta. H. plebs est rustica, et proprie gregales vel gregarii vocantur, qui equitum greges proficiscentium in hostem minant.

392 *Titulumque*] Epitaphium, memoriam.

Figat] Scribat.

394 *A*] Interjectio.

396 *Exponit*] Projecit.

Carices] Carectum, locus ubi carices nascuntur. Carix vero herba similis civario crescens in locis palustribus. unde etiam carex herba vilissima. similis cibaria, quæ lixa dicitur.

401 *Clangens*] Ales canens.

403 *Impetu*] De.

408 *Excubat*] Vigilat.

410 *Infessus*] Non fessus.

411 *Oculosque*] Sc. lupi.

Exegit] Pellit corvus.

413 *Ausit*] Possit.

417 *Malignum*] Adverb.

423 *Spiculis*] Angustiis.

424 *Figebat*] Perdurat.

428 *Vacuisque*] Ab anima. i. e. mortuis.

430 *Hunc*] Tuum.

433 *Nullus*] Respondet ille.

434 *Immanitas*] Feritas.

439 *Parcit*] Mitescit. H. parcit. W.

446 *Scabri*] Sevi.

Murices] Petrarum summitates. Tubstein.

447 *Recessus*] Secreta.

Scrupeos] Asperos, i. e. lapideos.

450 *Cumbam*] Navis.

455 *Lembulo*] Lembus, navicula piratica. vel, extrema pars inauratæ vestis.

457 *Sparteus*] De sparto foliis, i. e. de palma.. unde et sportulam. Et Romani parricidas cum gallo et simia et serpente in culleum, i. e. in tergum bovis undique consutum in mare præcipitabant.

Culleus] Fasciola adsuta intrinsecus. culleus, tunica ex sparto. spartus est frutex sine foliis ab asperitate vocatus. culleus, saccus, in quo rei inclusi mittebantur in mare.

461 *Emices*] Vadas, exsilias.

462 *Præceps*] Velox.

Palmula] Remo.

466 *Nomen*] Sc. cui.

467 *Barbarus*] Rusticus.

469 *Funale*] Funerale.

471 *Emensus*] Navigans.

476 *Straverat*] Compescuerat.

480 *Vasti*] Ampli.

482 *Dehiscere*] Dividi.

483 *Dum*] Usque dum.

485 *Ipsa*] Virtus.

490 *Pigneris*] Commendationis.

494 *Vectam*] Sc. fiscellam.

Marmore] Mari.

498 *Faselo scindere*] Navi sulcare.

501 *Relatos*] Artus.

504 *Carina*] Ima navis.

515 *Altar*] Recessus.

517 *Subjecta*] Membra.

519 *Auram*] Gratiam.

520 *Perfusa*] Scilicet cœlesti gratia.

521 *Corpus*] Locus.

525 *Illis*] Machabeis.

527 *Malorum*] Laborum.

528 *Supremus*] Novissimus.

529 *Sector*] Esaiæ.

531 *Segmenta*] Partes. proprie sunt vestes muliebres, sed non in hoc loco.

538 *Bravei*] Muneris vel mercedis.

540 *Laureas*] Coronas vel victorias. laurus enim pro corona ponitur. W. H. B.

541 *Victor*] Sc. tu. B. W.
552 *Stipitem*] Per nervum. B. cippum. W.
553 *Testeum*] Testæ enim confringebantur subtus martyrem, ut durius jaceret. W.
554 *Parta*] Syncope. B.
561 *Diem*] Suum diem. W.
562 *Ore et pectore*] Laude et voto.
566 *Favorem*] Auxilium. B. W.
572 *Perfunctam*] Servitutem.
573 *Quæ*] Caro. B. W.
574 *Tulit*] Passa est.
HYMN. VI. 1 *Tarraco*] Civitas. W.
Fructuose] Vocativ.
5 *Quandoquidem*] Quia. W. quoniam. B.
7 *Æthram*] Cælum. W.
8 *Superbum*] Nobile. W.
10 *Prævius*] Ostendens viam. W.
13 *Accitus*] Vocatus. W.
14 *Forum*] Concilium, pro loco judiciali posuit. W.
18 *Ultro*] Sponte. W.
19 *Quis*] Aliquis. W.
20 *Præceptor*] Magister. W.
Vehemens] Sevus contra vitia. W.
21 *Calore*] Amore. W.
24 *Palma*] Remuneratio. W.
25 *Coronæ*] Decoris. W.
29 *Exercent*] Populos baptizant. W.
30 *Purgamina*] Peccatorum. W.
33 *Catastæ*] Equulei ardentes, lectus ferreus. W.
35 *Insolens*] Superbus. W.
40 *Damnes*] Necesse est. W. pro, damna. i. e. desere. B.
Si sapias] Si aliquid sapias. B.
Anile] Vetus. W. inane. B.
46 *Prosatum*] Natum. W. B.
50 *Destinat*] Adjudicat. B. deputat. distinat, est, repellit. sed destinat, deputat. W.
53 *Libandum*] Gustandum. W.
55 *Resignat*] Aperit. W.
56 *Jus dicatum*] Jejunium. W.
57 *Sacrum*] Jejunium. W.
58 *Crucis*] Passionis. W.
62 *Cavea*] Amphitheatro. W.
64 *Perstrepunt*] Personant. W.
66 *Fremit*] Gaudet. B.
Voluptas] Aspiciendo. Delectatio videntium talia. W.
69 *Supremis*] Altis. W. B.
70 *Qui*] Rogus. W.
Solvit] Destruxit. B. per ignem in favillas. W.
71 *Lucis*] Cæli. W.
72 *Carceris*] Corporis. W.
Antro] Corpore. W.
73 *Sodales*] Sc. sui. W.
77 *Facessite*] Recessite. W.
78 *Gravet*] Inpediat. W.
Obsequela] Hoc obsequium dicimus, et hæc obsequela, feminino genere: sicut suasio et suadela, sub una significatione. W.
79 *Atquin*] Certe. W.
85 *Æddiderat*] Protulerat. B.
88 *Cremationem*] Rubum. W.
91 *Calce mera*] Pede puro vel nudo. B. H. Barfussig, *pararo fuozaro.* W.
94 *Credite*] Cuncti. B.
95 *Citata*] Velox. W.
98 *Contigit*] Evenit. W.
99 *Olim*] In futuro. B. W.
103 *Nexus*] Ligamina. B. W.
106 *Cohibere*] Constringere. B.
109 *Specimen*] Figuram. W.
111 *Stupuit*] Obstup. W.
115 *Vaporus*] Calidus. W.
116 *Orant*] Sancti. W.
120 *Missos*] Pro, dimissos. W.
123 *Insignesque*] Gloriosos. W.
125 *Notam*] Signum. B.
126 *Forum*] Concilium. W.
128 *Sudum*] Serenitatem. B.
129 *Domus*] Familia. W.
131 *Mero*] Puro. W. vino. B.
132 *Raptim*] Velociter. W.
Vendicabat] Adquirebat. W.
139 *Cernuntur*] Quidam viri. W.
142 *Honor*] Martyrum. W.
143 *Excitatur*] Erigitur. B. W.
144 *Hiberis*] Hispanicis. W.
153 *Camenas*] Laudes. W.
154 *Hinc*] Ex una parte. W.
155 *Inde*] Ex altera parte. W.
156 *Freta*] Mare.
Feriata] Ociosa, repercussa. W.

157 *Olim*] Quandoque. B.
160 *Fers*] Forte. W.
161 *Prosperante*] Propiciante. B.
162 *Revolvens*] Relegens. W.
Hymn. vii. 5 *Fovent*] Colligunt. B.
10 *Exitum*] Mortem. B. W.
15 *Abluit*] Penitus. W.
16 *Refert*] Distat vel differt. B. W.
17 *An*] Utrum. B.
20 *Quolibet*] Utroque. W.
21 *Summo*] Summitate. W.
23 *Datur*] Jacitur. B.
46 *Dicentem*] Sc. hæc. B. prædicantem. W.
52 *Partam*] Paratam. W.
59 *Fremitum*] Sonitum. B.
60 *Prona*] Currentia. B. H.
Sistere] Retro fluere. B.
65 *Salum*] Mare. B.
Solo] Pede. W.
67 *Vagum*] Velocem. B. H.
70 *Meatibus*] Transitibus vel viis. B.
73 *Leve*] Leviter. W.
76 *Titulus*] Gloria. B. W.
78 *Hebet*] Stupet. W. H. timet vel mollescit, ut non audeant, sicut prius. B.
83 *Cedo*] Da. W. precor. H.
Hymn. viii. *Neque in W. neque B. quidquam notatum est.*
Hymn. ix. 1 *Forum*] Civitas. (*Abest a Msc. B.*)
Hoc] Forum.
7 *Reputo*] Pro reputavi.
10 *Fucis*] Nigris coloribus, aromatibus.
14 *Stilis*] Grafiis.
15 *Pugillares*] Tabulas.
Percurrere] Scribere.
17 *Consultus*] Interrogatus.
24 *Præpetibus*] Velocibus.
27 *Ephebo*] Inberbi juveni.
29 *Tempestas*] Persecutio.
37 *Ultro*] Cito, statim.
40 *Feriatas*] Armatas vel ocium habentes.
42 *Cohercuit*] Strinxit.
43 *Vincitur*] Ligatur.
46 *Felle*] Furore.
49 *Inpacta*] Immissa, ingesta.
51 *Vibrant*] Quatiunt.
53 *Æquoris*] Planiciei.
54 *Area*] Planicies.
56 *Viscus*] Viscera.
59 *Summa pupugerat*] Extrema. W. scil. cutis, i. e. parum læserat. H.
63 *Condita*] Abscondita.
65 *Este*] Estote.
76 *Ferias*] Cessationes.
77 *Pangere*] Infigere.
78 *Impedire*] Volvere.
80 *Quid*] Aliquid.
82 *Quis*] Aliquis discipulorum.
88 *Expedit*] Exsolvit, vacuavit.
93 *Expressa*] Imaginata,
95 *Suggere*] Indica illi, pete.
Quod] Aliquid.
Votum] Precem.
96 *Æstuas*] Cupias.
99 *Pareo*] Obedio.
Fundo] Abtempero.
100 *Saxum*] Pavimentum.
101 *Percenseo*] Præteritum pro præsenti.
103 *Domum*] Uxorem.
104 *Futuri*] Sc. filii.
Hymn x. 1 *Assertor*] Sicut Nazarene. W.
2 *Elinguis*] Infacundi. B. W.
Organum] Sonum. B. W.
Fautor] Adjutor. B. W.
3 *Comtum*] Ornatum. W.
Infantissimo] Ineloquentissimo. W.
4 *Mira*] Pro miracula. W.
5 *Nam*] Quia. B.
Mutos] Alalos Græce mutus. W.
8 *Indixit*] Imposuit. B. W.
10 *Palpitet*] Vacillet. B. W.
Meatibus] Transitibus vel viis.
11 *Herens*] Tardans.
12 *Absonis*] Turpibus, inhonestis. B. W.
15 *Laxabit*] Solvet. B. W.
17 *Messiam*] Christum. B. W.
20 *Suggeram*] Subministrando. ministrabo. W. sumministro. B.
22 *Luculenter*] Manifeste, aperte, loquetur. W.
23 *Explicabit*] Solvet sc. illos. B.

24 *Moverit*] Dederit. W.
26 *Ictu*] Percussione. W.
29 *Hastile*] Gladius. W. B.
30 *Cassa*] Inania. B. W.
32 *Refert*] Narrat. B. W.
40 *Vel*] Saltim. B.
43 *Ecclesiatenus*] Usque ad Ecclesiam. W.
44 *Mancipandam*] Ligandam. B. W.
45 *Nazarenam*] Christianam. B. W.
46 *Ipse*] Præfectus. W.
49 *Altaris*] Sacramenti. W. B.
Pessumdare] Perditum tradere vel perdere. B. una pars est sicut circumdare, pessumdo. i. e. perdo, vel dissipo. W.
50 *Solvere*] Vertere. B.
52 *Acris*] Fortis, prudens. B. W.
Excellentiæ] Constantiæ. W.
53 *Perduelles*] Pugnaces. B. duelles, id est, rebelles. duellio et duellis est homo rebellis. duellum et duellium, res ipsa, i. e. rixa. pugnantes. W.
54 *Præstruens*] Præmonens. B. W. warnende. W.
55 *Turbini*] Temptationi. B.
60 *Libenter emori*] Sponte mori. W.
61 *Refert*] Renunciat. W.
Ad subsellia] Ad tribunalia, ad Senatum. B. W. ad loca judicii. W.
63 *Pervicaci*] Pertinaci. B. W.
Audacia] Duritia. B.
64 *Jugulos*] Colla. B.
Obstinate] Perseveranter. W. dure. B.
65 *Quo*] Ut. B.
Oppetant] Moriantur. B. W.
66 *Præceps*] Velox. W.
67 *Fax*] Incensor ad hoc. W.
68 *Contumaci*] Pertinaci vel pervicaci. W.
69 *Vinciri petit*] Ligari desiderat. B.
71 *Pæne*] Vel pone. i. e. juxta. B.
76 *Adstanti*] Martyri. B.
Ob ora] Contra faciem. B. W.
77 *Intestabilis*] Indignus testimonio. sine teste bonitatis, vel detestabilis. B.
79 *Inquietus*] Commoves. W.
80 *Dedat*] Sponte tradat. W.
81 *Populare*] Venerabile vel gloriosum. B. W.
82 *Illiterata*] Indocta. B. W.
Frequentia] Agmen, multitudo. B.
83 *Autument*] Æstiment. B.
85 *Montium*] Principum. Nam Dii in montibus stantes fulmina mittebant. W.
88 *Impiati*] Corrupti. W.
91 *Æquum est*] Justum est. B.
94 *Futuræ*] Sc. erunt. B.
Exitium luas] Periculum persolvas. W.
96 *His*] Verbis. B.
97 *Amplector*] Tua jussa. B. libens suscipio. W.
99 *Cuncta*] Tormenta. B.
Consulas] Sc. respondebo.
100 *Crudelitas*] Sc. patiar.
106 *Gregem*] Consortium. B.
107 *Faxit*] Faciat. optando dicit. B. W.
109 *Eculeo*] Patibulo. B.
Eminus] Longe. B.
110 *Crescere*] Tumescere. B.
111 *Apparitores*] Tortores. W.
Suggerunt] Indicant. B.
112 *Prosapia*] In suo genere. B.
113 *Primum*] Principem. B.
115 *Plebeja*] Rustica. B. vilis. W.
Clarum] Nobilem. B.
116 *Tergum*] Per tergum. B.
117 *Extuberet*] Tumescat vel crescat, strumosa fiat. B. inflatur. W.
118 *Persona quæque*] Omnis homo. B.
Competenter] Secundum suam naturam. B.
Plectitur] Punitur. W.
119 *Magnique*] Precii. W. magna distantia. B.
120 *Gradu*] Natura. B. W.
Datur] Competenter. B.
121 *Grandine*] Persecutione vel jactuum. B.
124 *Præstet*] Faciat. B. sublimem faciat. W.

125 *Secta*] Doctrina. B.

126 *Incunabulis*] Incunabula, cunæ, crepundia et crepitacula, idem sunt. W.

127 *Textu*] Ordine. W.

Stemmatis] Generis. B. nobilitatis, generationis. W.

128 *Parentis*] Patris. B.

Ab ore] Quando primo parenti insufflavit spiritum vitæ. W.

130 *Degener*] Dicitur, qui factis depravatis non respondet nobilitati parentum. W.

131 *Stemmati*] Nobilitati. W.

132 *Ut magistratus*] Sicut dignitas. W.

133 *Probum*] Bonum. W.

134 *Inusta*] Valde usta. W.

136 *Cave*] Cave velis simul jungendum. Cave enim abnegativum est, nec eget aliqua abnegatione. sicut, cave facias, debemus dicere: non, cave ne facias. W.

137 *Mi*] Pro mihi. B.

Remissus] Ad misericordiam. W. mollefactus. B.

139 *Ampliatus*] Dilatatus prosperitatibus. W. auctus. B.

140 *Floccifecero*] Pro nihilo duco, parvipendam. B. parvipendo. Ductus sermo a flocco, quod homines in re vilissima utentes a vestimentis extrahunt et proiciunt, quasi pro nihilo reputantes. W.

142 *Cursim*] Velociter. B.

143 *Fasces*] Honores. B. summæ dignitates. W.

Sellæ] Quæ in Curia ponebantur. W.

Prætextæ togæ] Genus vestimenti. B. prætexta, vestis est, qua utebantur pueri usque ad sextum decimum annum; et dicta prætexta, eo quod latior purpura ei intexebatur in capitio. postea toga utebantur. W.

144 *Lictor*] Virgifer. W.

Trecenta] Finitum, pro infinito. W.

Insignia] Ornamenta. B.

146 *Initis*] Intratis. B.

Vernæ] Juvenes. B. servi. Vernaculus, ut dicit Isidorus, dictus est q. bonus hereditarius natus: qui et domigena dicitur. i. e. domi natus. W.

148 *Ex eburna*] Eburneæ aquilæ ferebantur in vexillis Romanorum, propter aquilam, quæ armiger Jovis est. W.

149 *Ejus*] Aquilæ. W.

Beluæ] Elefanti. W.

150 *Cui*] Ossi. W.

Alitis] Aquilæ. B. W.

151 *Sigillorum*] Simulacrorum vel signorum. B. idolorum. W.

152 *Siti*] Positi. W. B.

153 *Projectius*] Despectius. W.

154 *Carpentum*] Vehiculum. B. currum. W.

155 *Proceres*] Nobiles. Proceres proprie mutuli trabium eminentes e maceriis. inde proceres dicuntur eminentiores in populis. W.

156 *Lapis*] Gagates. Agatstein. W.

Essedo] Essedum, genus vehiculi Gallicani, i. e. Sambuch, quasi assedum, ab assidendo dictum. B. genus vehiculi. W.

160 *Almonis*] Fluvius. B.

162 *Luperci*] Nudi. B. Luperci dicebantur, qui Lupercalia celebrabant. i. e. festa Panis Dei; in quib. omnia immunda fiebant. W.

165 *Verbere*] Percutiendo nates illarum. W.

166 *Sacrorum*] Idolorum. B.

172 *Vultuosus*] Terribilis vel tristis. B. W.

177 *Mares*] Masculos. B.

178 *Sexu duplici*] De mare et femina. W.

179 *Abnepotes*] Natos de nepotibus. W.

Editos] Pronatos. B.

181 *Luduntur*] Decipiuntur. B.

182 *Amasionum*] Amatorum. B. amasii et amasiones, unum sunt. W.

Comprimuntur] Stuprantur. B.

183 *Incesta*] Stupra. B. non casta. Distat inter fornicationem et adulterium et incestum. Nam fornicatio

cum puellis et viduis; adulterium cum uxoribus aliorum: incestum cum sororibus et sanctimonialibus. Et dicitur incestum q. non-castum.

184 *Fallit*] Uxorem. B.

Maritus] Vulcanus. B.

Pelicem] Pelix dicitur q. pelle illiciens, i. e. decipiens. Nam pulcritudine deputantur homines. W. concubinam. B.

185 *Deos*] Martem et Venerem; quos Vulcanus alligavit. W. B.

187 *Verbece*] Verbix vocatur a verme, quem habet in fronte, qui commovens incitat eum ad prœlium. W.

188 *Palestrici*] Palestrici, qui in theatro saltantes turpia Deorum canebant. W.

189 *Ephebi*] Inberbis. W.

190 *Effeminavit*] Castravit. B.

Gymnadis] Nuditatis vel exercitii licentia rustici. B.

191 *Inpuratus*] Commaculatus. Impuratus et Impurus ita distinguuntur; quod impurus in seipso immundus: Impuratus autem ab alio contaminatus dicitur. B.

192 *Disco*] Discus, genus ludi, qui super discum agebatur. quem ille ephebus ludens a Borea vento occisus est. W.

Subcuba] Vel succubam. Succuba dicitur, q alii in patienda libidine succumbit; a succumbendo dictus. B. a succumbendo ad turpes usus; qui et amasio. W.

194 *Furem*] Latronem. W.

Passus] Sustinens. W.

195 *Tela*] Arcum et pharetram.

196 *Cybelis*] Cybele et Cubele, quæ mater Deorum dicebatur; quæ et Berecinthia. W.

197 *Gallus*] Sc. castratus Atis. B. Omnes eviratos, Gallos vocabant, postquam Galli Senones Romam ceperunt. Et postea quicunque Gallum ceperunt, evirabant: ne illud semen cresceret. Et gallos, castratos omnes vocabant. W.

Ob] Propter. B.

199 *Impudicæ*] Inverecundæ. W.

200 *Matris*] Cybeleæ. W.

Spado] Eunuchus. B.

201 *Credo*] Ironice. W.

202 *Citetur*] Judicaretur, vel commoveatur. W. judicetur secundum scita. B.

203 *Implicatus*] Damnatus. B.

Juliæ] Romanæ legis. B. Julia lex a Julia repertrice, quæ adulteras damnabat.

204 *Scantiniam*] A Scantinia inventore, quæ utique judicabat adulteros. W. legem Romanorum, i. e. iram. et est nomen Deæ. B.

205 *Cognitore*] Te sciente vel judice. B. cognitor, qui causas cognoscit judicii. W.

206 *Conditorem*] Constitutorem. i. e. Saturnum. B.

207 *Censes*] Judicas. B. W.

208 *Reformidat*] Reformido et formido, unum sunt. W.

210 *Occulendi*] Occultandi. W.

211 *Dissidentum*] Discordantium. W.

213 *Lemnius*] Vulcanus, a Lemno insula. B. quia Vulcanus prodidit adulterium Veneris et Martis, ideo inter se dissident. Et dicitur Lemnius Vulcanus, q. lutosus, a Græco quidem linos. i. e. lutum. nam sordidatio luxuriæ ex colore fit, quod est Vulcanus, quia ex pelice natus fuit. W.

215 *Signo*] Imagine. B. sigillo. W.

219 *Piaculum*] Facinus. B.

221 *Cignus*] Jovis in forma. B. Jovis in Cignum conversus stupravit Dianam. W.

Stuprator] De Jove et Leda, vel de Jove et Pasiphaë. B.

Pulpita] Lectus Deorum. B. gradus scenæ. W.

222 *Saltat*] Canit. B.

Tauricornem] Proprium nomen, mimilogus quidam, qui cantabat, Jovem, versum in taurum, vitiasse Europam. W.

Lidius] Jovis, vel nomen toni musici. B. musicus. H.

224 *Diluis*] Purgas tàlia convitia. deluo, purgo: diluo, permisceo; inde diluvium, eo quod omnia permisceat. W.

227 *Alcmenæ*] Ledæ. B. Dicitur Alcmene uxor Amphitrionis, quam vitiavit Jovis, vertens se in faciem illius, dum ipse expugnabat quandam civitatem. W.

Deus] Jovis. B.

228 *Meretrix*] Venus. B.

Adonem] Ado, amasius Veneris quem aper interfecit; unde nimium flevit Venus. hoc ideo fingitur, quia Ado est Sol, aper hiemps: et aper interfecit Adonem, i. e. veniente hieme Sol a calore deficit et moritur: Et flet Venus, i. e. terra; quia tunc terra nihil parit, obnubilata hieme. W. Priapum, eunuchum. B.

Scenica] Theatralis. W.

230 *Cypridis*] Veneris, a Cypro insula, ubi colitur. B. W.

231 *Quid*] Sc. est. B.

233 *Sigillum*] Idolum. W. vexillum. B.

235 *Leno*] Machinator stupri. B. qui conciliat stuprum. W.

Exoletum] Juvenem Ganimedem. Exoletum, quod jam adolescere, i. e. crescere desiit. B. adultum. Obsoletus et exoletus, sordidus. Sed exoletus excretum aliquando significat: sicut excretum pullum dicimus, i. e. adultum. W.

Qui] Qualiter. B.

236 *Ceres*] Quærens Proserpinam, vi raptam. W.

237 *Virginem*] Proserpinam. B.

239 *Tyrinthium*] Herculem; quem Umfala (Omphale) faciebat, ut fusos rotaret. Umfala, concubina ejus erat. Umfala umbilicus. In umbilico enim est luxuria. Per Herculem fortes et sapientes; quia luxuria etiam sapientes decipit et deludit. W. B.

241 *Deum*] Deorum. B.

Priapos] Deos hortorum. W.

245 *Jus*] Sc. est. B.

Algis] Herbis marinis. B.

246 *Censor*] Judicator. Ironicos dixit. W. judex. B.

248 *Pulmonem*] Pulmo enim concipit ventum et emittit, cum ridet homo et loquitur. W.

249 *Derisus*] Derisio. B.

Ineptias] Vanitates. W. B.

250 *Vinulentæ*] Vino plenæ. lentum dicimus plenum. inde vinolentus dicitur vino plenus. temulentus, temeto plenus. W.

251 *Mysticæ*] Secretæ vel figuratæ. W.

253 *Promisce*] Metri caussa, vel promiscue.

255 *Canopus*] Ægyptus, a stella sic dicta. B.

256 *Comprecare*] Similiter. B.

Simiam] Dea Ægyptia. W.

257 *Aspis*] Serpens, quem venerabatur Æsculapius medicus. W.

258 *Crocodillus*] Deus Ægyptiorum. B. animal et in aquis et in arboribus ascendens. W.

Ybis] Ciconia Ægyptia. W. genus avis. B.

260 *Cepe*] Cephal Gr. caput. inde cephe accepit nomen: quia tantum caput utile est, ceterum corpus fulciens. W.

267 *Quid imprecabor*] In quantum maledicam. B.

Officinis] Schmidden, vel templis. W.

270 *Vestrum*] Vestrorum. B.

Cælitum] Deorum. B.

271 *Efficax*] Potens. W.

272 *Circumplicat*] Deflectit. W.

274 *Corimbos*] Racemos. W. anulos, circulos. B.

275 *Ydris*] Serpentibus. B.

Asperat] Asperum facit. W.

279 *Ephebum*] Juvenem. i. e. Bachum. B. Liberum patrem. W.

280 *Thyrso*] Rebethorsen. trunco vitis. W.

281 *Molle*] Adverb. B. pro, molliter, delicate. W.

285 *Clava*] Lancea, hasta Herculis. B. baculus Herculis. W.

287 *Polite*] Ornate. W.

289 *Delitantis*] Sacrificantis. W.

290 *Mentitur*] Fingit. B.

291 *Mentorem*] Dei mendacem. B.

292 *Fidias*] Fidis, chorda, unde Fidius, qui fidibus canit. B.

296 *Pago*] Vico vel paganismo. Pagi, ut Isidorus dicit, sunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus. Unde pago dedite, sine urbium disciplina. B. Villa. page g. villa. inde Villanos paganos, q. a civitate Dei remotos, dicimus. W.

297 *Obsonia*] Negotia, viles res. i. e. carnes et similia ad æsum pertinentia, ad operandum proposita. B. servitia, prandia. obsonor, prandeo, inde obsonium, prandium. W.

299 *Pelvis*] Vas pedum. W.

Cantharus] Ansatus calix. B. vas vinarium. W.

303 *Circulator*] Deceptor, quia alios quodam circulo erroris involvit et decipit. W.

304 *Rancidæ*] Rauce canentes. W. rancidum, iratum ; ex vitio nuncupatum, quod raucos efficiat. B.

305 *Edentularum*] Anuum ; quasi sine dentibus. B. W.

307 *Perpensa*] Temperata. perpensa res. i. e. æquo pondere repensa. W. æqua reddita. B.

324 *Pollet*] Pollere proprie exercere. sed hic pro excellit. W.

327 *Globos*] Stellas. B. Lunam et stellas dicit. W.

329 *Septentriones*] Ursi. B.

331 *Prærupta*] Aspera. W.

333 *Subjugales*] Equos, boves, et quidquid sub jugo mittitur. W.

334 *Frutecta*] Virgulta humilia. W.

335 *Vernant*] Florent. W. virescunt. B.

336 *Molitus*] Conatus. W.

339 *Verbo*] Filio. W.

340 *In verbo*] In filio. W.

341 *Cognostis*] Noscitis. B. pro cognovistis. W.

343 *Sanxerit*] Statuerit. W.

Donaria] Dona. B.

346 *Ipse*] Deus. W.

348 *Incapacem*] Qui non capit solutionem. W.

350 *Discriminatis*] Discretis, divisis. B. separatis, variis. W.

Illitam] Pictam. W.

Coloribus] Sc. virtutum.* W.

354 *Litari*] Sacrificari. W.

355 *Placere*] Sc. illi. W.

359 *Parcitatem*] Abstinentiam. B.

360 *Spem*] Spes non debet jacere, sed se erigit. W.

361 *Amœnus*] Delectabilis. W.

Vapor] Fumus. W.

362 *Croci*] Genus pigmenti. B.

363 *Persicorum*] Persia, regio est, ubi abundant aromata. W.

365 *Prosperatum*] Benignum. B.

366 *Infensus*] Molestus. B.

367 *Probatum*] Probabiliter. nomen pro adverbio. W.

369 *Ignis*] Animæ, quæ est igneæ naturæ. W.

374 *Cadaveri*] Corpori, quod resolvendum est in cadaver. W.

378 *Terrulenter*] In terra. W.

381 *Deasciato*] Cum ascia inciso. B. ascia planato vel formato. ascia, genus instrumenti, quo formantur res. W.

383 *Ofellis*] Deminut. ab offa quod fructum significat. B.

387 *Liberis*] A servitio Diaboli. W.

389 *Asserentibus*] Affirmantibus. W.

390 *Est*] Sc. illis. W.

391 *Coquebat*] Parabat. B.

Disserente] Hæc dicente. B.

392 *Subdolam*] Fraudulentam. W.

393 *Stomachatus*] Iratus. stomacor, irascor. W.

394 *Bilemque*] Fel. B. invidiam vel iram bilis. nigredo fellis, unde ira procedit. W.

396 *Pro*] Exclamative. W. ah Deus. B.

399 *Perorat*] Loquitur. B.

401 *Fas*] Lex. B.

Priorum] Antiquorum nostrorum. W.

403 *Pompiliorum*] Patronimicum.

Pompilius primus invenit culturam Deorum, ut populum a furore belli revocaret. W. Pompilius Numa, qui ferociam populi ad sacra convertit. B.

Carpunt] Disrumpunt. carpere, est minutatim rem distrahi. inde carpunt. i. e. disrumpunt et vituperant. W.

Sæcula] Tempora. B.

404 *Sophistas*] I. e. callidos. Sophos sapiens. Sophista, callidus et ingeniosus argumentator. W. falsos conclusores. B.

407 *Consules*] Qui istos coluere Deos. W.

408 *Retexam*] Ne computem. W. proferam. B.

Nestoras] Antiquos reges. B. H. Nestor rex Græcorum antiquissimus, qui coluit Deos: et inde excrevit illa nefanda consuetudo. W.

410 *Pyrram*] Uxor fuit Deucalionis. W.

412 *Divum favore*] In honore Deum. W.

Mavortius] Bellicosus vel filius Martis. B. W.

413 *Septicollem*] Quia septem monticulos Roma cingit. W.

414 *Auspicato*] Adverb. pro auspicio. B. W.

415 *Statori*] Romulus etiam cum quadam vice insequeretur ab hostibus, fugiente exercitu, vocavit Jovem; tunc stetit exercitus fugiens. Unde Jovis Stator dicitur. W.

416 *Ab ævo*] Ab initio. B.

418 *Delubra*] Templa. W.

Faustus] Felix, beatus. B. W.

Secundet] Prosperet. W.

Gloriam] Principis. W.

419 *Procinctus*] Paratus. B. apparatus bellicus. W.

420 *Frenet*] Regat. W.

421 *Accingere*] Præparare. W.

422 *Rite*] Recte. W.

426 *Tunc ille*] Sc. ait. B.

428 *Fidele*] Fideliter. W.

433 *Suculentis*] Udis fletibus. B. nebulosis. W.

Influens] Sc. illud lumen. W.

436 *Crassum*] Pro crasse. W.

438 *Liquidis*] Puris. B. W.

Liquor] Puritas. B. W.

439 *Natura fervens*] Anima. B.

Ferventissime] Avidissime. W.

442 *Si*] Si tamen. W.

445 *Crede*] Mihi. W.

447 *Vindices*] Quæ debent vindicare nos a talibus. W.

449 *Abditam rimamini*] Absconditam scrutamini. W.

450 *In principem*] Contra. B.

452 *Hiulco*] Fissili. W. evaginato. B.

Pensilis] Pendentis. W.

453 *Tractim*] Trahendo. B. ut major esset cruciatus, ideo tractim secabant. W.

456 *Nitendo*] Insistendo vel incumbendo. W.

465 *Crudum*] Crudele. W.

470 *Perpetens*] Perpes, perpetis, permanens. W.

472 *Juge*] Diu. W. pro jugiter. B.

475 *Disjuncta*] Separata. W.

Mancipatur] Capitur. W.

477 *Olim*] In futuro. W.

478 *Pacto*] Lege.

481 *Fidiculæ*] Funes ad flagellandum. quamvis fidicula a fidibus dicatur; in hoc tamen loco significat ungulas vel genus tormenti, quo rei in eculeo suspensi torquentur, ut fides et veritas inveniatur. B. Fidicula, genus tormenti vel ferri subtilissimi, quo incidebantur martyres. W.

485 *Pleurisis*] Morbus vel dolor laterum. B. W.

486 *Inusta*] Valde usta. W.

488 *Summa pellis*] Summitatem papularum. W.

Obductus] Latens. B.

490 *Cauteribus*] Hic et hæc cauterium facit, sub secunda et tertia declinatione. et dictum cauterium a caute tenendum, ne se homo coquatur. W.

495 *Nodosa*] Quæ nodis inest. B.

Arthesis] Vel artisis, dentium dolor, vel communiter omnium articulorum: et sumsit nomen a passione articulorum. B.

498 *Laniena*] Ferrum medicabile; vel locus, ubi animalia mactantur. vel ipse pecudum laniator et hominum carnifex, a laniatura dictus. B. laniola, locus, ubi medici faciunt medicinas, et laniant carnes infirmorum. W.

Hippocratica] Hippocrates, medicus. inde hippocratica dicitur medicina, a principe medicorum dicta. W. Hippocras summus medicus. inde adject. hippocraticus. B.

499 *Viscus*] Caro. W.

500 *Scalpella*] I. e. ferrum, quibus abraditur putredo ab ossibus. W.

501 *Chirurgos*] Medicus dicitur. q homines incidere solet; Chirurgus a manuum operatione dictus. χεὶρ enim Gr. manus dicitur. B. Chirurgi, medici manu medicinam operantes. Chira enim Græ. manus. Empirici vero tantum intellectu morbum cognoscentes salutem corporum tantum voce indicant, manibus nihil operantes. W.

504 *Isti*] Chirurgi. W.

510 *Livores*] Colores pallidos de nigra Cholera dicit. W.

511 *Regestum*] Absconditum. B. a terra abstractum. W.

512 *Illusa*] Picta. B.

Bombix] Sericum. W. vermis, de cujus sanguine purpura tinguitur. B.

514 *Luxus*] Dulcedo. B. superfluitas. W.

Arvinam] Pinguedinem. W.

515 *Voluptas*] Delectatio. W.

517 *Fomitem*] Incendium. W.

519 *Supersit*] Ut remaneat. B.

521 *Turba*] O mea. W.

522 *Clienti*] Minori, vasso (vassallo) servienti. B.

524 *Vernularum*] Servorum. B.

526 *Jactura*] Perditio. B. damnum. proprie est damnum, quod navigantes in mari patiuntur. Sed ponitur pro omni damno. W.

Mordet] Punit, constringit. W.

528 *Occupat*] Sc. mori. W.

529 *Natura*] Naturalis res est mors. W.

Vertit] Pro, vertitur. W.

530 *Damnum*] Mortem. W.

Præmiis] Sempiternis. W.

531 *Fortibus*] Martyribus. W.

533 *Sobvolabit*] Ascendet. B.

536 *Plicabitur*] Involvetur, cum non cadet, sed præ nimio timore ita videbitur. W.

538 *Speram*] Lunam. W.

Menstruale] Quæ singulis mensibus crescit. W.

541 *Contempne*] Respue. W.

Præsens] Præsentem utilitatem. W.

546 *Dum*] Adjectio syllabica. W.

547 *Interserit*] Interrumpit sermonem. W.

552 *Scaturrientes*] Ebullientes. B.

555 *Verba*] Labra. B. H.

557 *Caraxat*] Scribit. Caraxo Gr. est scribo. inde caraxavit. i. e. scripsit. W.

559 *Carptim*] Minuatim. W.

564 *Nominis*] Sc. Dei. W.

Præconium] Laudem. B.

567 *Rictibus*] Apertionibus. Ringo, os aperio. inde rictus, apertio. W.

574 *Reciprocatis*] Revocatis, iteratis. B.

578 *Nequiter*] Crudeliter. W.

580 *Victum*] Corpus. W.

581 *Rigorem*] Fortitudinem. B.

582 *Obstinata*] Dura. B.

Obcalluit] Obduruit. B. obduravit. W.

590 *Diurnum*] Christum. W.

Nox] Peccatores. W.

595 *Gravatus*] Iratus. W.

598 *Retro*] Ante. B.

604 *Nostrum*] Corpus. W.

606 *Congressa*] Pugnavit. congredior tibi. i. e. pugno contra te. W.

608 *Sofistæ*] Sapientes. W.

614 *Fastis*] Libris vel consulibus. B.

617 *Ocium*] Tempus. W.

618 *Capellam*] Amaltheam capram, quæ fertur nutrisse Jovem. W.

Gnosiam] Creticam. B. W.

620 *Olim*] In futuro. B. futuro tempore; quæ colitis. W.

623 *Expedita*] Prodita. B.

625 *Consono*] Convenienti. W.

629 *Prænotata*] Præscripta. B.

Adumbrata] Figurata. B.

630 *Combiberunt*] Graviter senserunt. B. perceperunt. W.

633 *Coram*] Manifeste. B.

Conspicabili] Veneranti vel lucido. W.

634 *Fluctuaret*] Titubaret. B.

635 *Comminus*] Præsentialiter vel prope. B.

636 *Nos*] Nostra caro. B.

647 *Processu*] Incremento. B.

651 *Luctarier*] Pro luctari. W.

655 *Fuci*] Mendacii vel fraudis. B. nigredine peccati vel mendacii. Omnis enim, qui in judicio lambuntur, aut lambentur odio, aut timore aut amore. W.

657 *Favoris*] Tumoris vel adulationis. B. jactantiæ. W.

659 *Periclitemur*] Probemus. Periclitari, est probare. W.

663 *Necolim*] Nuper. W.

671 *Arrisit*] Consentit. W.

Infans] Barulas. B.

Retulit] Respondit. W.

676 *Sub pudore*] Sub verecundia; dubitans quid faceret. W.

685 *Hausi*] Potavi. W.

686 *Cedo*] Consentio; impero. W.

690 *Orba*] Vidua. W.

Corrupit] Sua doctrina. W.

693 *Mortis*] Quia cito moritur infans.

694 *Acrius*] Videndo dolorem filii. W.

703 *Impacta*] Immissa. impingo, i. e. mitto. inde inpacta. W.

707 *Illacrimasse*] Valde lacrimasse. W.

Demanantibus] Effluentibus. W.

709 *Scribas*] Exceptores, qui dicta judicis et responsa martyris excipiebant. W.

Coronam] Multitudinem. W.

711 *Hisce*] Pro his. W.

712 *Soli*] Illi. W.

Renidet] Resplendet. W.

734 *Sedat*] Quiescat. W.

740 *Mella*] Dulcedines. W.

741 *Nitere*] Conare. W.

745 *Vagitibus*] Adhuc vagientibus. W.

752 *Editi*] Formati. W.

759 *Puberem*] Puerum. pubis et puber, puberis facit, de puero. W.

763 *Dehonestaret*] Deturparet. W.

765 *Hunc*] Decoratum. W.

767 *Satis*] Multum. W.

775 *Dicata*] Consecrata. W.

777 *Septies*] Pro martyrio VII. filiorum. W.

779 *Feracem*] Fecundam et portatricem. W.

785 *Adsere*] Adfirma. W.

787 *Nihilumque*] Quia ex nihilo Deus corpus format. W.

790 *Refuderis*] Pro, refunde. W.

793 *Ridebat*] Deridebat. W.

Cognitor] Judex, qui res cognoscendo dijudicat. W.

800 *Superbus victor*] Fortis Romanus. W.

Ignaros] Pigros. W.

805 *Lacertos*] Brachia. W.

807 *Efficacior*] Valentior. W.

808 *Offas*] Morsus. W.

809 *Fatiscitis*] Lassatis. W.

810 *Socors*] Socordia dicitur pigritia. W.

Edacitas] Voluntas edendi. W.

811 *Istis*] Verbis. W.

812 *Concitat*] Commovet. W.

815 *Damnatus*] Morte scilicet, ut eum morti traderet. W.

817 *Pone*] Retro. W.

818 *Appello*] Voco. Homines in judicio positi, quibus violentia infertur, solent dicere: Appello sedem Apostolicam vel Regem. W.

821 *Differo*] Moror. W.

833 *Psallere*] Deo laudes. W.

841 *Explicabat*] Resolvebat. W.

848 *Sub ictu*] Ictu et sanguine globum q. spiritum volens recipere filii. W.

850 *Ferocius*] Acrius. W.

852 *Ingerebatur*] Immittebatur. W.

860 *Fomitem*] Nutrimentum: quo ignis incendebatur. W.

861 *Trepidare*] bat. W.

863 *Versare*] bat. W.

865 *Semen*] Scintillam. W.

869 *Thessalorum*] Thessalia, habundans est venenis et herbis, quibus magicam faciunt magici; et ibi multi sunt magici et incantatores, e quibus Erichtho fuit, ut refert Lucanus. W.

870 *Peritus*] Doctus. W.

874 *Coibit*] Coadunatur. W.

Reglutinabitur] Zusammen geleimet. W.

875 *Vertex*] Caput. W.

876 *Quampiam*] Aliquam. W.

879 *Oppetat*] Moriatur. W.

894 *Profanavit*] Corrupit. W.

896 *Accitus*] Advocatus. W.

902 *Scalpellum*] Genus ferri, quo medici utuntur. W.

903 *Insertans*] Inmittens. Insertare est immittere cum aliqua violentia. W.

904 *Sensim*] Tractim. W.

906 *Rictu*] Rictus, apertio oris. W.

907 *Scaturriens*] Ebulliens. B. W.

908 *Russo stemmate*] Rubeo sanguine. B.

909 *Fert*] Suffert. B.

913 *Oblatraret*] Latraret. W.

916 *Reponit*] Repromittit. B.

Ad] Ante. B.

918 *Abdomina*] Pinguedines. W, de folliculo suis. B.

919 *Hos*] Tales. W.

923 *Inclementius*] Durius. B. furiosius. W.

932 *Testudine*] Curvatura. testudo, curvatura. sub testudine ideo dicit, quia uranon Græ. Lat. palatum dicitur; eo quod curvum est in similitudine cæli, qui et uranon dicitur. W. cavitate. B.

936 *Idem*] Deus. W.

Fistulas] Sicut lingua. W.

937 *Consono*] Convenienti. W.

939 *Exitum*] Sonitum. B.

Profarier] Loqui. B.

940 *Parce*] Moderate. W.

942 *Cui*] A quo. B.

943 *Nempe*] Certe. W.

944 *Texere*] Ordinare. B.

945 *Postulet*] Indigeat. B.

948 *Coit*] Coadunatur. W.

949 *Dispar*] Multum. W.

Qui] Quibus. W.

950 *Solet*] Mare. W.

953 *Percitum*] Percitus dicitur velox. W.

Gradum] Gressum. W.

958 *Rebare*] Pro, rebaris. W.

964 *Herens*] Stupens, dubitans. W.

Ostenti] Monstri. W. miraculi. B.

966 *Effrenæ*] Indomitæ. B. W.

969 *Citari*] Vocari. B. W.

Nundinatum] Mercatum. B. locatum precio. nundinor, mercor. W.

Arguit] Nunc. B.

975 *Usquequaque*] Omnimodis. W. ex omni parte. B.

Absciderct] Occideret. W.

976 *Armoniam*] Consonantiam. B.

Probæ] Bonæ. B.

977 *Non*] Sc. putabat ille. B.

978 *Concrepare*] Sonare. W. B.

979 *Specu*] Antro: eo quod ibi lateat lingua veluti in specu. W.

981 *Veris*] Verbis. B. probamentis, W.

Refutat] Abnegat. B.

982 *Scrutare*] O judex. W.

985 *Lateatne*] Utrum. B.

986 *Quanquam*] Quamvis. B.

989 *Magistra*] Lingua. B.

991 *Periclum*] Inquisitio. B. fac probamentum. W.

992 *Ædat*] Proferat. B.

994 *Cui*] A qua. B.

Fragosa] Sc. clamat. B.

Inconditus] Inarticulatus. B.

995 *Stridulum*] Pro stridule. W.

999 *Suggillet*] Pro sumministret. B. W.

1000 *Disertus*] Distincte loquens. W.

1001 *His se*] Sc. ubi. B.

1003 *Vesaniam*] Pertinaciam. W.

1006 *Eccum*] Pro ecce. W.

1010 *Permadescitis*] Humefactatis. W.

1015 *Gabino*] Genus vestimenti. Gabini Romanis vicini fuerunt, a quibus magnam partem ceremoniarum sumserunt. B.

Fultus] Fultam habens. W.

1016 *Super*] Desuper. W.

Pulpita] Gradus scenæ. W. sedes vel lectuli Deorum. B.

1017 *Pegmatis*] Juncturis. pegma h. l. pro junctura. alias ferrum rotundum, quo scenici ludunt, i. e. theatrales. W. conglutinationis et compaginationis. pegma, genus machinamenti, quo luditur in theatris. B.

1018 *Subinde*] Deinde. B.

Aream] Planiciem tabularum. W.

1023 *Inpeditus*] Coronatus. W.

1025 *Bratteolis*] Laminis aureis. W.

Inficit] Miscet. B.

1027 *Pectus*] Sc. tauro. W.

Venabulo] Ferrum, quo dividitur pecus, aptum venatorib. i. e. minor securis. W. lancea. B.

1035 *Putrefactus*] Sordidus. W.

1041 *Egesto*] Emisso. W.

1042 *Compage*] Tabula. W.

1047 *Piaculi*] Purgationis. W.

1051 *Eccatontem*] Centum. inde hechatontam. i. e. centum potestates habentem. Et ideo centum hostiæ ei immolabantur. W.

1056 *Pulvinarium*] Lectisternium vocat pulvinarium, qui in templo ponebatur, quando augurium quærebant per sacrificium. W.

1058 *Crudos*] Rusticos, pingues. W.

1059 *Quando*] Siquidem. W.

1060 *Votivas*] Qui per votum venit. W.

1061 *Fanaticus*] Sacerdos, qui in fano moratur. W.

1062 *Deam*] Berechinthiam. W.

1063 *Rotari*] Scil. objectans caput. W.

Mysticum] Figuratum. W.

1064 *Parcæ*] Quæ parcit, non se incidendo. W.

Fertur] Dicitur esse. W.

1066 *Metendæ*] Abscidenda. W.

1070 *Auctam*] Accumulatam vel placatam. W.

1071 *Uterque*] Ironicos dicit. W.

Sanctitati] Illi. W.

Displicet] Eviratus utrumque genus despicit, et masculinum et femininum. W.

1078 *Ignivorint*] Pinxerint. W.

1081 *Functum*] Defunctum. Fungi, dicimus officium implere. Defungi, ab officio cessare. Defunctus dicitur ab officio vitæ cessans. W.

1083 *Bratteæ*] Laminæ auri. W.

1089 *Contumelias*] Contumeliæ proprie sunt verbera et illatæ alicui injuriæ. W.

1103 *Illis*] Torteribus et sectoribus. W.

1115 *Vivacibus*] Diu durantibus. W.

1116 *Diutina*] Longeva. W.

1117 *Situ*] Vetustate. W.

1120 *Obsolescit*] Deletur. W.

Apex] Littera. W.

1131 *Regestis*] Occultis. Regestum vocatur liber, continens memorias aliorum librorum, et epistolas in unum collectas. Et dictum regestum, quasi iterum gestum. Johannes Scotus Registron dicebat. W.

1132 *Monimenta*] Monumentum, et monimentum, et monimen, sub uno sensu semper ponuntur. W.

1133 *Olim*] In futuro tempore. W.

1134 *Libramine*] Pondere. W.

1138 *Rex*] Christus.

1140 *Vellere*] Innocentia. Gold.

Hymn. xi. 1 *Romula*] Debuisset dicere, in Romulea: sed propter metrum, Romula, dicitur. W.

2 *Sacer*] Sacerdos. W.

3 *Incisos*] Sculptos, vidimus. B.

Singula] Sc. si. W.

4 *Replicare*] Explanare, numerare originem. W.

5 *Hausit*] Consumsit. B. quasi devoravit. W.

6 *Cum*] Quando. B.
Coleret] Colebat. B.
Troja] Quia a Trojanis ducunt originem. W.
7 *Signata*] Clausa. B.
8 *Epigramma*] Superscriptio. W.
9 *Tumbas*] Sepulcra. B.
10 *Significant*] Indicant. B.
11 *Virum*] Virorum. W.
15 *Comperta*] Recitata. B.
17 *Siculi*] Ubique. B.
18 *Rerum*] Martyrii. B.
19 *Scisma*] Dogma, dissensio. W. heresim. B.
Novati] Novatus iste scismaticus. nam distat inter scismaticum et hereticum. Scisma, i. e. scissio. inde scismaticus, qui a corpore Ecclesiæ aliqua novitate, sicut iste qui dicebat hominem semel prolapsum criminali peccato, numquam posse resurgere. hereticus namque qui sectam suam colit. heresis enim secta, videlicet non credens unum Deum esse Patrem et Filium, Spiritum Sanctum, sicut Arrius. W.
20 *Nostra*] Ecclesiastica. W. Catholicam Ecclesiam. B.
21 *Provectum*] Sc. iuveni. W.
Insigne] Ornamentum. B.
Tulisse] Accepisse. W.
23 *Mirere*] Mireris. B. W.
Senem] Yppolitum. W.
24 *Ditatum*] Sc. esse. W.
25 *Victor*] Ipse. W.
26 *Exitium*] Periculum. W.
28 *Consultus*] Interrogatus. B. W.
Secta] Fides. B.
29 *Exsecranda*] Odiosa, respuenda. W.
31 *Vigeat*] Crescat in vobis. B. W.
Prisco] Christi. W.
Templo] Familia. W.
32 *Cathedra*] Doctrina. W.
33 *Decesi*] Antea. W.
Piget] Pudet. W.
Venerabile] Dignum esse. W.
Martyr] Sc. ego. reciprocum. B. W.
34 *Cerno*] Sc. modo. W.

Cultu] Religione. W.
Rebar] Æstimabam. B. sperabam. vel dicebam. W.
35 *Mis*] Sc. verbis. B. W.
Detersit lævo] Avertit sinistro. W.
36 *Dextra*] Recta. W.
37 *Spretis*] Contemptis. W.
Anfractibus] Dubietates errorum. W.
39 *Sistitur*] Præsentatur ipse Yppolitus. W.
Insano] Contra insanum rectorem. B.
40 *Tyberina*] Ubi mare intrat Tyberim. W.
42 *Peste*] Persecutione. B.
Quateret] Puniret. B.
44 *Tingueret*] Fluxu. W.
45 *Janiculum*] Illum montem. B. domum, i. e. montem. W.
Fora] Loca. W. Fora, fori, forum et fores ita distinguuntur. Fora, exercendarum litium locus, a fando dicta. Forum mercatorum, quod foris habeatur. Fori, latera navium concava, a ferendis oneribus dicta. vel: Fori, loca, ubi uva calcatur. Fores, januæ, quæ foras revolvuntur; sicut valvæ, quæ intus. B.
Rostra] Loca, ubi rostra de ære Antoniarum navium Romæ posita sunt: dicta quod bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut essent hujus insigne. B.
Suburam] Loci nomen in Roma, ubi nova coria parantur. vel, subura, regio Romæ, ubi publicus conventus fieri solebat. B.
46 *Eluvie*] Sorde vel putredine. B. W.
Effluere] Abundare. W.
47 *Tybreni*] Tuscani, Tyberini. W.
Oram] Finem. W.
52 *Idolii*] Servitus idolorum. B. officium idolorum. W.
Ardebat] Furebat. B.
Perfidiæ] Idolicæ. W.
53 *Situ*] Squalore. B. W.
54 *Excrucianda*] Vexanda. W.

55 *Inde*] Postea. W.
Loria] Ex loris facta. W.
Flabra] Flagella. W.
56 *Stridere*] Pro, bant. W. B.
Concrepitare] Pro, bat. B. W.
57 *Ungula*] Genus tormentorum. W.
Costarum cratibus] Costis vel juncturis. W.
58 *Pandere*] Pro, bat. B. sc. cæpit. W.
Lacerari] Pro, bat. B.
60 *Cassa*] In vanum. B.
Cognitione] Pœna. W.
63 *Quæsitor*] Judex. W.
Unco] Ungula. B.
64 *Quæstio*] Pœna. B. judicium, castigatio. W.
Agito] Facito. imperativus. W.
65 *Tollat*] Elevet. W.
66 *Viventesque*] Opertos. B.
67 *Conice*] Proice. W.
68 *Pira*] Rogus. B. W.
69 *En tibi*] Sc. sint. W.
71 *Male suta*] Carina. B. male vincta. W.
72 *Vexerit*] Navigator. W.
Cesa] Percussa. W.
Labarit] Natat. W.
77 *Persultanti*] Cum quadam arrogantia dicenti. W.
78 *Senior*] Yppolitus. W.
Nexibus implicitus] Ligaminib. ligatus. W.
86 *Affirmant*] Respondent. W.
87 *Yppolitus*] I. e. equinus. B. W.
89 *Jugales*] Equos. W.
97 *Bigas*] Equos. W.
98 *Nexuerant*] Ligaverant. W.
101 *Jugo*] Tune. W.
102 *Ima pedum*] Summitatem pedum. W.
103 *Hujus*] Sc. funis. W. B.
Ad extremum] Ad extremitatem. W.
104 *Orbita*] Rota. W.
106 *Plantas*] Pedes. W.
Rudente] Fune novo. W.
108 *Feros*] Equos. W.
110 *Iliaque*] Latera. W.
111 *Senis*] Yppoliti. W.
112 *Hi*] Sc. equi. W.
113 *Alacres*] Læti. W.
114 *Exagitant*] Agunt. W.
115 *Incendit*] Sc. eos. W.
116 *Mobile onus*] Corpus martyris. W.
118 *Prona*] Humilia. W.
Fragosa] Aspera. B. W.
Ardua] Montes. W.
119 *Minutatim*] Particulatim. W.
Frusta] Particulas. W.
120 *Hyrtus*] Horridus. W.
122 *Parte*] Sanguinis illius. W.
123 *Exemplar*] Depictum. W.
Habet] Retinet. W.
Illitus] Pictus. W.
124 *Fucus*] Malitiæ. W. color. hic pictura. fucus herba, unde tinguuntur vestes. unde in omnib. rebus, ubi rei veritas obducitur, fucus dici potest. B. pictura. H.
Digerit] Ordinat, componit. W.
126 *Effigians*] Significans. W. conformans. B.
Viri] Yppoliti. W.
127 *Rorantes*] Sc. quasi. B. W. laus picturæ. W.
Apices] Summitates. W.
Saxorum] In pictura. B.
129 *Manus*] Pictoris. W.
Effingere dumos] Depingere spinas. W.
130 *Luserat*] Ludendo depinxerat. W. pinxerat. B.
Russeolam] Rubicundam. W.
131 *Cernere erat*] Cerni poterat. sc. in pictura. W.
132 *Situs*] Loca aspera. W.
133 *Addiderat*] Pictura. B. W.
Caros] Propinquos. W.
134 *Fractum*] Curvum. W.
135 *Rimantibus*] Investigantibus. W.
136 *Laceris*] Laceratis. W.
137 *Ille*] Sc. sinus. W.
Reverendam] Venerabilem. W.
138 *Confovet*] Nutrit vel protegit. W.
139 *Hic*] Alter. W.

140 *Legit*] Colligit. W.
141 *Bibulæ*] A bibendo. W.
Arenæ] Ab ariditate. W.
142 *Infecto*] Corrupto. B. sordido, mixto, interso. W.
Ros] Sanguis. B.
143 *Quis*] Aliquis. W.
Sudibus] Spinis, palis. W.
144 *Omnem*] Sanguinem. W.
145 *Corpore*] Yppoliti. W.
146 *Fraudat ab exsequiis*] Non humaretur corpus. W.
147 *Recensetis*] Renumeratis, inventis. W.
151 *Metando*] Exquirendo. W. ponendo. B.
Ostia] Tyberina. B. W. portas, januas. W.
152 *Placet*] Eligitur. W.
153 *Haut procul*] Non longe, a Roma. W. B.
Ad pomeria] Prope mutum. B. W. pomerium hic pro viridario. Alio loco locus secretus, moro cinctus. et dicitur pomerium q. post murum. W.
155 *Hujus*] Criptæ. B. W.
156 *Anfractus*] Cocleas. W.
157 *Summotenus*] A summo. B.
Intrat] Lux. W.
Hiatu] Apertione. W.
158 *Limina vestibuli*] Introitum porticus vel criptæ. W.
159 *Inde*] Deinde. W.
Ubi] Sc. itur. W.
160 *Nox obscura*] Tenebræ. W.
163 *Quamlibet*] Quamvis. W.
Ancipites] Dubii. B.
166 *Crebra*] Multa. W.
Terebrato fornice] Perforata cripta. W.
167 *Sic datur*] Tali modo permittitur. W. Estque laus picturæ. W.
169 *Mandatur*] Commendatur. W.
Opertis] Secretis. B. claustris. W.
170 *Propter*] Juxta illum locum. W. B.
171 *Sacramenti*] Corporis vel sanguinis Domini. W.
Donatrix] Sc. est. B.
174 *Tibricolas*] Romanos. B. W. H.
176 *Spes*] Æstimationes. B.
Juvat] Adjuvat. B.
177 *Corruptelis*] Pestibus. B.
178 *Opem*] Auxilium. B.
179 *Reditu*] Reversione. B.
182 *Quis*] Aliquis. W.
Annuere] Adjuvare. B. tribuere, concedere. W.
183 *Exuvias*] De corpore dicit. W.
184 *Fulgurat*] Splendet. W.
185 *Dives*] Docta. B. artificis. W.
Æquore] Planicie. æquor omnis æqualitas dicitur. W.
Lævi] Plano. W.
187 *Pariis*] Candidis. Parus insula, abundans candido marmore. W.
Contenta] Sufficiens. W.
Aditus] Fores cooperire. B.
188 *Ornando*] Ad ornandum. B.
189 *Salutatum*] Ad salutandum, i. e. adorandum. B. ad salutem. W.
Adorat] Ipsum martyrem. W.
191 *Latios*] Latinos vel Romanos. B. W.
193 *Perspicuo*] Nitido. W. præclaro. B.
198 *Celebrando*] Ad celebrandum. B.
199 *Augusta*] Roma. W. nobilis. B.
Quirites] Romanos. W. Romanos principes. H.
200 *Ambitione*] Cupiditate. W.
201 *Plebeia*] Rustica. B. vilis exercitus. plebeii milites. W.
Umbonibus] Humeris. W.
202 *Discrimen*] Discretionem. B. W.
Præcipitante] Incitante. B. inpellente ad hoc. W.
206 *Picens*] Gentile nomen, sicut Romanus, a Piceno urbe. B. W.
Etrusca] Italica. B.
207 *Samnitis*] Civis. B. a Samnia provincia. W.
208 *Nolanus*] A Nola civitate. W.
210 *Pigneribus*] Hoc interest: Pignora rerum, pignera filiorum. W.
Gestit] Gaudet. B. cupit. W.
216 *Nobile*] Regale. B.
217 *Superba*] Nobili. B. W.

218 *Opulens*] Dives. B. W. pro opulentum.
220 *Auratis*] Auro pictis. W. B.
221 *Breviore*] Strictiore. W.
224 *Editiore apice*] Altiere celsitudine. B. W.
226 *Tollitur*] Elevatur. W.
227 *Ægre*] Vix. B. W.
Undas] Catervas, frequentias populorum. B. H. W.
228 *Confertis*] Plenis. W.
229 *Alumnos*] Filios. B. W.
230 *Fetos*] Impletos. B. W.
235 *Crede*] Sc. mihi. B. W.
236 *Lucis*] Diei. W. B.
241 *Sic tibi*] Optando. W.
244 *Sedulus*] Studiosus. B.
245 *Lacteolis*] Candidis. W.
Compleveris] Pro compleas. W.
HYMN. XII. 1 *Coëunt*] Sc. quid. B. W.
2 *Ovantque*] Lætantur. nam tractum est a triumphantibus, qui albam ovem immolabant. W.
3 *Festus*] Quasi respondet interrogatus. W.
6 *Superba*] Nobili. B. W.
Laureatum] Coronatum. B. W.
9 *Crucis et gladii*] Petri et Pauli. W.
Testis] Tyberis. W.
Quibus] Tropeis. W.
12 *Præminente*] Eminente. B. alto patibulo. W.
13 *Veritus*] Timens. B. W.
Celsæ] Quæ est illa gloria. W.
Æmulando] Imitando. B. W.
14 *Ambire*] Desiderare. W.
15 *Exigit*] Rogat. B. exegit, petiit. W.
Supinis] Elevatis. B.
16 *Quo*] Ut. B.
17 *Subter*] Ad terram. W.
Sola] Plantas. B. W.
18 *Mente major*] Humilior. W.
Minor] Despectior. W.
Figura] Honore. B.
21 *Ut teres*] Sicut rotunda. W. circulus. B.
23 *Evomit*] Emittit. B.
24 *Feriri*] Puniri. W.
26 *Eundum*] Contendendum. W.
31 *Dextra regio*] Aquilonaris plaga. B.
Aureis] Nobilibus. W.
32 *Canens*] Albescens. B. candens. a canicie dicta albens, et venit a caneo, canes. W.
Fluento] Orta aqua. B.
34 *Frondem*] Baptisterium perpetuum. W.
Feracem] Fertilem. B.
35 *Ruit*] Oleum. W.
Lubricatque] Flectit. B.
Clivum] Devexitas montis. W.
36 *Colimbo*] Natatu. nam Græce colymbin natare dicitur. B. natatu. fructu olivæ. W. Corimbi, racemi hederarum. Colimbi, tubi, per quos currit aqua per loca occulta. W.
38 *Nivali*] Candido. B. W.
39 *Superne*] Desuper, adverb. B. W.
Tinguit] Colorat. W. pictura. B.
40 *Musci*] Qui ibi picti erant. W.
Relucent] Ex auro. W.
Aurum] Ex musco. W.
41 *Cyaneusque*] Viridis. B. vitreus, viridis Cyane gemma est Scithiæ coruscans, interdum nitore pura est et punctalis; interdum micantibus auratis varians punctulis. W.
Ostro] Rubei coloris ostrum, purpuræ liquor, ab ostrea, quæ Græce testa dicitur. B. genus muricis bene olentis. W.
43 *Pastor*] Petrus. W.
Rigore] Algore. B.
45 *Fluenta*] Doctrinam. W.
Ostiensis] Portuensis, ab ostia. proprium nomen loci. B. W.
46 *Cæspitem sinistrum*] Meridianum: versa vice ad occidentem civitatis. B. sinistram ripam dicit. i. e. meridianum versa vice ad occidentem. W.
47 *Princeps*] Constantinus. W. B.
48 *Lusitque*] Ornavit. B. quasi ludendo fecit. W.
Ambitum] Circuitum. B. W.

49 *Bratteolas*] Trabes cum bratteolis. B. laminas. W.

Sublevit] Circumdedit, junxit. a liniendo. W.

Aurolenta] Auro plena. W.

51 *Pariis*] Candidas. B. marmoreas. W.

Fulvis] Rubeis. W. auratis. B.

53 *Camiros*] Curvos, introrsum respicientes. B. curvos. Camiron Græce curvum. inde camerata domus, cujus testudo curva est. inde camelum, animal tortuosum. W.

Hyalo] Vitro. W. hyalum, Latine vitrum dicitur. B.

Cucurrit] Ornando. W. pinxit. B.

Arcus] Fornices. W.

54 *Sic*] Sicuti. B.

Vernis] Vernalibus. W.

Renident] Splendent vel refragant. B. W.

55 *Conferente*] Tribuente. W.

Dotes] Ornamenta. B. Dos potest dici, quicquid honorifice datur. W.

56 *Togatæ*] Ornatæ. B. nobili, pacificatæ. W.

58 *Lux*] Læticia. W. gloria. B.

Una] Communis. B. W.

59 *Incitato*] Veloci. W.

61 *Pontis Adriani*] Adrianus fuit rex, qui pontem ædificavit in Roma ad Ecclesiam Pauli. W.

62 *Levam*] Petri.

63 *Solvit sacra*] Ad Ecclesiam Petri. W.

Sacerdos] Apostolicus. B.

65 *Hæc didicisse*] Nam interrogavit, Dic amice, quid sit concursus populi; modo respondet. W.

HYMN. XIII. 1 *Punica*] Africana. B. W.

Tulit] Genuit. B. W.

Quo] Unde. B.

2 *Inde domo*] De illa patria. B. ex illa. W.

Cyprianum] Sc. tulit.

3 *Ore*] Doctrina. B.

4 *Libia*] Africa. B. W.

5 *Agit*] Disputat. B. loquitur. W.

10 *Actus*] Missus. B. W.

11 *Novum*] Mirabilem. B.

12 *Ut*] Quasi. W.

Ambrosius] Divinus. W. fidelis vel purus. B.

16 *Opulentus*] Dives. W.

Exsecutor] Expositor vel tractator. B. assertor vel prædicator Apostolicus. W.

19 *Quo mage*] Ut magis. B. W.

Cruda] Stulta. W.

21 *Unus*] Cyprianus. W.

Sinistris] Malignis, magicis. B. W.

22 *Cantamen*] Carmen. B. W.

Inire] Sc. consueverat. W. inibat. B.

24 *Quo*] Ut. B.

Geniale] Nuptiale, voluptuosum. W. naturale hic pro nuptia. B.

28 *Oris*] Faciei. W.

Nitoris] Habitus. W.

30 *Compescitur*] Tondetur. W.

31 *Modesta*] Modeste. B.

Loqui] Loquebatur. B.

Quærere] Quærebat. B.

32 *Vivere*] Vivebat, penetrabat. B.

35 *Gallienus*] Ejus filius. B.

36 *Fatenti*] Cypriano. B.

37 *Terrigenum*] Gentilium vel idolorum. B. W.

39 *Quis*] Aliquis. W.

Ab egregia] A Christianitate. W.

40 *Neu*] Ne. B.

Precium] Mortem. W. martyrium. B.

41 *Modo*] Tantum. B. tantummodo. W.

Conferat] Computet vel comparet. B.

44 *Cursim*] Velociter. B.

45 *Grave*] Sc. est. W.

Quiete donat] Dat requiem. W.

46 *Necis*] Mortis. W.

Furoris] Cruoris, martyrii. W.

47 *Dicare*] Offerre. B.

49 *His*] Sc. dictis. W. B.

Virum] Virorum. B.

Calefacta] Amore Christi accensa. W.

50 *Proconsule*] Proconsul est, qui vice Consulis judicat: sicut Vicarius,

qui vice comitis judicat. W.

52 *Abdicata*] A luce separata vel semota. B. semota. W.

Soli] Luci. B.

53 *Specubus*] Speluncis. W.

54 *Supremi*] Altissimi. B. summi. Supremus quando venit a supremo, significat ultimum; quando a supra præpositione vel adverbio, primum. W.

58 *Tinctum*] Fucatum. B.

61 *Si luteum*] Si quid est. W.

Charismate] Gratia Spiritus Sancti. W. gratia vel dono. B.

Expiasti] Purgasti. W.

62 *Vise*] Visita. B. invise. W.

64 *Liceat*] Licitum sit. B.

65 *Ne qua*] Aliqua. B.

67 *Iners*] Infidelis. B. W.

68 *Titubetve*] Sc. in fide tua. W.

70 *Permoverat*] Ad hoc, quod petebat. W.

71 *Acrioris*] Firmioris. B.

73 *Discrimine*] Discrimen hic pro periculo. alias pro separatione. W.

75 *Rapi*] Ut rapiantur. B.

77 *Prope*] Juxta. B.

Margines] Fines. W.

Refertam] Repletam. B.

87 *Candida massa*] I. e. ccc. martyres, massa Cypriani dicuntur. B. W.

88 *Tascius*] Cyprianus, a loco. B. W.

89 *Indomiti furori*] Contra indomitum furorem. B.

Eminus] Elonge. W.

92 *Ille*] Imperator ad hæc ait. B. W.

93 *Fulmen*] Potestatem. B.

Expedite] Proferre. W. evaginate. B.

97 *Cultior*] Pulchrior. W.

103 *Inbuit*] Edocet. B.

Hymn. xiv. 3 *Condita*] Sepulta. B. abscondita. W.

4 *Quiritium*] Romanorum. Quirites dicebantur Romani, a Quirino, i. e. Romulo, qui semper asta utebatur. nam quiris lingua Sabinorum asta dicitur. W.

6 *Supplices*] Humiles. W.

8 *Virginal*] Locus in quo devirginantur virgines. W.

9 *Liberæ*] Gloriosæ. W.

13 *Renisam*] Resistentem. W.

16 *Illice*] Decipiente. B. W.

18 *Pertinax*] Dura. B.

19 *Excruciatibus*] Pœnis. W.

21 *Trux*] Severus. W.

22 *Subactis*] Superatis. W.

24 *Dicatæ*] Sc. Deo. W.

25 *Lupanar*] Dicitur a lupis, i. e. meretricibus. quia sicut lupi devorant prædam; sic illæ avidissime devorant amatores suos. W.

Trudere] Pro, trudi. W.

26 *Applicat*] Inclinat. B.

28 *Temnere*] Despicere. W.

29 *Irruat*] Cum impetu veniat. B.

30 *Mancipium*] Mancipium, quasi manu captum. W.

32 *Aureum*] Nobilem. W.

35 *Integritatis*] Virginitatis. W.

36 *Impiabis*] Maculabis. B. W.

38 *Publicitus*] Publice. W. manifeste. B.

39 *Flexu in plateæ*] In via, in biviis. W.

Sistere] Præsentare. B.

40 *Frequentia*] Multitudo. B.

43 *Forte*] Casu. B.

Procaciter] Inreverenter. W. luxuriose. B.

44 *Os*] Faciem. B.

46 *En ales*] Ecce velox. B. W.

50 *Tollunt*] Elevant. B.

Sodales] Sodales dicuntur q. simul edales, i. e. simul manducantes. W.

51 *Exequialibus*] Qui in exequiis conveniunt. W.

54 *Quod*] Eo quod. W.

60 *Innovatum*] Sc. referunt. W.

Visibus integris] Virginitatis custodia. B.

61 *Gradum*] Miraculum. W.

63 *Ascensus*] Martyrii gradus. B. H.

65 *Astringe*] Evagina. W.

Exere] Perfice. B. profer et exerce. W.

70 *Vaesanus*] Transvectus a sanitate. B.

72 *Ephœbus*] Juvenis, imberbis. B. W.

Tinctus aromate] Unctus unguento. W.

73 *Funere*] Morte. W. luctu. B.

74 *Hic hic*] Talis. W.

76 *Demorabor*] Detineam. B.

Vota] Quæ habent me ad interficiendum. W.

Calentia] Iracunda, furentia. B.

77 *Recepero*] Recipiam. B.

79 *Sic*] Taliter. W.

Poli] Aëris. B. W.

81 *Divide*] Aperi. B.

82 *Prius*] In primo parente. W.

84 *Cum*] Pridem vel modo. B. quando. W.

Tum] Deinde. W.

Hostiam] Martyrium. B.

85 *Vertice cernuo*] Inclinato capite. B.

86 *Vulnus imminens*] Imminentem gladium. B.

87 *Subiret*] Sufferret. B.

88 *Ille*] Carnifex. B. W.

91 *Spiritus emicat*] Anima splendet. W. salit. B.

94 *Situm*] Positum. W.

95 *Ardua*] Excelsa. B.

97 *Implicat*] Colligit. B.

100 *Gradus*] Honores. W.

101 *Stulta*] Stulte. B. W.

102 *Sitis*] Cupiditatis. W.

103 *Cunctis*] Populis. B.

Petitam] Quæsitam. B. ipsam rabiem cupiditatis. W.

106 *Vota*] Optiones. W.

110 *Tetrius*] Pessimum. W.

113 *Calce*] Pede. B.

114 *Terrenā*] Sc. corpora. W.

Ferus] Sevus. W.

116 *Solo*] Planta. B.

117 *Deprimit*] Deponit. B.

118 *Verticem*] Caput. B.

121 *Unam*] Coronam. W.

Edita] De martyrio. B. oblita de martyrio dedit. W.

Sexies] Sexies decies, fiunt sexaginta: et sexagenarius numerus significat continentiam vidualem: quæ una corona illi erat propter laborem, quem sustinent viduæ. nam laborem sustinent maximum, quod ipsa complexa digitorum significat. W.

123 *In altera*] De virginitate. B.

126 *Colluvionibus*] Maculis, pollutionibus. W. immundiciis. B. H.

127 *Diademate*] Corona. W.

128 *Cui*] I. e. tibi. B.

129 *Vel*] Etiam. B.

Fornicem] Lupanar. B. locum dicit in theatro, ubi devirginantur virgines. Hurhauss. W.

130 *Purgabor*] Ego. W.

Oris] Vultus. B. W.

132 *Pia*] Pia visitatione. W.

Visere] Videre, visitare. B. W.

Hic in Cod. Widm. inseruntur sequentia.

VERSUS CONSTANTINÆ, CONSTANTINI FILIÆ, SCRIPTI IN ABSIDA BASILICÆ, QUAM CONDIDIT IN HONORE SANCTÆ AGNES VIRGINIS.

Constantina Deum venerans, Christoque dicata,
Omnibus impensis devota mente paratis,
Numine divino multum Christoque juvante,
Sacravit templum victricis virginis Agnes:
Templorum quod vincit opes terrenaque cuncta;
Aurea quæ rutilant summi fastigia templi.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui vincere mortem;
Invectus cælo solusque inferre triumphum.
Nomen Adæ referens detorquet et omnia membra
A mortis tenebris et cæca morte levata.
Dignum igitur munus, martyr, devotaque Christo

Ex opibus nostris per sæcula longa tenebis:
O felix Virgo, memorandi nominis Agnes.

1 *Constantina*] Constantini regis filia.

Dicata] Electa.

2 *Mente*] Mente ac corpore.

9 *Solusque*] Qui.

DE EADEM VERSUS DAMASI EPISCOPI URBIS ROMÆ.

Fama refert sanctos dudum flevisse parentes
Agnen, cum lugubres cantus tuba concrepuisset,
Nutricis gremium subito liquisse puellam:
Sponte trucem calcasse minas, rabiemque tyranni,
Urere cum flammis voluisset nobile corpus:
Viribus inmensum parvis superasse timorem;
Nudaque diffusum crinem per membra dedisse;
Ne Domini templum facies peritura videret.
O venerandum Agnes mihi tu decus alma pudoris!
Ut Damasi precibus faveas, precor, inclyta Martyr.

IN APOTHEOSIN.

PRÆF. 1 *Summa*] Principalia. B. principia. W.

Specimen] Divisio personarum. B. W.

Vigor] Virtus. B.

5 *Retro*] Sine initio i. e. ante seculum, in perpetuum. B. W.

7 *Edere*] Gignere. B.

11 *Populos*] Domini. W.

Charisma] Gratiam vel donum. B. W.

Promtus] Paratus. B. W.

12 *Corpora*] Sc. fidelium. P

PRÆF. II. 1 *Secta*] Electio. W.

3 *Cavemus*] Vitamus. W.

5 *Vix*] Difficile. B.

6 *Reflexas*] Tortuosas. B. W.

7 *Perfidorum*] Hereticorum. B.

8 *Polita*] Trita. B. W.

9 *Obliqua*] Sc. tam. B.

Divertia] Dicta a divertendo, i. e. separationes viarum. B. W.

10 *Orbitis*] Vestigiis viarum. B. W.

17 *Libido*] Delectatio. B. W.

18 *Pruriat*] Curiositatis vitio temptet. B. W.

21 *Minutis*] Dialecticis, subtilibus. W. B.

Ambagibus] Circuitionibus vel argumentis. B. W.

24 *Syllogismos plectiles*] Per insolubiles circumlocutionibus, vel per contrarationicinationes subtiles. Syllogismus est contrarationicinatio. B. W.

25 *Captiosis*] Deceptibilibus vel insidiosis. B. W.

Sycophantarum] Calumniatorum vel falsiloquorum. Sycophantas autem hac de causa appellatos dicunt, quod quondam juvenes soliti erant in hortos erumpere, ficosque inde furari. Quam ob causam lege est constitutum, ut, qui id fecisset, capite truncaretur. quam pœnam qui persequeretur ob parvula detrimenta, Sycophanta est appellatus. B. W.

Strophis] Versutiis, vel fraudibus, reversionibus. W.

28 *Infesta*] Gravia vel importuna. B. W.

Dissertantibus] Loquentibus. B. W. concertantibus. Gold.

32 *Credere*] Credulitas, verbum pro nomine. W. infinitivus interpretatur per nominativum. B.

34 *Vanitas*] Cæcitas hereticorum. B.

41 *Quis*] Interrogando illos duos versus pronunciat. vel quis, pro quibus. W. B.

43 *Qui*] Nisi ille. B. W.

45 *Interpolat*] Intermisceat, a polo tractum. B. W.

46 *Æmulas*] Inimicas. B. W. steriles, inimicas. Gold.

48 *Colonus*] Deus. Gold. pater. B.

49 *Daleas*] Vitiosa vel lolia. B. W.

Farrea] Triticea. B. W.
55 *Refert*] Prodest, vel opus est. B. W.
APOTH. 1 *Dira relatu*] Aspera dictu. B. W.
2 *Prodita*] Prolata. B. W.
8 *Facilis*] Est. W.
9 *Celebris*] Gloriosa vel famosa. B. W.
11 *Pater*] Est. W.
12 *Eminus*] Longe vel econtra. B. W.
14 *Immensum*] Immensitatem. B. W.
Ore] Facie. B.
16 *Visa*] Cognita est. B.
17 *Non admiscenda*] Spernenda est. W.
18 *Et*] Pro etiam. B.
19 *Oculis*] Sc. quid sit. B.
20 *Hebes*] Stultus vel retunsus. B.
Glauco] Viridi. B. W.
21 *Umentique*] Humida. B. W.
Adire] Sc. tamen. B.
22 *Ab ipso*] Patre. B.
26 *Mera*] Pura vel sincera. i. e. divinitas. B. W.
Majestas] Patris. B.
28 *Abram*] Ubi tres suscepit, et velut uni loquebatur. B. W.
31 *Tractarunt*] Tetigerunt vel palpaverunt. W.
Jacob] Ubi conluctabatur cum Angelo. B. W.
32 *Coram*] Palam vel prope. B.
33 *Conlato qui stetit*] Facie ad faciem locutus est. W. B.
34 *Comminus*] Juxta. B. W.
37 *Laborans*] Sc. debuisset. B. W.
39 *Mutua*] Alternas collocutiones. W. B.
40 *Heri*] Dei. B.
43 *Posteriora*] Filium. sicut inquit Ipse, quia major me est. W. carnem. B.
Apertius] Huic rei. W.
44 *Verbum*] Filium. W.
45 *Idem*] Filius. W.
46 *Habitu*] In hab. B.
49 *Vibratum*] Emissum. B. W.
50 *Fragilem*] Mortalem. W.
51 *Inde*] Sc. quod emicuit. B. W.
52 *Oris*] Faciei. B.
53 *Coactum*] Coagulatum. B.
54 *Referebat*] Figurabat. B. simulabat. W.
55 *Sentam*] Sentosam. B.
Excita] Commota, excitata. B.
57 *Vulnificas*] Vulnera facientes. W.
Agebat] Circumdabat, tangebat. W. leniter tangebat. B.
58 *Exemplo*] Exemplum. W.
Deus] Sc. quod erat. B.
59 *Texunt*] Insimulatione. W.
61 *Inculto*] Agresti. B. W.
Iniquis] Non æquis. B. nequis. W.
62 *Luxuriem*] Abundantiam. B.
65 *Impete*] Pro, impetu. B. W.
Late] Ubique. B.
67 *Cruenta*] Rubicunda. B.
68 *Stringere*] Decerpere. B. W.
69 *Quandoquidem*] Quoniam. B.
Sanguine] Christi. W.
70 *Contorta rubus*] Maria. B. passio Christi. W.
Edit] Gignit. B. protulit, parit. W.
71 *Visum*] Sc. fuit. B.
73 *Sentum*] Sentosum. B. W.
75 *Extra oculos*] Invisibilis. W. B.
76 *Fontem*] Patrem. W.
77 *Deum*] Sc. Patrem. W.
78 *Visibilis*] Sc. est. W.
Fonte] Patre. B.
Deus] Filius. W.
Fons] Qui est fons. W.
79 *Visibilis*] Pater. W.
Qui nascitur] Filius, in quo est pater. W.
83 *Vendicat*] Usurpat. B. W.
86 *Capit*] Potest. W. nec valet nec vult. B.
Angoribus] Angustiis. B. anxietatibus. W.
87 *Liquido*] Puro. B.
90 *Majestas*] Filii fuit. B.
91 *Animus*] Ipse filius est. W.
94 *Flagra*] Flagella. W.
97 *Affecta*] Afflicta. B. W.
98 *Enixa est*] Parturit. W.
106 *Distendit*] Intumescere fecit. W.

107 *Falsiloqua*] Falsiloquens. B.
109 *At non*] Sc. ipse. W.
Verbi] Filii. W.
110 *Fige*] Confirma. W.
111 *Cernere*] Scilicet manifeste. W.
113 *Coram*] Præsentialiter. B.
115 *Præstrinxit*] Præoccupavit. B. W.
116 *Struxit*] Ornavit. B.
118 *Quocumque*] In omni loco. B. W.
120 *Per verbum*] Per filium innotuit mundo. B. W.
123 *Donum*] Officium. B.
125 *Lumine*] Fide carentibus. B. W.
126 *Socordia*] Stultitia vel pigritia. B. W. quasi sopor cordis. B.
128 *Perspicuum*] Manifestum fieri. W.
Inficiaris] Negas. B. W.
130 *Inspaciantem*] Deambulantem. B. W.
138 *Filius*] Dei. B. W.
Agit] Facit. W.
141 *Insultans*] Deridens. B.
Piceos] Caldaicos. W.
143 *Barbaricos*] Alienos, i. e. Caldaicos. W. B.
Aura] Flamma. B. W.
Jussa] Concessa. B.
145 *Vetitus*] Sc. est. B.
Tiaras] Mitras. B. Hute. W.
148 *Calamos*] Tibias. B.
Superstitio] Paganitas. B. vana religio. W.
Festa] Inanis. W. festiva. B.
150 *Conspicuæ*] Statuæ. W.
151 *Virorum*] Scilicet sunt audita. B.
152 *Concentu*] Cantu. B.
156 *Servando*] Ad servandum hominem. B. W.
159 *Animalis*] Pecorinus. B.
Agebat] Duxit. W. ducebatur. B.
160 *Heri*] Dei. B.
162 *Obside*] Ut visus obses et testis fuisset ad videndum Deum. W.
164 *Animalis*] Incredulus. W.
165 *Seminis*] Deitatis. B.
167 *Intercute*] In cute manente, interiore. W. interiore spiritu. B.
170 *Spiramine*] Spiritu Sancto. B. W.
171 *Hominis*] Mariæ. B.
175 *Compendia*] Scilicet sint. B.
Summæ] Numeri. W.
177 *Cucurrit*] Descendit et ascendit. B. W.
Contra unionitas] I. e. Sabellianos. B. Unionitæ sunt, qui dicebant unam substantiam et unam personam, Filium et Spiritum negabant, sed dicebant : Idem Deus, quando vult, Pater est : quando vult, Filius est : quando et Spiritus Sanctus. Arriani dicebant, tres esse personas, et tres substantias in divinitate : Sabelliani econtra unam personam et unam substantiam. Fides autem Catholica utriusque devitans errorem, unam Deitatis substantiam et tres personas veraciter adfirmat. Nam Arriani bene tres personas, male tres substantias : Sabelliani bene unam substantiam, male unam personam dicebant. W.
178 *Profanator*] Blasphemator. Contemtor profanus dicitur, q. porro a fano, i. e. a templo Dei, hoc est, irreligiosus. W.
Cede] Discede. W.
179 *Depositor*] Negator. W.
180 *Violas*] Negas. W.
Natum] Filium. W.
181 *Quandoquidem*] Quoniam ille. B. W.
Genitor] Pater. W.
183 *Patriæ*] Paternæ. B. quod patris est. W.
184 *Nomine*] Scilicet procreationis. W.
185 *Generis vim*] Filii vigorem. W.
186 *Idolio*] In sacrilegio. in loco idolorum. B. W. pro eo quis homo idolothitum est immolatum. Idolium vero est templum idoli. W.
Recubans] Sc. quavis. B.
187 *Cæspite*] Cæspes est terra avulsa cum herba ; unde faciebant altaria. W.

189 *Saturnis*] Pro omnibus Diis posuit. B. W.

Cithereis] Citherea, Venus. W.

190 *Portentisque*] Idolis. W.

192 *Jus*] Religionem. W.

193 *Ministris*] Angelis. W.

194 *Barbara*] Alienigena. W.

195 *Superstitio*] Paganitas. W.

Caniformem] Canis habens formam. W.

196 *Anubem*] Deus Ægypti, i. e. Simiam, caput canis habentem. Mercurius lingua Ægyptiaca vocatur Anubis, qui Deus eloquentiæ fertur. unde cum canino capite depingitur; quia in animalibus nihil cane sagacius habetur. Latrare autem dicitur, propter copiam sermonis. unde et oratores rabulatores dicuntur. W. Deum Ægyptiorum, similitudinem canis habentem. B.

197 *Cloacinæ*] Cloacina et Epona Deæ rusticæ sunt. B. Dea cloacarum. W.

Eponæ] Dea hortorum. W.

198 *Solidam*] Plenam, olidam, putridam. B. W.

Acerram] Vas turarium. Wirauchfass. W. turibulum. B.

199 *Molam*] Sacrificium vel notam. Mola est genus sacrificii ex farre et sale. unde ignem aspergebant et cultrum et hostiam. W.

Rimetur] Vertat. B.

Exta] Viscera. W.

200 *Deliramenta*] Dementiam, mendacia. B. amentiam. W.

Platonis] Plato dicitur a latitudine humerorum; qui primum athleta invictus, postea ad philosophiam conversus, omnes philosophos superavit. W. illius senis. B.

201 *Hircosus Cynicus*] Propria nomina hereticorum dicit: quorum alii propter immundiciem hirci dicuntur: alii canini, adulteri, vocantur. κύων enim apud Græcos canis dicitur. B. W. unde cum canino capite depingitur; quia in animalibus nihil cane sagacius habetur.

202 *Torta*] Tortuosa circumlocutione. W.

Nervos] Ludos, inenodabiles dictiones, syllogismos. W. B.

203 *Laberinthus*] Flexuosus. B. idem vocat laborinthum, quod et errorem. laborinthus erat domus subterranea, centum habens ostia, quam Dædalus fecit ad Minotaurum; quam si quis semel ingrederetur, propter multitudinem ostiorum non poterat revertere. Dicitur autem laborinthus q. labor intus. W.

204 *Agat*] Vexat. W. ducat. B.

205 *Gallinam*] Æsculapio gallina immolatur, qui clinis præest. W.

Clinicus] Curvus. Cline Græce lectus dicitur. inde clinicus proprium nomen Dei, qui præerat decumbentibus in lectum; vel ipse infirmus, a cumbendo in lecto. B. W.

206 *Æquum*] Placatum. B.

208 *Fragosis*] Difficilibus. B. W.

209 *Modis*] Syllogismis. B. W.

211 *Suos*] Proprios. B. W.

Vaga sidera] 7 errantia sidera, dicit septem planetas, quæ interpretantur errativæ: non quod ipsæ errent, sed quod homines errare faciunt. unde planoficiæ dicuntur melius, i. e. errorem facientes. W.

212 *Non recipit*] Non intelligit. W.

Natura] I. e. tantummodo quadrupes homo dicitur, qui irrationabiliter more animalium vivit, et deditus ad ventris ingluviem nihil de cælestibus curat. nam omnia mortalia animalia, præter hominem, in terram prona sunt. unde et quidam veridicus: 'Pronaque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cælumque tueri Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.' W.

Modo] Solummodo. B. tantummodo. W.

Quadrupes] Animalis. B. W.

Ille] Homo. B. W.

214 *Pollere*] Valere. B.

215 *Numæ*] Numa Romanis sacra instituit. Numa genere Sabinus, quem

post mortem Romuli populus Rom. Imperatorem fecit: qui, volens Romanos ab armorum amore revocare, culturam Deorum per magicam invenit artem, dicens, se omni nocte ab Egeria nympha doceri. Post hujus mortem Romani ejus libros magicos reperientes igni tradiderunt. sed licet se errasse viderent, in Deorum cultura permanserunt. W.

Aruspex] Sacerdos. B.

216 *Cottus*] Unde Alpes Cottiæ. B.

Cane milite] Molosso. B.

218 *Coram*] Præsentialiter. W.

221 *Lacunas*] Foramina, cavernas, fixuras. B. W. lacunas, est, cicatrices, fossas. seipsum Apostolis immiscet. In Evangelio enim Thomæ legitur, adhuc minime credenti dixisse: 'Infer digitum tuum,' &c. sed ille clavorum fixuras intuens, tangere eum non ausus est, sed dixit: 'Dominus meus et Deus meus.' Ideo autem dicitur, Thomam manum in latus ejus misisse, cum tamen non miserit, quoniam Domino jubente hoc facere poterat. W.

223 *Abjurare*] Denegare. W. tollere. B.

Titulum] Laudem vel potestatem. W. B.

224 *Regem*] Christum. W.

226 *Summæ*] Cælestium: mediæ, terrestrium: imæ, infernorum. B. W.

228 *Stygis*] Inferni. W. B.

229 *Defluit*] Descendit. B. W.

In se] Cum ad cælum ascendit. B. in unum. W.

231 *Munia*] Officia. B. W.

Pronæ] Humanæ. B.

232 *Replicata*] Reducta. B. reparata vel artus. W.

233 *Subvehat*] Elevet ad cælestia. B. ad cælum. W.

234 *Organa*] Voces. W.

236 *Heroum*] Prophetarum. B. W.

Orsa] Dicta vel verba heroum vel prophetarum. B. W.

237 *Patefacta*] Manifestata. B.

Oracula] Responsa, miracula. W. B.

243 *Sic tamen*] Sequimur. W.

Tria] Nomina. W.

Separe] Separato. separ dicitur, sicut Compar et Dispar. B.

Ductu] Auctione vel ductione. W.

244 *Tres*] Substantias. W.

Tribus] Personis. W.

246 *Innato*] Patre. W.

Sata] Nata. W.

248 *Natus*] Ab alio. W.

Ipse] Filius. W.

249 *Perquam*] In quantum. B. quam valde. W.

Futile] Inane. W. B.

Natus ut ex se] Natus q. ut ex se, sc. sit, i. e. filius. B. quasi sit filius. W.

250 *Nova*] Mirabilia. W.

251 *Ediderit*] Genuerit. W.

252 *Vocabula*] Carmina. W.

256 *Indiscreta*] Indivisa. W.

257 *Vim*] Virtutem. W.

Generosus] Nobilis. W.

259 *Ulterius*] Ultra licitum. W.

Gignere] Spiritalis generatio. W.

Fas] Justum. W.

262 *Super*] Ultra. W.

264 *Via*] Ratio. B. W.

265 *Semina*] Principia. W.

Mortali] Homini. W.

266 *Ultra*] Ante. B.

Pacto] Lege vel modo. W.

268 *Traditur*] In scripturis. B. W.

271 *Retro*] Æternaliter. hic præteritum verbum. B. W.

272 *Decisus*] Decurtatus vel detruncatus, minoratus. B. W.

273 *Extendens*] Dilatando. B. W.

Tractim] Paullatim. B. W.

275 *Mutata*] Operata. W.

Procudit] Vel producit, i. e. generat vel fabricat, genuit. B. W.

Portio] Substantia. W.

276 *Unquam*] Sed certe. W.

277 *Atqui*] At ille. W.

280 *Proditus*] Dispensus vel manifestatus. B. W.

282 *Olim*] Æternaliter, sine initio. W.

290 *Tu*] Sabelliane. W.

292 *Turifero*] Turificante. W.

